NL-HtSA Archiefnummer 0014 Schepenbank van ’s-Hertogenbosch, 1366-1811
inventarisnummer 1270 (gedeeltelijk)

R1270

Dit schepenprotocol is geschreven door de stadssecretarissen Hendrik Pelgrom, Nicolaas Kuyst, Petrus van Os senior en Simon van der Coudenborch. In dit bestand staan de transcripties van de akten op fol. 184r tot en met 383v, geschreven door Petrus van Os senior. Deze akten zijn door hem opgetekend van 6 oktober 1501 tot en met 30 september 1502.

De transcripties zijn tot stand gekomen binnen het project ‘Ontsluiting van de schepenregisters van ’s-Hertogenbosch 1500-1811’, onder leiding van dr. Geertrui Van Synghel, senior-onderzoeker van het Huygens Instituut te Amsterdam (KNAW). Hierbij is automatische handschriftherkenning van het platform Transkribus ingezet.

Ten behoeve van de automatische transcripties is op basis van 25 folia een model gemaakt van de schrijfhand van stadssecretaris Van Os senior. Dit model is vervaardigd door Monika Buck en Geertrui Van Synghel. Het heeft een foutscore van 4,11 %. De door Transkribus automatisch gegenereerde transcripties van de akten zijn daarna gecorrigeerd en van metadata (protocol en folionummer, datum en naam van de schepenen) voorzien door Anita Reisz (2020-2022).

Remigii anno millesimo quingentesimo primo fuerunt scabini in Buscoducis hii sequentes: Goesswinus van den Hezeacker, Johannes de Vladeracken,Theodericus de Hiinden, Yewanus Kuyst, (b) Franciscus Toelinc, (A) Lambertus Bogart, Arnoldus Paeuweter. Ordinati tercia octobris.

R1270, fol. 184r
6 oktober 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Weyndelmodis, filia quondam Gerardi Claessoen, cum tutore, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii ac sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem unius modii ac sex sextariorum siliginis iamdictam Johannes, filius quondam Zomboldi van der Heiden, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Weyndelmoedi anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter unam maldratam terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Hees, ad locum dictum Aen den Horst, inter hereditatem Johannis de Uden ex uno; insuper ex dimidia vasata terre vel circiter, sita ibidem; insuper ex quatuor vasatis terre vel circiter, sitis in dicta parrochia, ad locum dictum Aen den Vosberch; insuper ex pecia terre, dicta dat Nuwelant, sita in dicta parrochia; insuper ex pecia terre, sita ibidem, in loco dicto die Osseheyde; insuper ex quatuor vasatis terre vel circiter, sitis in dicta parrochia; insuper ex una sextariata terre vel circiter, sita ibidem; insuper ex una sextariata terre vel circiter, sita ibidem; insuper ex una vasata terre vel circiter, sita ibidem; item ex pecia terre, sita in loco dicto den Pasch; insuper ex tribus vasatis terre vel circiter, sitis ibidem necnon ex pecia terre mericalis, sita ibidem, in loco dicto den Heeschen Camp, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Hospitalis Pauperum Mulierum, dicti Arnt Koytsgasthuys, siti in Buscoducis, ad vicum Hinthamensem, ultra pontem Geerlaci, ab eodem Hospitali post mortem dicte Weyndelmoedis et non prius habendum et hereditario iure

possidendum simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum VI[ta] octobris.

R1270, fol. 184v
6 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Petri de Kryeckenbeeck, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Arnoldo, filio quondam Arnoldi die Buyser, herediarium censum undecim librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in vico Hynthamensi ultra pontem Geerlaci, inter hereditatem Henrici, filii Wolteri van den Hoevel alias In den Baers, ex uno et inter hereditatem Johannis van Tongeren ex alio, cumque dicta Arnolda palam recognovisset et super omnia et habenda dicto Iohanni repromisisset quod idem Johannes dictum censum redimere et acquitare posset infra spacium octo annorum Nativitatis Baptiste eotunc ultime preteritum sine medio sequente semper dicto annorum spacio durante cum septuagintaseptem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, estimando in huiusmodi redemptione et solutione philippus et karolusstuvers pro decem et septem placcis Busciducensibus, aureum florenum Renensem ad vigintisex et florenum Bourgondie ad viginti septem stuvers monete eotunc currente, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Marcelius de Kryekenbeeck, tamquam proprietarius pro tempore domus, aree, orti ac domus posteriori predictorum, palam recognovit et super omnia et habenda Petro, filio quondam Johannis Claess., maritus et tutori legitimo dicte Arnolde, sue uxoris, promisit quod ipse Mercelius dictum censum redimet et acquitabit necnon redimere et acquitare tenebitur infra hinc et Iacobi apostoli proxime futuro cum et mediante dictis septuagintaseptem peters et in moneta ut supra et cum censu redemptionis et arrestadiis, absque dolo.
Testes Hiinden et Kuyst, datum VI[ta] octobris.

R1270, fol. 184v-185r
7 oktober 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Gerardus, filius Anthonii Boest, ab eodem Anthonio et quondam Anthonia, sua uxoris, filia quondam magistri Godefridi Hels, pariter genitus medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quinque modiis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione undecim modiorum siliginis mensure de Loemel, quam pactionem ultimodictam Henricus Bodensoen de Gravia promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Ziberto, filio Ziberti de Hoculem, anno quolibet hereditarie Purificationis et supra contrapignus infrascriptum tradita de et ex medietate cuiusdam mansi, qui fuerat quondam Godefridi Keyen, depost vero dicti Ziberti, siti in parrochia de Loemel inter Loemel et molendinum venti de Loemel atque ex medietate attinentium eiusdem mansi singularum et universarum quocumque locorum consistentium sive situm; item ex medietate hereditarie pactionis unius modii siliginis mensure de Loemel, quam Henricus dictus Arnts de Loemel dicto quondam Godefrido solvere consueverat et in Loemel tradere atque de et ex medietate certarum aliarum pactionum, quas dictus quondam Godefridus annuatim solvendum hereditarie consueverat in Loemel, pridem datas ad hereditrium pactum dicto Henrico Boden a Ziberto predicto pro primodicta pactione undecim modiorum siliginis necnon de et ex reliqua medietate mansi predicti ac hereditarium pactionum secundodictarum, quam reliquam medietatem dictus Henricus Boden pro solutione

dicte pactionis undecim modiorum siliginis prefato Ziberto ad pignus imposuerat, prout in litteris, et que medietas dictorum quinque modiorum siliginis hereditarie pactionis primodicto prefato Gerardo per et post mortem dicti quondam magistri Godefridi Hels iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Anthonio, suo patri, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam magistri Godefridi ac suorum heredum deponere.
Testes Hezeacker et Hiinden, datum VII[a] octobris.

R1270, fol. 184v
8 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Margareta, filia Anthonii Boest predicti, ab eodem et quondam Anthonia, sua uxore predicta, genita, cum tutore reliquam medietatem ad ipsam spectantem in dictis quinque modiis siliginis hereditarie pactioinis ut in contractu immediate precedenti hereditarie supportavit Iohanni van den Kerchove et Iohanni, filio quondam Wolteri Belyens. simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam magistri Godefridi ac sui heredum deponere.
Testes Vladeracken et Hiinden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasi Modo.

R1270, fol. 185r
8 maart *(sic, lees april)* 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Anthonius dictam medietatem hereditarie supportavit Iohanni van den Kerchove et Iohanni, filio Wolteri Belyensoen, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hiinden, datum VIII[a] marcii, sexta post Quasi Modo.

R1270, fol. 185r
6 oktober 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Elisabeth, filia Theoderici, filii Petri, filii quondam Wolteri Sheren, ab eodem Theoderico et quondam Engela, sua uxore, filia quondam Arnoldi de Goch Claess., pariter genita cum tutore medietatem totamque partem et omne ius ad ipsam, ut dicebat, spectantem in pecia terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, ad locum dictum Opten Ham, inter hereditatem Elisabeth, filie quondam Gerardi Claessoen, ex uno et inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Iacobi Haertscheen, et eius liberorum ac plurium aliorum ex alio, tendente ab hereditate Johannis Rycarts ad hereditatem Rycardi, filii dicti Johannis Rycarts, dudum vendita Nycolao, filio quondam Mercelii Claess., a Godefrido, filio quondam Emondi Peterss., marito et tutore legitimo Aleidis, sue uxoris, filie quondam Theoderici van der Haigen, prout in litteris, hereditarie supportavit Nycolao, filio dicti quondam Arnoldi de Goch, simul cum toto iure sibi quovismodo competente occasione dicte medietatis in dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper cum tutore sub obligatione premissa in casu quo dicta pecia terre dicto Nycolao imposterum integraliter via iuris evinceretur, quod extunc adstatim

huiusmodi evictione facta dicta Elisabet prefato Nycolao refundet et dabit ac refundere et dare tenebitur summa vero septem peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, absque contradictione dolo et fraude.
Testes Kuyst et Toelinc, datum VI[ta] octobris.

R1270, fol. 185r
7 oktober 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dyonisius, filius quondam Petri Scoemekers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Nycolai, filii Thome dicti de Audenhoven, hereditariam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis mensure de Oirscot, solvendam hereditarie Purificationis et in Oirschot tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, dimidiam modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Oirschot in pastoria de Aerle, inter communitatem undique adiacentem; item ex agro terre, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, dicto die Brake, sito in parochia predicta inter loca dicta Best et Aerle, inter hereditatem Johannis dicti Wilnevensoen et Michaelis, sui fratris, ex uno et inter hereditatem Rodolphi, filii quondam Johannis dicti Ruelens, et Martini dicti Lysbetten Mertenssoen ex alio, quam pactionem dictus Nycolaus, filius Thome de Audenhoven, erga Hermannum, filium quondam Wolteri dicti de Aerle, emendo acquisierat prout in litteris et que pactio predicta dicto Dyonisio tamquam marito et tutori legitimo dicte Margarete, suo uxore, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum habita in partem cesserat, ut dicebat, in litteris divisionum de Orschot contineri, hereditarie supportavit Iacobo, filio quondam Johannis Stockelmans, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Margarete, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Nycolai ac suorum heredum et coheredum deponere.
Testes Hezeacker et Hiinden, datum VII[a] octobris.

R1270, fol. 185v
7 oktober 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dictus Iacobus promisit super omnia et habenda dicto Dyonisio decem et novem peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, necnon septem vasa siliginis mensure de Oirschot Purificationis proxime futuro persolvendos et in Oirscot tradendos.
Testes Hezeacker et Hiinden, datum VII[a] octobris.

R1270, fol. 185v
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Magister Henricus Ghysels domistadium terre cum hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor lopinatas terre vel circiter, olim Rutgeri, filii quondam Aelberti Rutgerss., situm in parochia de Vechel, ad locum dictum Aent Hamvelt, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem cuiusdam dicti Vries Dircxsoen van der Heiden ex alio; item peciam terre, sitam in parochia predicta, ad locum dictum Op geen Akar, tres lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem Adriani, quod domistadium terre cum hereditatibus predictis dictus magister Henricus unacum quadam pecia terre trium lopinatarum vel circiter erga Mercelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis

emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Aelberto, filio dicti quondam Rutgeri Aelbertssoen, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper dictus magister Henricus et cum eo Everardus Hoze et Nycolaus, filius quondam Arnoldi de Goch, tamquam decani pro tempore Confraternitatis beate Marie virginis in capella beati Iacobi apostoli, sita in Buscoducis, ad locum dictum den Wiintmoelenberch, sub obligatione omnium bonorum ad dictam Confraternitatem spectantium obligationem et impetitionem ex parte eiusdem Confraternitatis et domine nostre ibidem deponere.
Testes Hiinden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 185v
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Dictus Aelbertus dictum domistadium terre cum hereditatibus sibi adiacentibus predictum hereditarie supportavit domino Ghiselberto de Erpe, presbitero, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto onere conservandi unam virgatam munimentis, dicti lantweren, sitis in munime dicti lantweer de Vechel, ut dicebat, cum conditione quod notanter.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XXVII[a] augusti.

R1270, fol. 185v
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Dictus magister Henricus peciam terre sitam in parochia de Vechel, ad locum dictum Op geen Akar, tres lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem Adriani Rutten ex uno et fine uno et inter hereditatem Godefridi de Lancvelt ex alio, quam peciam terre iamdictam dictus magister Henricus unacum quodam domistadio cum hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor lopinatas terre vel circiter, erga dictum Mercelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Gerardi Graetss., simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper dictus magister Henricus et cum eo dicti Everardus et Nycolaus, tamquam decani, ulterius ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 185v
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Dictus Aelbertus promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico ad opus dicte Confraternitatis triginta octo peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon tredecim huiusmodi stuvers a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.
Census est summe inclusus.

R1270, fol. 185v-186r
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Tyelmannus de Zonne, filius quondam Henrici de Zonne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Engele, sue uxoris, filie quondam Mercelii Graets, septem et dimidium hont terre vel circiter, sita in parochia de Maren in loco dicto In de Deelen, inter hereditatem quondam Henrici Bueckentops ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Genen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Reymboldi Kepkens, ut dicebat, hereditarie vendidit Petro, filio Arnoldi Peterssoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure spectantibus, ut dicebat. Testes, datum supra.

R1270, fol. 186r
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Arnoldus, filius quondam Petri dicti Brock, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Snavels, necnon Godefridus, filius quondam Henrici, filii quondam Johannis Peterss., in presentia vero et de expressis consensu et voluntate dominorum Johannis Ghysselen et Nycolai, filii Henrici Claess., presbiterorum, mamburnorum dicti Godefridi, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Essche, inter hereditatem domini Gerardi de Eyck, investiti pro tempore ecclesie de Esch, et Pauli Iacopss. van den Akeren ex uno et inter hereditatem eiusdem Pauli ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communes plateas; item adhuc in quodam orto, sito ibidem ultra communem plateam, inter hereditatem Johannis Demars ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Franconis Iacopss. van den Akeren, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Arnoldi Snavels, filii dicti quondam Henrici Snavels, ad opus sui et ad opus Elisabeth, sue sororis, filie dicti quondam Arnoldi Snavels, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet censu fundi ad unum denarium, braspenninck vocatum, taxato domino duci, uno grosso antiquo dominis Epternacencensibus, duobus denariis, Willelmusthuyn vocatis, vicinis in Essche, uno denario, halven Philippuspenninc vocato, capitulo Orscottensi, atque uno lopino siliginis celebrationi prime misse in ecclesia de Essche, annuatim ex premissis integris hereditatibus e iure solvendis atque adhuc onere solvendi et prestandi dictis dominis Epternacensibus aut eorum commissariis huiusmodi quartam commestionem, dicte maeltyt, quam premissa cum certis aliis personis hactenus solverunt ac supportare habent et tenentur, exceptis inquam onere conservandi duas pedatas et quartam partem unius pedate cuiusdam pontis cum suis attinentiis seu fundo, dicto metten grontslach, siti in dicta parochia de Esch, ten Esselairwaert, atque unam virgatam in et ad aggerem eiusdem pontis, dictam van den Esselaeredyck, necnon unam octavam partem undecim pedatarum cuiusdam alterius pontis, metten grontslach, siti ten oversyn wairt et quatuor dimidias virgatas in et ad aggerem eiusdem pontis, dictam aen den overseyn dyck, ad premissa e iure spectante et conservante, ut dicebant, que onera pretacta dicti Henricus et Elisabeth, eius soror, exnunc deinceps dabunt et conservabunt ac dare et solvere ac conservare tenebuntur sic et taliter quod dictus Arnoldo et Godefrido ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futurum, prout dictus Henricus pro se et de consensu Theoderici, filii quondam Goeswini Ianness. de Hall, tamquam mamburni dicte Elisabeth, adhuc impubere, pro eadem Elisabeth hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Arnoldo et Godefrido repromisit.

Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 186r-186v
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Dictus Henricus, filius quondam Arnoldi Snavels, pro se ipso et in presentia ac de expressis consensu et voluntate Theoderici, filii quondam Goeswini Ianness. de Hall, mamburni et tutores Elisabeth, sororis dicti Henrici et filie dicti quondam Arnoldi Snavels, adhuc impuberis, pro eadem Elisabeth, sua sorore, promisit ut debitor principalis dicto Arnoldo, filio quondam Petri Brock, quod ipse dabit et solvet eidem Arnoldo hereditariam pactionem novem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Remigii confessoris et in Essche infra pontes tradet de et ex pecia terre, dicta tRott, unam maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Essche, inter hereditatem Hermanni van den Akeren, ex uno et inter hereditatem Arnoldi Scuerman ex alio, tendente ab hereditate Johannis Scuerman ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst en Toelinc, datum VII^{a} octobris.

R1270, fol. 186v
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum vigintiduobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuveros vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit, hoc tamen salvo quod idem Henricus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Arnoldo legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 186v
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Dictus Henricus pro seipso et in presentia ac de expressis consensu et voluntate Theoderici, filii quondam Goeswini Jannes de Hall, tamquam mamburni Elisabeth, sororis dicti Henrici et filie quondam Arnoldi Snavels, adhuc impuberis, pro eadem Elisabet, sua sorore, promisit ut debitor principalis Godefrido, filio quondam Henrici, filii quondam Johannis Peterss., quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditarium censum vigintisex stuferorum vel valorem eorum in alio pagamento anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex dicta pecia terre, dicta tRott, atque ex una diurnata prati, siti in parochia de Essche predicta, in quodam prato, dicto den Postelbeempt, inter hereditatem Reyneri Loyen ex uno et fine uno et inter hereditatem Arnoldi Scuerman ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Willelmi de Meyelsvoert et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 186v
7 oktober 1501

Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum vigintitribus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit, hoc tamen salvo quod idem Henricus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Godefrido legitime preintimabit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 186v
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Dictus Henricus nomine quo supra promisit super omnia et habenda domino Nycolao, filio quondam Henrici Claess., presbitero, viginti florenos consimiles Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.[1]

R1270, fol. 186v-187r
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Theodericus, filius quondam Petri Dircxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis Scausarts, filii quondam Johannis Scaussarts, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Nuenen, ad locum dictum op Mienre Beke, inter hereditatem olim Reyneri dicti Ghybens., depost vero Lamberti van den Leemcuylen ex uno et inter communitatem ex alio; atque ex pecia terre, dicta die Halle, et pecia prati, dicta die Stert, dicte pecie terre adiacente, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Wolteri dicti Teerlinc ex uno et inter bona, dicta tGuet te Catten, ex alio; atque ex pecia terre, dicta den Bredenacker, sita in dicta parochia, inter hereditatem olim Petri dicti Andriess., depost vero Gerardi dicti Loniis ex uno et inter communem viam ibidem ex alio; item ex pecia terre, dicta Iansacker, sita in dicta parochia, inter hereditatem olim Petri dicti Andriess., depost vero Gerardi Loniis ex uno et inter hereditatem olim Reyneri Ghiben, depost vero Petri van Rode ex alio; atque ex pecia prati, dicta die Hoeve, sita in dicta parochia, inter hereditatem olim Petri Andriess., depost vero Gerardi Loniis ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Han van der Heyden ex alio, quam pactionem predictam Theodericus dictus Loekeman, filius quondam Johannis, erga Iohannem de Vaerlaer, filium quondam Petri dicti Raven, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio predicta predicto Theoderico, tamquam marito et tutori legitimo dicte Elisabeth, sue uxoris, per successionem hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Ghiselberto Loekeman, filio quondam Henrici Loekemans, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam notanter, obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 187r

[1] *onder deze akte*: Iamdicti quinque contractus immediate precedenti de mandato partium et in presentia earundem hinc inde cancellati et cassati sunt, XXVIII[a] maii anno secundo.

7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Gerisius dictus die Loyer, filius quondam Gerisii, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda mihi ad opus Goeswini van den Sloet quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuveros vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis valuata pro quolibet computando, et quindecim consimiles stuvers Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime et sic deinceps dicto annorum spacio durante occasione locationis cuiusdam campi terre, siti in parochia de Alem, inter Alemsche Broeck, tendentis cum uno fine ad quasdam hereditates, dictas die Deelen, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 187r
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Aelbertus, filius quondam Adriani de Gewanden, et Gerardus, filius quondam Theoderici dicti de Veldriel, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti Goeswini van den Sloet septem denarios, aude scilde communiter vocatos, XXX^{ta} stuferos vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proximo futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 187r
7 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinck

Dictus Aelbertus, filius quondam Adriani de Gewanden, promisit super omnia et habenda michi ad opus dicti Goeswini van den Sloet quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino ad spacium duorum annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum octo consimiles florenos Renenses et quinque consimiles stuvers Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante occasione locationis cuiusdam campi terre, siti in parochia de Alem, inter Alemsche Broeck, dicti communiter den Breden Camp, ut dicebat.
Testes datum supra.

R1270, fol. 187v
7 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Notum sit universis quod cum Guedeldis, filia quondam Ghiselberti Ianssoen, hereditarie vendidisset Elisabeth, filie quondam Henrici Ianss., hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et ex domo, area et orto dicte venditricis, sitis in Buscoducis iuxta pontem dictum Loefsbrugsken, inter hereditatem Wolteri de Hall ex uno et inter hereditatem Hermanni Coenen ex alio, cumque dicta Elisabeth, emptrix, palam recognovisset et super omnia et habenda dicte venditrici repromisisset quod ipsa venditrix dictum censum perpetue redimere posset in toto vel in parte et non minus simul et semel quam dimidiam libram, videlicet quamlibet integram libram cum quinque et dimidio peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis

et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Everardus dictus Hoze, tamquam executor testamenti ac ultime voluntatis dicte quondam Elisabeth, emptricis, et eo nomine palam recognovit se recepisse a magistro Henrico Heym, proprietario pro tempore domus, aree et orti predictorum, summam vero undecim peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, estimando videlicet in hiis denariis, dictum tdobbel vueryseren pro duobus et dimidio stuferis, et in redemptionem et acquitationem duarum librarum hereditarii census de dicto censu sex librarum monete predicte necnon sex libras census annali cessis Remigii ultimo preterito, clamans igitur dictus Everardus dictum magistrum Henricum domum, aream et ortum predictos atque omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de dictis duabus libris hereditarii census et de dictis sex libris census annali termino pretacto cessis quitos, promittens sub obligatione omnium bonorum ad eius executionem spectantem dicto magistro Henrico ad opus sui et ad opus aliorum interesse habentium quod ipse eosdem de dictis duabus libris hereditarii census atque ab ulteriori solutione earundem atque dampna indempna servabit.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII[a] octobris.

R1270, fol. 187v-188r
8 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Henricus, filius quondam Iacobi Zegerssoen, relictus quondam Aleidis, sue uxoris, filie quondam Johannis Costers, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis eorundem Henrici et Aleidis pariter conditorum, ut apparebat, domum et aream, sitam in Buscoducis in viculo tendente a vico Hynthamensi versus vicum Ecclesie, retro turrim ecclesie Sancti Johannis evangeliste, inter hereditatem olim Johannis dicti de Oyen, nunc vero Arnoldi Meeussoen, ex uno et inter cymitherium dicte ecclesie ex alio, quam domum et aream predictam dictus Henricus erga Willelmum et Iohannem, fratres, et Elsbenam, eorum sororem, liberos quondam Ghysberti, filii quondam Johannis dicti van der Scrymaet, dudum acquisierat, prout in litteris, prout et quemadmodum dicta domus et area pronunc ibidem constructa consistit, ut dicebat, simul cum dictis litteris, aliis et instrumentis et iure occasione, dedit ad annum et hereditarium censum Iohanni, filio quondam Johannis dicti Mary, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu septem librarum monete et hereditario censu triginta solidorum eiusdem monete capitulo dicto ecclesie, annuatim prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, dandum et solvendum ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto atque pro hereditario censu quinque et dimidie librarum monete predicte, dando et solvendo dicto Henrico ab alio Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex domo et area predicta, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Aleidis, sue uxoris, ac suorum heredum et succesoorum deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Henrico dictum hereditarium censum quinque et dimidie librarum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex domo et area predicta.
Testes Hiinden et Toelinc, datum VIII[a] octobris.

R1270, fol. 188r
8 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX novos stuvers pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos vel

valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Iohanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 188r
8 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Margareta, relicta quondam Petri Valkenborch, filia quondam Bernardi Leyten, cum tutore potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Petri, ut apparebat, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Rycardus dictus van der Voirt, filius quondam Ricardi dicti van der Voirt, promiserat ut debitor principalis se daturam et soluturam Iohanni dicto de Zeelant, filio quondam Willelmi dicti de Zelant, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex pecia terre, sita in parochia de Sciinle, ad locum dictum Aen den Borne, inter communem aggerem ex uno et inter hereditatem quondam Henrici dicti Heynensoen ex alio, prout in litteris, et que pactio predicta dicto Petro Valkenborch per successionem hereditarie advoluta fuerat, ut dicebat, hereditarie supportavit Iohanni Keymp, filio quondam Henrici, pannicide, simul cum dictis litteris, instrumentis et iure occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere notanter.
Testes Hiinden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 188r
8 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Ghiselbertus, filius quondam Henrici dicti Ballinck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Thome, filii quondam Henrici van den Broeck, filii quondam Franconis van den Broek, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Hynthamensi ultra portam, dictam Pynappelspoert, inter hereditatem Henrici Loekeman ex uno et inter hereditatem Johannis van der Rennen ex alio, quem censum predictum dictus Henricus, filius quondam Franconis van den Broeck, erga Henricum de Loet, filium quondam Johannis, emendo acquiserat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Iohanni Keymp simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Hadewigis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Henrici van den Broeck ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 188r-188v
8 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Dictus Ghiselbertus, tamquam maritus et tutor, ut iam supra, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area orto ac domo posteriori Henrici Loekemans, filii quondam Johannis, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis inter duas portas ibidem, inter hereditatem Henrici de Loet ex uno et inter hereditatem Thome dicti Rademecker ex alio; item ex quinta parte ad Iohannem, filium dicti Henrici Loekeman, post obitum dicti Henrici spectatura in duobus et dimidio iugeribus terre vel circiter, sitis in

parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Ghiselberti Haeck ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Henrici dicti Kuyst, et suorum liberorum ex alio; item in dimidio iugere terre vel circiter, sito in parochia de Roesmalen predicta, in loco dicto Die Hynensche Beemde, inter hereditatem Hermanni Wonder ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, quem censum predictum dictus Henricus van den Broeck, filius quondam Franconis, erga dictos Henricum Loekeman et Iohannem, eius filium, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Iohanni Keymp, filio quondam Henrici Keymp, pannicide, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris necnon ex parte dicti quondam Henrici van den Broick ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hiinden et Toelinc, datum VIII[a] octobris.

R1270, fol. 188v-189r
11 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Johannes dictus de Erpe, filius quondam Johannis de Erpe, Johannes, filius quondam Godefridi dicti Ianss., et Rutgerus, filius quondam Johannis Cluytmans, hereditarie vendiderunt Iacobo de Fine hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aurei, gerecht van gewicht, florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden rijnsgulden pro viginti octo aureis, florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictum den gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro viginti novem stuferis, denarium, dictum tdobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et aliarum pronunc valuatam secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Dionisii martiris et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quatuordecim lopinatas terre vel circiter pariter continente, predicti Johannis, sitis in parochia de Doernen, in loco dicto Lyessel, inter hereditatem Henrici dicti Godelofs ex uno et inter communitatem ibidem ex alio et fine uno, tendentibus cum fine aliquo ad hereditatem Johannis Vrients; item ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continente et dicti Johannis, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Henrici dicti van den Zeylberch ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Roymans Ianss. ex alio, tendentibus cum uno fine ad quendam agrum spectantem, mansum dictum Tot Espt, et cum reliquo fine ad communem plateam; item ex domo, area et horreo et orto ac heredibus sibi coadiacentibus, unam maldratam terre vel circiter pariter continente, dicti Rutgeri, sitis in dicta parochia de Doernen, ad locum dictum Aent Kerckeynde, inter hereditatem heredum quondam Stephani dicti van den Beeck ex uno, tendentibus alias ad communes plateas ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa condicione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue simul una pariter cum et mediante centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus in pecunia et moneta ut supra et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabunt eorum alter.
Testes Hiinden et Bogart, datum XI[a] octobris.

R1270, fol. 189r-189v

11 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Dicti Johannes de Erpe, Johannes, filius quondam Godefridi Janss., et Rutgerus, magistri et rectores pro tempore fabrice ecclesie de Doernen, Bartholomeus, filius quondam Henrici dicti Godelofs, et Arnoldus, filius quondam Johannis Roymans, hereditarie vendiderunt michi ad opus Domus Fratrum Sancti Gregorii, site in Buscoducis iuxta vicum Hynthamensem in hereditate quondam Arnoldi Heym, hereditarium censum decem consimilium florenorum Renensium, solvendum hereditarie Dionisii martiris et in Buscoducis absque omnia precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex dictis domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti Johannis de Erpe in contractu immediate precedenti; item ex domo, area, horreo, orto ac hereditate sibi adiacente predictis dicti Johannis, filii quondam Godefridi; item ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus predictis dicti Rutgeri in contractu supra; item ex pecia terre, dicta dat Nulant, maldratam terre arabilis continente, necnon pecia pascue sibi finaliter coadiacente dicti Bartholomei, sita in dicta parochia, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Loen et inter communitatem ibidem ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Thome Tyelenss. ex alio, tendente cum fine utroque ad communitatem ibidem; item ex quodam agro terre, undecim lopinatas terre vel circiter continente dicti Arnoldi, sito in parochia predicta in agris, dictis Die Hoech Ekeren, ad locum dictum Aen den Wolfsberch, inter hereditatem heredum quondam Theoderici Snoecx *(ex)* uno et inter communem viam ibidem ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi dicti van Bruggen ad quandam communem aliam viam et liberis quondam Gerardi van der Zeylberch, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare possunt perpetue dum eis placuerit cum et mediante centum et sexagintaquinque consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrastadiis, hoc salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintamabunt aut preintimabit coram alter. Etiam condicionatum est quod Maria, filia quondam Henrici Ansems de Gemart, quamque ipsa in humanis vivet, dictum censum percipiet et levabit et post eiusdem Marie decessum et non prius Michael, filius Everardi de Vaerlaer, institor, quoadvixerit ipse eundem censum percipiet et levabit. Post vero eorundem Marie et Michaelis decessus et non prius Henricus, Goeswinus et Anselmus, fratres, liberi dicti Michaelis, dictum censum percipient et levabunt quoad vixerint ipsi aut alter eorum vixerit in humanis atque post obitus dictorum Marie, Michaelis, Henrici, Goeswini et Anselmi omnium et non prius dictus census succedet et devolvetur hereditarie ad Domum Fratrum Sancti Gregorii predictam sub et cum onere tamen unius misse, extunc singulis ebdomadis perpetue celebrandi et in causa quo idem census imposterum redimatur, quod extunc pecunie exinde proveniendi iterum converti debeant et teneantur in alia bona hereditaria de consilio tamen et consensu interesse habenda, que bona sic emenda stabunt ad usum, modum et fruitionem ut dictum est de censu decem florenorum predicto et hec omnia omnino iuxta tenorem testamenti seu ultime voluntatis quondam domini Johannis, presbiteri, filii quondam Henrici Ausemss. de Gemart, absque dolo. Etiam conditionatum est quod dictus census stabit ad iura etc., ut in forma.
Testes Hiinden et Bogart, datum XI octobris.

R1270, fol. 189v
12 oktober 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinc

Johannes dictus Ghysbertssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerardi Quappe, filii quondam Johannis Quappe, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et duobus bonariis prati, sitis in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Johannis van den Venne ex uno et inter quendam mansum, die Hoeve tot Kerchoff, ex alio, quem censum predictum Petrus Quappe, filius dicti quondam Johannis Quappe, erga Lambertum, filium quondam Johannis van den Acker, emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census dicto Iohanni mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus Fratrum Cellitarum, dictorum Celbruederen, de regula Sancti Augustini, commorantium in Buscoducis ad locum dictum Triniteyt, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Petri Quappe ac suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XII[a] octobris.

R1270, fol. 189v
12 oktober 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinc

Dictus Johannes, tamquam maritus et tutor legitimus, ut supra hereditarium censum trium denariorum, beyers gulden communiter vocatorum, quem censum Arnoldus Lambertssoen et Thomas die Gruyter, eius sororius, promiserant se daturum et soluturum Theoderico die Quade anno quolibet hereditarie Servacii episcopi ex domo et domistadio, duodecim vasatas continentes, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Duer, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Megen ex uno et inter hereditatem Gerardi Quattel ex alio, pridem supportatum Petro, filio quondam Johannis Quappe, a Gerardo, filio quondam Theoderici die Quade, prout in litteris, et qui census predictus dicto Iohanni, tamquam marito et tutori legitimo dicte Elisabeth, sue uxoris, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum Cellitarum simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Petri Quappe ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 189v-190r
deze akte is onvolledig

Notum[2] sit universis quod cum Henricus, filius Petri Willemssoen, relictus legitimus Christine, sue uxoris, filie quondam Everardi Janssoen, quandam aquam dictam die Orthensmeer, simul cum piscaria et iuribus et attinentibus ad dictam aquam spectantibus, hereditarie supportasset michi ad opus Fratrum Carthusiensium Domus Sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht.

R1270, fol. 190r
12 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

[2] *in de marge:* vacat.

Petrus dictus Willemssoen, tamquam relictus quondam Beatricis, sue uxoris, filie quondam Henrici de Essche, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione octo lopinorum siliginis mensure de Zoemeren, quam quidam Petrus dictus Honstnazen, commorans in Zoemeren, annuatim sibi solvere tenetur ex suis hereditatibus ibidem situatis; item in hereditaria pactione quatuor lopinorum siliginis dicte mensure quam Nycolaus, filius quondam Willelmi Dircxs., commorans ibidem, sibi solvere tenetur ex suis bonis ibidem situatis; item in quinque lopinis siliginis hereditarie pactionis dicte mensure, quos Willelmus Claess. ec. commorrans ibidem ex certis suis bonis ibidem situatis, sibi annuatim solvere tenetur; item in parochia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Scynle, ad locum dictum Aen den Broeckschen dyck, in quodam campulo ibidem, inter hereditatem Arnoldi Brants ex uno et inter hereditatem Petri, filii Willelmi Claess., et quorundam annorum ibidem ex alio, tendente cum uno fine ad communem stegam ibidem; item in tribus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Roesmalen, in loco dicto In de Hynensche Beempden, inter hereditatem Domus dicte Ter Eyendonck, site infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, ex uno et inter hereditatem domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, cum pluribus aliis ex alio, tendentibus cum uno fine ad communem viam; item adhuc in duabus domibus, horreo, areis et ortis cum suis attinentiis, sitis in parochia de Orthen, ad locum dictum Maelstrem, inter hereditatem Mechteldis, relicte quondam Everardi Ianss., ex uno et inter hereditatem Mathie Iacopss. ex alio, tendentibus a communi aggere retrorsum ad hereditatem liberorum quondam Gevardi die Potter, ut dicebat, legitime supportavit Henrico, filio dictorum Petri et quondam Beatricis, et effestucando resignavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hinden et Toelinc, datum XII[a] octobris.

R1270, fol. 190r
12 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum Ita actum esset Et tunc sit / Et cum henricus filius petri willems soen / predictus / Relictus Christine sue uxor. filie quondam ever. Ianss. quandam aquam dictam die orthensmeer Simul cum piscaria ac iuribus et attinen. ad dictam aquam spectan. hereditarie Supportasset Michi ad opus frm. carthusien. domus sancte sophie ad constantinopolim site in parochia de vucht / prout in aliis lr. Constitututus igitur coram scabinis infra dictus henricus filius ~~qd.~~ petri willemss. ad maiorem roborationem et securitatem supportationis et promissionis per ipm. dict. fratribus carthusien. de dicta aqua~~.~~ cum suis att. pridem factarum promisit sub obligatione ~~omn~~. dictarum pactionum et hereditarium sibi per dictum suum prem. ut premittitur sup.[tarum] ac super omnia et habenda omnes obligationem et impetitionem ex parte suorum liberorum ab ipso et dicta quondam christina pariter genitorum ac suorum hered. prefat. carthusien. deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 190r-190v
12 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu A signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro, suo patri, repromisit quod ipse eundem Petrum, suum patrem, quamdiu in humanis vivet pacifice et quiete, premissa possidere permittet omni eo iure quo ipse

premissa possedit ante diem hodiernam secundum ius opidi de Buscoducis, supportatione usufructus pretacta non obstante, omni dolo secluso.
Testes Hiinden et Toelinc, datum XII[a] octobris.

R1270, fol. 190v
13 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Lambert Bogart

Johannes, filius quondam Leonardi alias dicti Kemerlinck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Iohanne, sue uxoris, filie quondam Johannis Hamer, tinctoris, ab eodem et ~~F~~yssia, sua uxore, filia quondam Johannis Pels, pariter genite, domum, aream et ortum ac domum posteriorem cum suis attinentiis, dictam In de Blaeuwe Hant, sitos in Buscoducis in vico Tinctori, inter hereditatem olim Johannis Pynappel, nunc vero magistri Gerardi de Brede, ex uno et inter hereditatem heredum dicti quondam Johannis Hamers ex alio, tendentes a dicto vico retrorsum ad communem aquam, die Dyese vocatam, ibidem retro fluentem, quos domum, aream, ortum, domum posteriorem predictos dicta Fyssia dudum prefato Iohanni, filio quondam Leonardi, cum dicta Iohanna, sua uxore, nomine dotis et in subsidium eorum matrimonii dederat et assignaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Iohanni, filio naturali dicti quondam Johannis Hamers, tinctori, simul cum dicto instrumento et quibuscumque aliis instrumentis, litteris mentionem inde facientibus atque cum toto iure occasione, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci atque quinque flororis Renensibus hereditarii census annuatim prius exinde et iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hezeacker et Bogart, datum XIII[a] octobris.

R1270, fol. 190v
13 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Lambert Bogart

Dictus Johannes naturalis promisit super omnia et habenda primodicto Iohanni Kemerlinck vigintiquinque libras grossorum pecunie Flandrensis, in monete seu pecunia pronunc valuata a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 190v
13 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Lambert Bogart

Dictus Johannes naturalis promisit super omnia et habenda adhuc primodicto Iohanni vigintiquinque consimiles libras grossorum pecunie Flandrensis, in pecunia ut supra a Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 190v
13 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Lambert Bogart

Dictus Johannes naturalis promisit super omnia et habenda adhuc primodicto Iohanni vigintiquinque consimiles libras grossorum pecunie Flandrensis, in pecunia ut supra a Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendas.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 190v-191r
13 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Iudocus Willemssoen, multor, domum et aream cum suis edificiis et attinentiis de duabus domibus et areis, sitis in Buscoducis, ad locum dictum den Audenhuls, extra portam ibidem, dictam die Molenpoirt, inter domum, dictam vulgariter dat Moelenhuys, ex uno et inter murum opidi predicti ex alio, illam scilicet domum et aream cum suis attinentiis de dictis duabus domibus et areis que sita est versus murum opidi predicti, quam domum et aream cum suis attinentiis primodictis dictus Iudocus erga Thomam, filium quondam Theoderici Peterss. alias die Coster, et Iohannem, filium quondam Arnoldi Muykens, magistros fabrice capelle Sancte Barbare, site in Buscoducis, ad locum dictum Prykershoeck sive Audenhuls, dudum ad censum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Iohanni, filio quondam Arnoldi Muykens, et Henrico Osman, magistros pro tempore diem fabrice capelle predicte, ad opus eiusdem fabrice simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepto hereditario censu quatuor librarum monete, quem censum dictus Iudocus prefate fabrice ex premissis promiserat iuxta continentiam litterarum predictarum atque promissione in eisdem litteris contente, salva inquam dicto Iudoco et sue uxori sua vitali pensione octo florernorum Renensium, ipsis ex premissis hodierna die promissa iuxta continentiam litterrarum desuper confectarum.
Testes Hiinden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 191r
13 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Henricus Osman, tanquam magistri dicte fabrice cappelle Sancte Barbare et eo nomine potentes ad infrascripta, ut dicebat, promiserant dicto Iudoco Willems, multori, ad opus sui et ad opus Aleidis, sue uxoris, filie quondam Theoderici Scepens, quod ipse dabunt et et solvent eisdem Iudoco et Aleidi ac diucius viventi ex ipsis in humanis annuam et vitalem pensionem octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eorundem Iudoci et Aleidis ac diucius ex ipsis viventium et non ultra mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex domo et area cum suis edificiis et attinentiis primodictis atque de ex quadam alia domo et area et orto dicte fabrice, sitis ibidem retro capellam inter eandem fabricam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Zecker ex alio, tendentibus a communi platea ad dictam fabricam; item adhuc ex quodam hereditario censu quinque librarum monete, solvendo anno quolibet hereditarie ex domo, area et orto quondam Egidii Zecker, sitis ibidem in opposito cappelle predicte, atque ex quodam campo terre eiusdem quondam Egidii, sito infra libertatem opidi predicti in loco, dicto den Caluwenberch, quem censum dictus eEidius in suo testamento prefate fabrice ex premissis legaverat, ut dicebat. Promiserunt insuper sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice, presentium et futurorum, warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 191r-191v
14 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Willemus, filius quondam Theoderici de Hees alias de Os, quendam mansum olim dicti quondam Theoderici, situm in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, ab ista parte pontis de Halle, videlicet domos et edificia, terras, agros, prata, pascuas, mericas, lignicrescencias ceterasque iura et attinentia eiusdem mansi singulas et universas, quocumque locorum consistentium sive situm, quem mansum cum suis attinentiis predictis dictus Willelmus unacum certis aliis bonis et heredibus erga Marcelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris; insuper hereditarium censum vigintiquinque florenorum Renensium, xx^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi floreno, et tres grossos monete Brabantie pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, quem censum Petrus et Anthonius, fratres, liberi quondam Theoderici de Hees alias de Os, promiserant ut debitores principales indivisi se daturum et soluturum dicto Willelmo, eorum fratri, filio dicti quondam Theoderici, anno quolibet hereditarie mediatum Pasche et mediatim Remigii Confessoris de et ex domo, area et orto ac domo posteriori necnon quadam alia hereditate aut domistadio cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus dicti quondam Theoderici et patris et Heilwigis, eorum matris, nunc vero dictorum Petri et Anthonii, fratrum, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem inter duas portas ibidem, inter hereditatem Willelmi Stouten, multoris, ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Hermanni de Doernen, fabri, ex alio, necnon de et ex manso predicto, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Ghiselberto, filio quondam Godefrido Gieliss. de Gestel, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali condicione annexa quod dictus Ghiselbertus et sui post ipsum successores proprietarii dicti census eundem censum dumtaxat petent, monebunt et via iuris prosequentur ad et supra mansum et suis attinentiis predictis et nullo modo supra alia contrapignora predicta, prout dictus Ghiselbertus hoc palam recognovit et consentiit.
Testes Hiinden et Bogart, datum XIIII^{ta} octobris.

R1270, fol. 191v
deze akte is niet gepasseerd

Willelmus,[3] filius quondam Theoderici de Hees alias de Os, hereditarium censum vigintiquinque florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet huiusmodi floreno, et tres grossos monete Brabantie pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, quem censum Petrus et Anthonius, fratres, liberi quondam Theoderici de Hees alias de Os, promiserant ut debitores principales indivisi se daturum et soluturum dicto Willelmo, eorum fratri, anno quolibet hereditarie mediatim Pasche et mediatim Remigii Confessoris de et ex domo, area et orto ac domo posteriori necnon quadam alia hereditate aut domistadio cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus dicti quondam Theoderici, eorum patris, et Heilwigis, eorum matris, depost vero dictorum Petri et Anthonii, fatrum, sitis in Buscoducis supra Aggerem Vuchtensem inter duas portas ibidem, inter hereditatem Willelmi Stouten, multoris, ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Hermanni de Doernen, fabri, ex alio; insuper ex quodam manso, olim dicti quondam Theoderici, depost vero dictorum promittentium, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, ab ista parte pontis de Halle, videlicet ex domibus et edificiis, terris, agris, pratis, pascuis, mericalibus,

[3] *in de marge:* non est actum.

lignicrescentibus ceterisque iuiribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Ghiselberto simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum conditione ut iam immediate supra.

R1270, fol. 192r
deze akte is niet gepasseerd

Iacobus de Fine, potens ad infrascripta ut dicebat hereditarium censum septem et dimidii aureorum florenorum, enckel Andriesgulden communiter vocatorum, monete olim ducis Philippi aut ducis Karoli, eius filii, solvendum hereditarie Epiphanie Domini ex medietate cuiusdam mansi, olim quondam Theoderici de Os, depost vero Petri, eius filii, siti in parochia de Vucht Sancti Petri ad loc. dictum Enode, et ex medietate attinenciarum eiusdem mansi singulis et universis; item ex medietate domus, aree et orti cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis supra Aggerem Vuchtensem infra ambas portas ibidem, inter hereditatem Zeberti Doncker ex uno et inter hereditatem Willelmi Stouten ex alio, quem censum predictum dictus Iacobus de Fine ad opus Sororum tercie regule Sancti Francisci Domus Sancte Katarine, site in Huesden, erga dictum Petrum de Os, filium quondam Theoderici de Os, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Ghiselberto simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dictarum sororum deponere cum condicione ut iam supra.

R1270, fol. 192r
deze akte is niet gepasseerd

Iacobus de Fine hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Bucstel et ibidem infra pontes annuatim tradendam, solvendam Nativitatis Baptiste ex domo, orto, domistadio, horreo et edificio, dicto scop, cum omnibus suis hereditatibus sibi coadiacentibus, cum agro terre, dicto den Hoigenacker, quinque modiatas terre vel circiter continente, dicta die Hoeve ter Hazeldonck, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri in dominio et iurisdictione de Bucstel ultra pontem, dictum die Halderbrugge, cum uno latere inter communem plateam et cum alio latere inter hereditatem heredum quondam Christiani van den Meeracker, quam pactionem predictam dictus Iacobus erga Wolterum, filium quondam Petri van den Loeck, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Ghiselberto simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum condicione quod dumtaxat petet supra premissa ut supra· mutatatis mutandis.

R1270, fol. 192r
14 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Petrus et Anthonius, fratres, liberi quondam Theoderici de Hees alias de Os, totam partem et omne ius ad ipsos quovismodo spectantem in quodam manso, olim dicti quondam Theoderici, eorum patris, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, ab ista parte pontis de Halle, videlicet in domibus et edificiis, agris, pratis, pascuis, mericalibus, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, necnon in censibus et pactionibus per presens ex premissis solvendis et depost redemptis, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Ghiselberto simul cum toto iure eis seu eorum alteri in premissis quovismodo competente in

quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Hiinden et Bogart, datum XIIII[ta] octobris.

R1270, fol. 192v
14 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Barbara, relicta quondam Iacobi, filii quondam Iacobi sGoyen, cum tutore potens ad infrascripta,ut dicebat, hereditarium censum quatuor librarum et decem solidorum monete, quem censum Johannes dictus die Dorre, filius quondam Johannis dicti die Dorre, promiserat se daturum et soluturum Alardo, filio quondam Wiinrici dicti van den Heck, anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo et orto cum hereditatibus ibidem adiacentibus, dictis communiter die Langdonck, qui fuerant quondam Aelberti van den Gestelacker, sitis inter hereditatem Johannis dicti Plesser ex uno et inter communitatem de Berliikem ex alio; item ex pecia terre, partim arabilis et partim paludialis, sita in parochia de Berliikem, ad locum dictum die Loeffoirt, inter hereditatem Gerardi dicti Gheen Lanen Sluyterss. ex uno et inter hereditatem Alardi dicti Wisschert et Johannis dicti die Dorre ex alio, quem censum predictum dictus Iacobus, filius quondam Iacobi sGoyen, erga Willelmum, filium quondam Florencii Willemss., maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, filie quondam Johannis van der Heyden, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Ottoni dicto die Dorre, filio quondam Alardi die Dorre, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Iacobi, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hiinden et Bogart, datum XIIII[ta] octobris.
Acquitavit dictum censum.

R1270, fol. 192v
deze akte is onvolledig

Margareta,[4] relicta quondam Johannis, filii quondam Wolteri Abensoen, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, sex lopinatas terre vel circiter pertinente, ac quadam pascua sibi mutuo adiacente, sitis in parochia de Gestel pro *(sic)* Herlaer, ad locum dictum Haenwyck, inter communem aquam ibidem fluentem, die Dommel vocatam, ex uno et inter communem plateam et inter hereditatem Aleidis, filie quondam Ghiselberti Wouters, et Sororum de Orthen Domus Sancti Andree, site in Buscoducis in vico Hynthamensi, ex alio, tendentibus a dicta Dommella et communi platea ad hereditatem Gerardi de Beeck, ut dicebat, legitime supportavit.

R1270, fol. 192v-193r
14 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuyst

Maragareta, relicta quondam Johannis, filii quondam Wolteri Abensoen, filia quondam Johannis Iacopss. de Berliikem, Iacobus, filius quondam Mercelii Merceliss., maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, Adrianus, filius quondam Willelmi Michielss.,

[4] *in de marge:* vacat.

tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, et Gerardus, filius quondam Ghysberti van der Weyen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filiarum quondam Wolteri aben predicti, necnon Erbertus dictus Loyen. tamquam tutor et mamburnus Aleidis, filie impuberis quondam Ghysberti, filii dicti quondam Wolteri Aben, et eo nomine pro eadem Aleide, impuberi, domum, aream, horreum et ortum ac hereditates, sex lopinatas terre vel circiter continente, ac quandam pascuam sibi mutuo coadiacentem, sitos in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Haenwiic, inter communem aquam, die Dommel vocatam, ibidem fluentem ex uno et inter communem plateam ac hereditatem Aleidis, filie quondam Ghiselberti Wouters, et Sororum de Orthen Domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, ex alio, tendentes ab hereditate Gerardi de Beeck ad aquam et plateam predictas, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Iohanni dicto de Dordrecht, filio quondam Theoderici Keymps, ab eodem, promittentes super omnia et habenda divisi, scilicet dicta Margareta pro una medietate necnon dicti Iacobus, Adrianus et Gerardus indivisi et dictus Erbertus, nomine dicte Aleidis impuberis, pro reliqua medietate warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex et dimidio pullis censualibus domino de Herlaer et hereditario censu duarum librarum monete domine nostre in ecclesia de Gestel predicta annuatim exinde e iure solvendis, necnon oneribus viarum per premissa e iure transeuncium, ut dicebat.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XIIII[ta] octobris.

R1270, fol. 193r
14 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Adrianus, filius quondam Nycolai Ianss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Eustacii dicti de Cranenborch, quendam ortum triangularem, situm in parochia de Bucstel, ad locum dictum Ten Brueckelen, inter communem semitam ecclesie ibidem ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Dyck ex alio et alias ad communem plateas ibidem, qui ortus dicto Adriano, tamquam marito et tutori legitimo dicte Hillegondis, sue uxoris, per successionem hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Willelmo dicto Brants simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Hillegondis, sue uxoris, deponere.
Testes Hiinden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 193r
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Willelmus filius quondam Theoderici de Hees alias de Os, domum, aream et ortum ac domum posteriorem necnon quandam aliam hereditatem aut domistadium cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus, olim dicti quondam Theoderici, eius patris, et Heilwigis, eius matris, sitos in Buscoducis supra Aggerem Vuchtensem inter duas portas ibidem, inter hereditatem Willelmi Stouten, multoris, ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Hermanni de Doernen, fabri, ex alio, quos domum, aream, ortum, domum posteriorem, aliam hereditatem aut domistadium cum suis edificiis predictos dictus Willelmus unacum quodam manso ac suis attinentiis, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, erga Mercelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sentencia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Egidio, filio Mathie Gieliss. de Vessem, rotifici, simul cum dictis

litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum XVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 193r
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Petrus et Anthonius, fratres, liberi dicti quondam Theoderici de Hees alias de Os, totam partem et omne ius ad ipsos in premissis spectante ut in contractu immediate precedenti, ut dicebat, hereditarie supportaverunt dicto Egidio simul cum toto iure ipsi seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando resignaverunt modo in talibus consueto, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetiticionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Dictus Egidius promisit super omnia et habenda dicto Willelmo undecim libras monete necnon triginta octo et dimidium peters, XIX sutvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando , Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendas.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum xvi^{ta} octobris.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Dictus Egidius promisit adhuc eidem Willelmus quinque et dimidiam libras eiusdem monete necnon triginta octo et dimidium consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Ywan Kuyst en Lambert Bogart

Ghiselbertus, filius quondam Godefridi Gieliss. de Gestel, promisit super omnia et habenda Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Everits, fabri, quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos occasione acquitationis hereditarii census quinque florenorum Renensium, quem censum Petrus et Anthonius, fratres, liberi quondam Theoderici de Hees alias de Os, dudum prefato Arnoldo Everitss. vendiderant, ut dicebat.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Ywan Kuyst en Lambert Bogart

Idem Ghiselbertus promisit super omnia et habenda Symoni, filio Mathie Gieliss., rotifici, septuagintaquinque consimiles florenos Renenses Pasche proxime futuro persolvendos occasione acquitationis hereditarii census quinque florenorum Renensium, quem dicti Petrus et Anthonius, fratres, prefato Symoni dudum vendiderant, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Ywan Kuyst en Lambert Bogart

Idem Giselbertus promisit super omnia et habenda Huberto, filio quondam Godefridi Willemss., fabro, quadragintaquinque consimiles florenos Renenses Pasche proxime futuro persolvendos occasione acquitationis hereditarii census trium florenorum Renensium, quem dicti Petrus et Anthonius, fratres, dudum prefato Huberto vendiderant, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 193v
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Godefridus, filius quondam Johannis dicti die Becker, hereditarie vendidit Engele, filie quondam Wolteri Mathiis Bacxsoen, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} novos stuvers pronunc noviter monetatos vel valorem in alia bona pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino ab Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor lopinatas terre vel circiter pariter continente, sitis in parochia de Oirscot in pastoria de Verrenbest, inter hereditatem Johannis dicti van den Ecker ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti Beertken van den Spyker ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Gerardi dicti van den Acker, ut dicebat, ab eadem emptrice iure hereditario habendum et possidendum, promittens dictus venditor ut debitor principalis super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 194r
16 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Ywan Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum trigintaduobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Engela, emptrix, cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Engele, emptrici, legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 194r
16 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Notum sit universis quod cum Petrus et Anthonius, fratres, liberi quondam Theoderici de Hees alias de Os, promisissent ut debitores principales indivisi se daturum et soluturum Willelmo, eorum fratri, filio dicti quondam Theoderici hereditrium censum vigintiquinque florenos, XX^{ti} stuvers pro quolibet florenO, et tres grossos monete Brabantie pro quolibet stufero computando, anno quolibet hereditarie mediatim Pasche et mediatim Remigii Confessoris de et ex domo, area et orto ac domo posteriori necnon quadam alia hereditate aut domistadio cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus, olim dicti quondam Theoderici, eorum patris, et Heilwigis, eorum matris, depost vero dictorum Petri et Anthonii, sitis in Buscoducis supra Aggerem Vuchtensem inter duas portas ibidem, inter hereditatem Wolteri Stouten, multoris, ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Hermanni de Doernen, fabri, ex alio, necnon ex quodam alio manso, olim dicti quondam Theoderici, depost vero dictorum promittentium, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, ab ista parte pontis de Halle, promisissentque iidem Petrus et Anthonius, fratres, se daturum et soluturum dicto Willelmo, eorum fratri, adhuc hereditarium censum vigintiquinque consimilium florenorum Renensium anno quolibet hereditarie, mediatim et mediatim, ut supra, de et ex premissis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Ghiselbertus, filius quondam Godefridi Gielissoen de Gestel, palam recognovit et super omnia et habenda Egidio, filio Mathie Gielissoen, rotifici, proprietario pro tempore domus, aree, orti ac domus posterioris necnon alterius hereditatis aut domistadii cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus predictorum, promisit quod dicti census vigintiquinque et vigintiquinque florenorum Renensium ab ipso Ghiselberto nec a quacumque alia persona que imposterum potestatem habere poterit de censibus predictis nullo tempore futuro petentur, monebuntur nec via iuris prosequentur ad et supra domum, aream, ortum ac domum posteriorem necnon aliam hereditatem aut domistadium cum suis edificiis sibi lateraliter consistentibus predictos, absque dolo et fraude.
Testes Hiinden et Bogart, datum XVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 194r-194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Lambertus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Petri Deckerss, peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Vucht Sancti Petri in agris, dictis die Vuchtse Ackeren ibidem, inter hereditatem Yewani de Dommelen, castelani in Herlair, ex uno et inter quandam viam seu stegam, dictam den Moelenwech, ex alio, tendentibus ad communem plateam cum fine utroque; item adhuc peciam terre, dictam den Grootacker, duas lopinatas terre vel circiter continente, sitam ibidem, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem heredum quondam Symonis die Hoessche ex alio, tendentem a communi platea ad hereditatem Johannis Heym, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Henrici die Lepper, filii quondam Henrici die Lepper, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex denariis, stuvers communiter vocatis, diversis personis, atque hereditaria pactione trium lopinorum siliginis et redditu unius pullis censualis investito ecclesie de Vught Sancti Lamberti annuatim exinde e iure solvendis necnon onere conservandi huiusmodi partem aggeris, que ad premissa conservandi spectant in quodam aggere ibidem protenso quo itur versus Herlaer predictum, ut dicebat.
Testes Hiinden et Toelinc, datum XIX^{a} octobris.

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501

Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Zegerus, filius Johannis Gieliss., in absentia dicti Henrici prebuit ad redimendum e iure proximitatis et optinuit.
Testes Toelinc et Pauweter, datum XXX^{ta} octobris.

R1270, fol. 194v
Contractus assisiarum pro anno primo

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Petrus[5] dictus Ariaens alias van Antwerpen, Otto, filius Willelmi Ottensoen dictus Willelmus Otten, et Christianus Bitter promiserunt indivisi super omnia et habenda Rodolpho Noppen ad opus opidi de Buscoducis octuaginta unum antiquos denarios, alde scilde communiter vocatos, XXX^{ta} stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, ad consuetos terminos, videlicet quartatim Nativitatis Domini, quartatim Pasche, quartatim Nativitatis Baptiste et quartatim Remigii Confessoris proxime futura persolvendos occasione impactionis assisie dicti opidi, dicte van den vyschtoll, ut dicebat.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XIX^{a} octobr.

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Iamdicti[6] omnes promiserunt adhuc super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi quinquagintaduos consimiles antiquos denarios ad terminos predictos persolvendos occasione impactionis certe assisie dicti assisie *(sic)* dicti opidi, dicte van den steenpacht, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Adhuc[7] iamdicti omnes promiserunt super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi quadraginta octo consimiles antiquos denarios ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis certe assisie dicti opidi, dicte den nyewen medeassyns, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

---

[5] *in de marge:* den vyschtoll.
[6] *in de marge:* steenpacht.
[7] *in de marge:* nyewen medeassyns.

Wolterus[8] dictus Eelkens Henricxs., Johannes de Vaerlaer Arntss, Petrus dictus Ariaens alias de Antwerpia, Ostinus dictus Ost Nulaet et Willelmus dictus Eelkens Arntss. promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi decem et dimidium consimiles antiquos denarios ad terminos predictos persolvendos occasione impactionis· certe assisie dicti opidi, dicte den wollpacht, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 194v
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Iamdicti[9] Wolterus, Johannes, Petrus, Ostinus et Willelmus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi quindecim consimiles antiquos denarios, alde scilde communiter vocatos, ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis assisie dicti opidi, dicte den yseren honichpacht.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 195r
19 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Ultimodicti[10] Wolterus, Johannes, Petrus, Ostinus et Willelmus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi tricentos et quadraginta duos consimiles denarios ad terminos predictos persolvendos occasione impactionis assisie cuiusdam dicti opidi, dicte den ossen ende runderenassyns, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 195r
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Henricus,[11] filius naturalis Arnoldi Merceliss. alias dictus In Bourgoindien, et Henrica, eius uxor, Adrianus, filius dicti Arnoldi Merceliss., Johannes, filius Iudoci de Herenthom Willemss., pistor, et Petrus, filius quondam Arnoldi die Witte, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti opidi tricentos et triginta sex consimiles alde scilde ad terminos predictos persolvendos occasione impactionis assisie dier van den craen, ut dicebant.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum quinta novembris.

R1270, fol. 195r
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Dicti Henricus et Henrica, eius uxor, promiserunt super omnia et habenda Adrianum, Iohannem et Petrum et eorum bona de premissis atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

---

[8] *in de marge:* wolpacht.
[9] *in de marge:* yseren honichpacht.
[10] *in de marge:* ossen ende runderenassyns.
[11] *in de marge:* den craen.

R1270, fol. 195r
8 november 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Willelmus,[12] filius quondam Mathei de Engelant, et Johannes Hacken promiserunt indivisi super omnia et habenda Rodolpho Noppen ad opus dicti opidi centum et duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet, ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis assisiarum villagii de Berliikem, iuxta ordinationem desuper factam, ut dicebant.
Testes Hiinden et Toelinc, datum VIII^{a} novembris.

R1270, fol. 195r
10 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Egidius[13] dictus Houbraken Janss., spintrifex, et Petrus van der Boydonck Willemssoen promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico de Davantria ad opus dicti opidi tredecim consimiles denarios, alde scilde vocatos, ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis certe assisie dicti opidi, dicte den smoutenassyns, ut dicebant.
Testes Kuyst et Bogart, datum X^{a} novembris.

R1270, fol. 195r
23 december 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Johannes [14] Hedel Henricxs., rasor pannorum, Lucas de Kessel et Hermannus, filius quondam Henrici van der Sprange, sartores, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti opidi quadraginta consimiles denarios, alde scilde vocatos, ad terminos predictos persolvendos occasione impactionis certe assisie dicti opidi, dicte den buytenlakenassyns, ut dicebant.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XXIII^{ta} decembris.

R1270, fol. 195r
18 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Arnoldus[15] dictus Noyens, Leonardus Iacopss., Lambertus Goessens et Gerardus de Uden promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Rodolpho ad opus dicti opidi triginta quatuor consimiles alde scilde ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis assisie dicti opidi, dicte van den lynen weversaet, ut dicebant.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVIII^{a} novembris.

R1270, fol. 195r
26 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

---

[12] *in de marge:* assyns van Berliikem.
[13] *in de marge:* smautassyns.
[14] *in de marge:* buytenlakenassyns.
[15] *in de marge:* lynnen weversaet.

Iacobus,[16] filius quondam Ghiselberti van den Ghever, et Arnoldus, filius Johannis de Berliikem, promisit indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti opidi quadragintaquatuor consimiles alde scilde ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis assisie dicti opidi, dicte den corenassyns, ut dicebant.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXVI[ta] novembris.

R1270, fol. 195r
26 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Dicti[17] Iacobus et Arnoldus promiserunt adhuc indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti opidi tredecim consimiles alde scilde ad dictos terminos persolvendos occasione impactionis dicti opidi, dicte den gortenassyns, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 195v
11 december 1501

Godefridus die Cuyper, filius quondam Johannis, filii quondam Wilhelmi Geraertsz., et Gerardus die Heert, filius Wautgeri, promiserunt indivisi super omnia et habenda Rodolpho Noppen ad ous opidi de Buscoducis centum et viginti duo schuta, computando XXX stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem valutatam, pro una quarta parte Nativitatis Domini, pro alia quarta parte Pasche, pro tertia quarta parte Nativitatis Johannis Baptiste et pro quarta seu ultima quarta parte Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Vladeracken et Hiinden, datum XI decembris.

R1270, fol. 195v
7 juli 1502
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Theodericus[18] dictus de Gulpen et Johannes de Bladel, filius quondam Johannis de Bladel, promiserunt indivisi super omnia et habenda Rodolpho Noppen ad opus dicti opidi triginta quatuor denarios, alde scilde communiter vocatos, XXX[ta] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos occasione impactionis van beyde den muntelkens inferius et superius, ut dicebant.
Testes Bogart et Paeuweter, datum VII[a] iulii.

R1270, fol. 196r
21 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Arnoldus, filius quondam Johannis de Zoemeren, tanquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie naturalis quondam Willelmi de Kessel, filii naturalis

---

[16] *in de marge:* corenassyns.
[17] *in de marge:* gortassyns.
[18] *in de marge*: Muntelkens.

quondam Johannis de Kessel, sextam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam prato, tria bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Sciinle, dicto communiter die Beytelshorst, inter hereditatem Roveri Peterssoen ex uno et inter quoddam pratum, dictum die Weyhoeve, spectans ad Willelmum, filium quondam Henrici van Hagennouwen, et liberos, dictos die kiinder van Ammersoyen, ex alio, tendente ab aggere, dicto den Kilsdoncschendyck, ad communitatem de Vechel, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Willelmo, filio quondam Henrici van Hagennouwen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus grossis antiquis census fundi, ex primodicto integro prato annuatim et iure solvendo, ut dicebat.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XXI[a] octobris.

R1270, fol. 196r
21 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Et poterit dictam sextam partem redimere perpetue cum et mediante decem et octo ac dimidio peters, xviii stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, salvis tamen dicto emptori et sibi reservato fructu et emolumento anni redemptionis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, tali conditione annexa quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legittime preintimabit ac preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 196r
24 november 1501
Ywan Kuijst en Arnoud Pauweter

Arnoldus, filius quondam Wolteri Hermanssoen, promisit ut debitor principalis Martino, filio quondam Henrici Matheeus van Bakelair, ad opus sui et ad opus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Mathie Noden, quod ipse dabit et solvet eisdem Martino et Elisabeth ac diucius viventi ex ipsis in humanis annuam et vitalem pensionem quatuor librarum monete anno quolibet ad vitam eorundem Martini et Elisabeth, sue uxoris, ac diucius viventi ex ipsis, mediatim Nativititatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter pariter continente, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Onlant, inter hereditatem Johannis Reynerss. ex uno et inter hereditatem Ghibonis dicti van den Borne ex alio, tendentibus a communi platea ad communem stegam ibidem; item ex una modiata terre vel circiter, sita ibidem, inter hereditatem dicti Ghibonis ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi van den Donck ex alio, tendente ab hereditate Agnetis, relicte quondam Martini Corstiaens, et eius liberorum ad quandam stegam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, obligationem et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXIIII[ta] novembris.

R1270, fol. 196r-196v
22 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum Hubertus de Strathen stallum sive scampnum, dictum een vleesbanc, situm in domo carnificum opidi de Buscoducis, olim venditum dicto Huberto a

Iohanne dicto Lu, filio quondam Mathei dicti Lu; insuper medietatem et quintam partem alterius medietatis, olim ad Amisium, filium quondam Amisii, filii quondam Volcquinii dicti de Amersvoirt, in duobus et dimidio stallis, dictis vleesbancken, sitis in macello opidi de Buscoducis, dudum supportatam dicto Huberto ab Amisio predicto; insuper medietatem, olim ad Iohannem, filium quondam Amisii, filii quondam Volcquini predicti spectantem in duobus et dimidio stallis, dictis vleesbancken, sitis in macello opidi de Buscoducis, dudum supportatam dicto Amisio pro una quinta parte, dicto Huberto pro quatuor quintis partibus a Iohanne, filio quondam Amisii predicti, hereditarie supportasset Lamberto de Doernen, filio Chistiani, ad opus Reyneri, filii quondam Johannis de Berse Reynerss, cumque idem Reynerus duo et dimidium stalla sive scampna de premissis hereditarie supportasset dicto Huberto et cum deinde frater Goeswinus de Berse, filius quondam Gerardi de Berse, conventualis conventus fratrum minorum in Buscoducis, in presentia et cum expressis consensu et voluntate fratris Johannis de Gestel, gardiani eiusdem conventus, unum et dimidium stalla, dicta vleesbancken, olim dicti quondam Gerardi de Berse, sita in Buscoducis in domo carnificum ibidem, similiter cum iuribus et attinentiis eorundem unius et dimidii stallorum, dictorum vleesbancken, singulis et universis hereditarie supportasset dicto Huberto de Strathen, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Yda, relicta dicti quondam Huberti de Strathen, cum tutore potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis eiusdem quondam Huberti, ut dicebat, tria stalla sive scampna, dicta drie vleesbancken, olim ad dictum quondam Hubertum, nunc ad ipsam, ut dicebat, spectantia in premissisis, hereditarie supportavit Wautgero, filio quondam Gerardi Melissoen alias dicto In den Wildeman, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Huberti de Strathen ac suorum heredum et successorum deponere. Testes Kuyst et Toelinc, datum XXII^{ta} octobris.

R1270, fol. 196v
22 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinc

Dictus Wautgerus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicte Yde ad spacium trium annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum duos peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando Nativitatis Domini et primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dictis annis durantibus et in ultimo termino dictorum annorum adhuc triginta sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 196v-197r
22 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Karolus Cleynael satisfaciens arbitramento inter ipsum ex una et Petrum Vrients ex altera partibus per certos arbitros dudum pronuntiato, ut dicebat, super hereditaria paccione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Katharina, filia naturalis quondam Theoderici Cleynaels, olim solvenda habere consueverat hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex quodam manso, dicto die Hoeve ter Locht, sito in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Op Wippenhout, et ex attinentiis eiusdem mansi singulis et universis et que pactio per et post mortem dicte Katharine ad dictum Karolum hereditarie

advoluta est atque iure ad opus Petri Vrients, pronunc possessis dicti mansi, hereditarie renunciavit effectucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Hiinden, datum supra.

R1270, fol. 197r
22 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Henricus, filius quondam Arnoldi Reynerssoen, hereditarie vendidit Hillegondi, relicte quondam Arnoldi, filii quondam Henrici dicti van Biinacht, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex domo, area et orto ac suis attinentiis, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, iuxta portam dictam Pynappelspoirt, inter hereditatem heredum quondam Godefridi dicti Tyelens ex uno et inter hereditatem Mathie, filii Cornelii, cultellificis, ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamensi retrorsum ad communem aquam, die Dyeze vocatam, ibidem fluentem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 197r
22 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquagintasex peters, XIX novos stuvers pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos vel valorem valorem *(sic)* in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, van gewichte, pro vigintiocto stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios valuatos nae advenande, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emprici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 197r
23 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Johannes dictus Alartss., commorans tot Gewanden, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Goeswino van den Sloet ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum septem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutione Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps dictis annis durantibus occasione locationis cuiusdam campi terre, tria iugera terre vel circiter continente, dicti communiter Hesselen Camp, siti in parochia de Maren, ad locum dictum tSant, ut dicebat.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XXIII^{ta} octobris.

R1270, fol. 197r-197v
23 oktober 1501

Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Anthonius, filius quondam Theoderici de Hees alias de Os, pro seipso et pro Petro, suo fratre, peciam terre arabilis, dictam Weytkensacker, unam maldratam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum In de Vuchsche Akeren, inter hereditatem Rodolphi, filii quondam Godefridi Wiichmans, ex uno et inter hereditatem dictorum Petri et Anthonii, fratrum, ex alio, dudum venditam dicto Anthonio ad opus sui et ad opus dicti Petri, sui fratris, a Wychmanno, filio dicti quondam Godefridi, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Wychmans simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Quo facto Ghiselbertus, filius quondam Godefridi Gieliss. de Gestel, proprietarius pro tempore mansi dudum dictorum fratrum, siti in parochia de Vucht predicta, ad locum dictum Enode, super dicta pecia terre arabilis atque super toto iure ad opus dicti Wychmanni hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum XXIII[a] octobris.

R1270, fol. 197v
23 oktober 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinc

Henricus dictus van der Lanschott prebuit ad redimendum e iure proximitatis et quitandum agrum terre, situm in parochia de Vesssem, quem agrum predictum Henricus, filius Johannis Coppens van Hulsel, erga Margareta, filia quondam Wolteri van der Lantschot, relicta quondam Everardi de Steenssel, et eius liberos coram scabinis de Oerle acquisierat, ut dicebat, et optinuit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 197v
25 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Reynerus, filius quondam Willelmi Reynerssoen, hereditarie vendidit Iohanni, filio quondam Gerardi Wouterss., hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Heze, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis proxime futuro notanter et in parochia de Heze tradendam de et ex pecia prati, quinque vasatas terre vel circiter continente dicti venditoris, sita in parochia de Heze in loco dicto In de Hulsbroecken, inter hereditatem Henrici et Leonardi, fratrum, liberorum quondam Henrici Ian Meuss., ex uno et inter hereditatem spectantem ad vicinos de Heze ibidem ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem fabrice ecclesie de Heze, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum XXV[ta] octobris.

R1270, fol. 197v
25 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Theodericus et Godefridus, fratres, liberi quondam Reyneri, filii quondam Godefridi van der Graft, atque Rutgerus et Iohanna, eius soror, liberi quondam Lamberti, filii Christiani Rutgerssoen, ab eodem quondam Lamberto et quondam Geertrude, eius uxore, filia quondam

Reyneri predicti, pariter geniti, necnon Henricus Loyen, filius quondam Petri Loyen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie Lamberti et quondam Geertrudis predictorum, cum tutore pro seipsis ac suis fratre et sororibus tres quartas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in uno et dimidio iugeribus terre, sitis in parochia de Littoyen, in loco dicto Midsen In hillen Hoeve, inter hereditatem Huberti Roelofss. ex utroque latere; item adhuc in uno iugere terre, sito ibidem retro inter quoddam fossatum ex uno et inter hereditatem dicti Huberti ex alio; item adhuc in quatuor hont terre, sitis ibidem retro inter hereditatem dicti Huberti ex uno et inter hereditatem Theoderici Berntss. ex alio, quas integras hereditates predictas dictus Reynerus, filius quondam Godefridi van der Graft, erga Iohannem, filium quondam Arnoldi Moykenssoen, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Iohanni dicto Clynge, filio quondam Johannis Clynge, ad opus sui pro una medietate et ad opus Aleidis, filie dicti quondam Huberti Roelofs pro alia medietate, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Theodericus pro una tercia parte, Godefridus pro alia tercia parte necnon Rutgerus, Iohanna et Henricus Loyen pro seipsis et suis fratre et sororibus ~~i~~ndivisi pro tercia tercia parte ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dicti quondam Reyneri ac suorum heredum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXV^{ta} octobris.

R1270, fol. 198r
25 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Laurencius Boeden et Willelmus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda Iohanni, filio quondam Gerardi op Gorop, decem et octo lopinos siliginis mensure de Buscoducis Iacobi apostoli proxime futuro, totidem lopinos siliginis a Iacobi proxime futuro ultra annum ac totidem lopinos siliginis, necnon quadraginta duos peters, nominatos dobbel vuerysers, vel valorem in alia bona pecunia pro quolibet computando, a Iacobi apostoli proxime futuro ultra duos annos persolvendis.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 198r-198v
25 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Henricus senior, Henricus junior, Rutgerus et Johannes, fratres, liberi quondam Henrici die Smyt van der Bruggen, et Nycolaus dictus Coel, filius quondam Johannis de Griensvenne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici die Smyt van der Bruggen, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam inter se mutuo fecisse de certis bonis hereditariis infrascriptis, ipsis videlicet per et post mortem quondam Heilwigis, filie quondam Henrici die Smyt dicti van der Bruggen, eorum martartare, advolutis, ut dicebat, mediante qua divisione campus terre, situs infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Hoydonck, inter aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, ex uno et inter hereditatem Otte, relicte quondam Henrici Wouterss., ex alio; item medietas campi terre mericalis, siti in parochia de Sciinle, in loco dicto die Hautart, inter hereditatem conventus Sancte Clare in Buscoducis ex uno et inter hereditatem cuiusdam dicte Leenken, relicte quondam Johannis Penninx, et eius liberorum ex alio, simul cum onere solvendi ex dicta medietate campi terrre mericalis medietatem hereditarii census duarum librarum monete dicto conventui Sancte Clare annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebat, primodicto Henrico seniori, cesserunt in partem, prout alii

recognoverunt super quibus alii atque iure ad opus eiusdem Henrici senioris hereditarie renunciaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicte Margarete necnon ex parte dicte quondam Heilwigis ac suorum heredum deponere; et mediante qua divisione pecia terre duodecim lopinorum terre vel circiter continente, sita in dicta libertate, ad dictum locum, die Dungen vocatum, ad locum dictum Op Griensvenne, inter hereditatem rectoris altaris beate Marie virginis, siti in capella de Dungen ex uno et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Nycolai Willemss., et eius liberorum ex alio; item reliqua medietas dicti campi terre mericalis, siti in dicta parochia de Sciinle simul cum onere solvendi censum fundi domino duci ad quatuor grossos antiquos taxatos, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis liberis quondam Willelmi die Lathouwer et hereditarium censum quatuor librarum monete conventui Porta Celi prope Buscumducis de et ex dicta pecia terre necnon reliquam medietatem dicti census duarum librarum dicte monete ex dicta reliqua medietate campi mericalis predicti, annuatim exinde e iure solvendos, ut dicebat, secundodicto Henrico juniori, cesserunt in partem, prout alii recognoverunt super quibus alii atque iure ad opus eiusdem Henrici junioris hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete necnon ex parte dicte quondam Heilwigis ac sui heredum deponere; et mediante qua divisione hereditaria pactio trium modiorum siliginis mensure de Helmont de hereditaria pactione quinque modiorum siliginis eiusdem mensure, quam pactionem iamdictam quidam Lambertus dictus Janss. annuatim et hereditarie solvere tenetur Purificationis de et ex quodam manso, dicto die Hoeve ter Bruggen, sito in parochia de Doerne, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, supradicto Rutgero cessit in partem, prout alii recognoverunt super qua pactione alii atque super toto iure ad opus eiusdem Rutgeri hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete atque ex parte dicte quondam Heilwigis ac suorum heredum deponere; et mediante qua divisione hereditaria pactio duorum modiorum siliginis dicte mensure de Helmont de dicta hereditaria pactione quinque modiorum siliginis; item adhuc medietas hereditarie pactionis vigintiquinque lopinorum ordei mensure de Vechel, solvendi annuatim et hereditarie Purificationis de et ex certis hereditatibus in parochia de Vechel situatis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, supradicto Iohanni cesserunt in partem, prout alii hoc palam recognoverunt super quibus alii atque super toto iure ad opus eiusdem Johannis hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicte Margarete et ex parte dicti quondam Heilwigis et suorum heredum deponere; et mediante qua divisione pecia terre, duo iugera terre vel circiter continens, sita infra libertatem predictam, ad locum dictum die Eyckendonck, inter hereditatem fabrice ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii quondam Rutgeri de Griensvenne, ex alio; item reliqua medietas ultimodicte hereditarie pactionis vigintiquinque lopinorum ordei, ut dicebat, supradicto Nycolao dicto Coel, tamquam marito et tutori legitimo dicte Margarete, sue uxoris, cesserunt in partem, prout alii recognoverunt super quibus atque iure ad opus eiusdem Nycolai dicti Coell hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte quondam Heilwigis ac suorum heredum deponere, talibus condicionibus annexisque quivis Henrico seniori et Henrici juniori predictorum onera in sua porcione, ut premittitur narrata, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur quod uni ab alio nec aliis suis condividentibus predictis ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futurum. Et si imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam dictum est aut si alium dictorum condividentium de premissis sibi in partem, ut premittitur, aliquid iuridice evinceretur vel si contrapignora dictarum pactionum pro solutione earundem

insufficiencia inventa fuerunt et non satissecura, hoc plus huiusmodi dampna et insufficiencia dicti condividentes equaliter portabunt et solvent et portare et solvere tenebuntur, videlicet quivis eorum pro una quinta parte, prout iidem condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum XXV^{ta} octobris.

R1270, fol. 198v-199r
25 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Florencius dictus van der Dussen, filius quondam Johannis dicti van der Dussen, hereditarie vendidit Iohanni de Petershem seniori, filio quondam Anthonii, herediarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in alia bona pecunia per archiducem Philippum et suos status pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie notanter in profesto Purificationis et pro primo solutionis termino in profesto Purificationis futuro de et ex vigintiquatuor iugeribus terre, olim dicti quondam Johannis van der Dussen, sui patris, nunc vero dicti Florenciim venditoris, sitis in parochia de Nulant in loco dicto die Hoeven, inter hereditatem Johannis Heym ex uno et inter hereditatem Johannis die jonge Iacopssoen ex alio, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 199r
25 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus venditor promisit adhuc super omnia et habenda dicto emptori in casu quo census infra annum proxime futuro per aliquem qui vero fuerit de sanguine dicti venditoris e iure proximitatis redimeretur, quod extunc adstatim huiusmodi redemptione facta idem venditor dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur dicto emptori integrum censum annalem, videlicet decem consimiles florenos Renenses, absque contradictione dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 199r
25 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul et semel quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 199r
26 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Wolterus, filius quondam Willelmi Woutersss., et Henricus, filius quondam Willelmi dicti Damensoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturum et soluturum domicelle Margarete, relicte quondam magistri Arnoldi Keymp, ad spacium sex annorum Philippi et Iacobi apostolorum ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum centum et decem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel vel valorem quolibet termino solutionis valuata pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim ad dominicam quam cantatur Letare Iherusalem et pro primo solutionis termino videlicet de medietate Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps de terminis ad terminos dictis annis durantibus, occasione impactionis cuiusdam mansi dicte domicelle Margarete, siti in parochia de Kessel, prout dictus quondam Willelmus Wouterssoen dudum eundem mansum sub sua habuit cultura. Promiserunt insuper dicti Wolterus et Henricus indivisi sub obligatione premissa et dicta domicella Margareta super omnia et habenda sibi mutuo quod ipsi et eorum quilibet pro quanto ipsis concrevit huiusmodi conventiones et promissiones quas super impactione mansi predicti cum suis attinentiis coram dominis Gerardo de Beest, canonico in Buscoducis, et Henrico Hepscaep, presbitero, ac Iohanne Kanapart invicem inierunt et fecerunt iuxta tenorem cedullarum desuper confectarum adimplebunt ac adimplebit eorum alter, absque contradictione doloque et fraude.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XXVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 199r
26 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Dictus Wolterus promisit super omnia et habenda dictum Henricum et eius bona de pretactis promissionibus atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 199v
26 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Johannes dictus van den Velde, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Gerardi de Achel, palam recognovit se recepisse ab Hillino, filio quondam Willelmi Zegerssoen de Nuwekuyck, relicto quondam Elisabeth, sue uxoris, relicte quondam dicti Gerardi de Achel, quartam partem centum coronarum, xxiiii^{or} stuvers pro quolibet computando, necnon quartam partem centum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, qui proveniunt solvendi ex causa seu occasione certi arbitramenti seu eloquii inter dictum Hillinum ex una necnon inter Gerardum de Achel, filium dicti quondam Gerardi de Achel, Iannen van de Velde, Gerardum de Heessel et Zegerum Iacopssoen ex altera partibus, per certos electos arbitros dudum pronunciati, clamans igitur dictus Johannes eundem Hillinum et eius bona de dictis quartis partibus premissorum ac quibuscumque impetitionibus et actionibus quibus mediante occasione quartam partem impeti posset quitos liberos et penitus absolutos omnino iuxta exigenciam eloquii seu arbitracioni pretacti, promittens super omnia et habenda ratam servare et non contravenire, absque dolo.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XXVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 199v
26 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Stepanus, filius quondam Stephani de Ellaer, spintrifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti, filii quondam Aelberti dicti Ghysbrechss., rasoris pannorum, quatuor libras hereditarii census monete de hereditario censu decem librarum monete predicte, solvendi hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo, area et orto Johannis, filii quondam Heymerici Ianss. alias Degens, sitis in Buscoducis ad vicum Orthensem, iuxta Forum Piscium, inter hereditatem dictam die Zonne heredum quondam magistri Johannis Monix ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti Coman Ghys ex alio, quem censum decem librarum iamdictum dictus Ghiselbertus, filius quondam Aelberti dicti Ghysbrechtss., erga dictum Iohannem, filium quondam Heymerici Ianss. alias Degens, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Yewano, filio quondam Godefridi van den Hoevel, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Luytgardis, sue uxoris, ac ex parte dicti quondam Ghiselberti ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum XXVI^{ta} octobris.

R1270, fol. 199v-200r
26 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Goeswinus van den Sloet, tamquam maritus legitimus domicelle Agnetis, sue uxoris, relicte quondam Goeswini Hack, et ipsa domicella Agnes cum eodem Goeswino van den Sloot, suo marito, tamquam cum suo tutore medietatem, olim ad quondam Gerardum de Berkel, depost vero ad Gerardum, filium eiusdem quondam Gerardi, spectantem in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren, in loco dicto in die Goertten, inter quandam stegam ibidem, die gemeyn Bemelye stege vocatam, ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Maren ex alio, quam medietatem predictam dicta domicella Agnes erga dictum Gerardum de Berkel, filium quondam Gerardi de Berkel, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Iohanni de Berkel, filio quondam Gerardi de Berkel, simul cum dictis litteris et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, exceptis recognitione et repromissione in dictis litteris contentis, quas recognicionem et repromissionem pretactas dictus Johannes adimplebit et adimplere tenebitur sic et taliter quod dictis Goeswino et domicelle Agneti ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futurum, prout dictus Johannes recognovit et super omnia dictis Goeswino et domicelle Agneti repromisit.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 200r
deze akte is onvolledig

Henricus, filius quondam Henrici dicti Scryvers, promisit super omnia et habenda Willelme dicte Ghysberts, matri, uxoris.

R1270, fol. 200r
27 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Frans Toelinc

Henricus, filius quondam Henrici dicti Scryvers, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, promisit super omnia et habenda mihi ad opus Willelme dicte

Ghysberts, matri dicte Hillegondis, sue uxoris, viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad monitionem dicte Willelme persolvendos.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XXVII^{ta} octobris.

R1270, fol. 200r
27 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Magister Lambertus Zweders, filius quondam magistri Arnoldi Zweders alias Hacken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Wolteri Bunnen alias de Delft, hereditarie vendidit Aleidi, relicte quondam Iacobi Goyartssoen, emptoris bladorum, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac quarte partis unius huiusmodi floreni Renensis, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro xxviii stuferis, novos aureos florenos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro xx^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Symonis et Iude apostolorum de et ex domo et area dicti venditoris, sita in Buscoducis retro conventum Fratrum Minorum in Buscoducis, inter hereditatem Margarete, relicte dicti quondam Johannis, filii quondam Wolteri Bunnens. alias de Delft, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Hillegondis, filie quondam Arnoldi dicti de Heeswyck, relicte quondam Johannis die Molneer, et eius liberorum ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem heredum quondam Henrici de Beeck alias sBressers; item adhuc ex quarta parte ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in dicto opido de Buscoducis, ad locum dictum Aent Volregatt, inter hereditatem Henrici Hoernken ex uno et inter hereditatem Hadewigis dicte Berse et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi platea ad communem aquam, die Dyese vocatam, ibidem fluentem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 200r-200v
27 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum florenis Renensibus, xx^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictas die gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro xxviii stuvers, aureos florenos cum cruce Sancti Andree iusti ponderis, dictos die gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro xxix stuvers, aureos florenos novos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro vigintiquinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et denarios. monete olim ducum Philippi aut Karoli, ducum dum vixerant Bourgoindie, Brabantie etc., pro decem et septem placcis Busciducensibus et nullam aliam monetam seu pecuniam, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Aleidis cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Aleidi, emptrici, legitime preintimabit.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum XXVII^{ta} octobris.

R1270, fol. 200v
27 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Zegerus dictus Iacopssoen dedit Petro Reynerss. potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 200v
27 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Zebertus, filius quondam Michaelis de Hall, Henricus, filius Andree Lambrechss., et Willelmus, filius Ghiselberti, filii Johannis Meeuszn., promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus domicelli Yewani de Cortenbach, domini temporalis de Keerbergen, quadraginta septem modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 200v
29 oktober 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Arnoldus dictus van den Laeck, filius quondam Andree dicti van den Laeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Willelmi de Dormalen, medietatem ad ipsorum, ut dicebat, spectantem in quodam prato, dicto den Beempt Ten Hout, sito in parochia de Oirschot in pastoria de Gunterslaer, inter hereditatem Nycolai, filii quondam Henrici de Henxthem alias dicti de Delft, ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Speecx. ex alio, tendente cum alio fine ad hereditates seu prata, dicta die Scaepsbuenre, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Nycolao, filio quondam Henrici de Henxthem, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepta medietate sex grossorum antiquorum census fundi domino duci, annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXIX^{ta} octobr.

R1270, fol. 200v
29 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Petrus, filius quondam Johannis dicti Gevarts de Hamont, sartor, et Petrus, filius Nycolai dicti Wouderichem, sartor, palam recognoverunt eis plenariam forefactam solutionem per Arnoldum dictum Ggoessenss. de huiusmodi septem florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, quos Johannes, filii *(sic)* dicti Arnoldi dudum in mutuo receperat a Petro et Petro primodictis, et iidem Petrus et Petrus et eidem Iohanni concesserant, ut dicebat, clamantes igitur dictos arnoldus et Iohannem, eorum bona et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes quitos.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum supra.

R1270, fol. 200v-201r

29 oktober 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Nycolaus, filius quondam Johannis dicti Loenman, et domicella Beatrix, filia Adolphi de Dommelen, ab eodem et quondam domicella Mechtelde, eius uxore, filia dicti quondam Johannis Loenmans pariter genita, duo hont terre vel circiter, sita in parochia de Vucht Sancti Lamberti in loco, dicto In den Maey, in quodam campo ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Henrici dicti Zegers ex uno et inter hereditatem Iacobim filii quondam Geerwini dicti Geerwyn Sceentkenss. ex alio, tendente ab hereditate Theoderici de Hiinden ad hereditatem Willelmi dicti Boolants, prout dicta duo hont terre ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicto Iacobo ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda cum tutore warandiam et obligationem et impetitionem deponere, exciptis aggeribus et circumspectionibus dictis scouwen ad primissa duo hont terre e iure conservandi, ut dicebat. Testes, datum supra.

R1270, fol. 201r
deze akte is onvolledig

Petrus de Hedel, filius quondam Johannis de Hedel, hereditarium censum duarum librarum monete.

R1270, fol. 201r
29 oktober 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Petrus de Hedel, filius quondam Johannis, relictus quondam Christine, sue uxoris, totum ius sue vitalis perceptionis ad ipsum spectantem in hereditario censu duarum librarum monete, solvendo hereditarie Remigii confessoris ex domo et area Marcelii, filii quondam Johannis van den Grave, sitis in Buscoducis retro conventum Fratrum Minorum, inter hereditatem Willelmi Bloemkens ex uno et inter hereditatem Henrici die Vrieze ex alio; item in hereditario censu duarum librarum monete predicte, solvendo hereditarie Assumptionis Marie de et ex domo et area predicta, quos census predictos dictus Petrus de Hedel magistro Petro de Os ad opus pauperum Maioris Hospitalis in Buscoducis atque monialium inibi commorantium hereditarie dudum supportaverat, ab eisdem pauperibus seu Maiori Hospitali pro duabus terciis partibus et monialibus predictis pro una tercia parte post decessus dictorum Petri et Christine amborum et non prius iure hereditario habendum et possidendum, prout in litteris, legitime supportavit Lamberto die Wolff simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere. Quo facto Johannes de Hedel, tamquam magister et rector dicti Maioris Hospitalis nomine dicti Hospitalis· ac dictarum monialium in presentia et de consensu Theoderici de Hiinden, provisoris pro tempore dicti Hospitalis, super dictis censibus hereditariis atque super toto iure hereditario dictis Hospitali· et monialibus quovismodo competente ac imposterum competituro in dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus ad opus dicti Lamberti hereditarie renunciavit effestucando, promittens dictus Johannes de Hedel et cum eo Petrus de Hedel predictus, videlicet dictus Johannes sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis et dictus Petrus sub obligatione premissa ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte dicti Hospitalis et monialium predictorum deponere.
Testes Hiinden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 201r
29 oktober 1501
Jan van Vladeracken en Arnoud Pauweter

Goeswinus, filius Johannis Tymmermans, tres libras grossorum pecunie Flandrensis, promissas sibi a Nycolao, filio quondam Iacobi Claess., nauta, prout in litteris, legitime supportavit Arnoldo de Otterdyck, institori, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 201r-201v
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Wy Hezeacker et Vladeracken, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is in propere persoene Barbar, wedue wilner Gerit Iacops, onse medepoirtarsse, seggende dat zii in den lande van Hollant vergeldende heeft zeker renten die hair van zekeren iaren tachter staen ende gueden liggende aldaer ende dat zij overmits andere occupacien die zij te doen heeft in haeren propren persoen die nyet vuechelic vervolgen en can noch geregeren oft anders disponeren ende heeft dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen iegenwoirdigen brieve constitueert, sedt ende ordineert Henricken, haren soen, als haren wittigen facteur ende procurateur, gevende ende verlenende denselven volcomen macht ende sunderlinge bevele haer voirs. renten te manen, te heysschen, tontfangen, van den ontfange quitancie te gevene ende met allen wegen van recht ofts noot zij voir alle gerichten te vervolgen, metter machten oick te subsitueren onder hem enen substituyt die deselve macht zal hebben die de voirs. Henrick, hair soen, heeft, met oick vrij macht af te moigen gaen ende quyt te sceldene alsulkene gifte oft eyghen als Barbar voirs. heeft in een stuck lants van tien mergen, gelegen in den dorpe van Slyerecht by dordrecht, ende als zy tegen Iannen Roloffs vercregen hadde, ende voirts generalic in allet des voirs. is te moigen te doen ende voirtkeren dat die voirs. Barbar selver in dien zij iegenwoirdich weer zoude moigen doen, geloevende die voirs. Barbar op verbyntenisse van haren gueden, hebbende ende vercrigende, vast ende stedich te houden allet geen dat by den voirs. Henricken, haren zoen, oft zijnen substituut hierinne gedaen ende voirtgekeert sal werden, sonder fraude.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum quinta novembris.

R1270, fol. 201v
4 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Willem, soen wilneer Thomaes van den Velde, heeft hem afgeseegt der cremerambacht bynnen deser stad ende hy en wil van deser tyt voirtaen dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Bogart et Paeuweter, datum quarta novembris.

R1270, fol. 201v
5 november 1501
Frans Toelinc en Lambert Bogart

Gerardus de Achel, filius quondam Gerardi de Achel, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, pariter genitus, palam recognovit se recepisse ab Hillino, filio quondam Willelmi Zegerssoen de Nuwekuyck, relicto dicti quondam Elisabeth, sue uxoris, quartam partem centum coronarum, xxiiii^{or} stuvers pro quolibet computando, necnon adhuc quartam partem centum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, qui proveniunt solvendi ex causa seu occasione arbitramenti seu eloquii inter dictum Hillinum ex una necnon inter dictum Gerardi de Achel, Iohannem van den Velde, Gerardum de Heessel et Zegerum Iacopssoen ex altera partibus per certos electos arbitros dudum pronuntiati, clamans igitur primodictus Gerardus eundem Hillinum et eius bona de dictis quartibus partibus premissorum ac quibuscumque impeticionibus et actionibus quibus mediante occasione dicte quarte partis impeti posset seu gravari quitos liberos et penitus absolutos omnino iuxta exigenciam eloquii seu arbitramenti pretacti promittensque super omnia et habenda ratam servare et non contravenire, absque dolo.
Testes Toelinc et Bogart, datum quinta novembris.

R1270, fol. 201v-202r
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Symon, filius quondam Iacobi de Hamstede, domum et aream quondam Johannis Pepercoren, sitam in Buscoducis apud conventum Fratrum Minorum in vico dicto dRavelgas, inter hereditatem Nycolai Oedevaer ex uno et inter hereditatem Wolteri Coelborneer ex alio, simul cum medietate muri, siti ibidem inter iamdictam domum et inter domum dicti Nycolai, et attinentias dicte domus universas, dudum supprtatas dicto Symoni a Nycolao de Henxthem, filio quondam Henrici, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico dicto Bor, filio quondam Nycolai dicti Bor, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis hereditario censu quatuor librarum monete Conventui ad Aquas beate Marie virginis, sito in parochie de Roesmalen, et hereditario censu octo librarum monete hereditatibus quondam Willelmi de Poppel, annuatim exinde e iure solvenis, quos census iamdictos dictus Henricus Bor elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro extunc deinceps dabit et solvet quod dicto Symoni ad et supra et bona sua dampna exinde non eveniant in futurum, prout dictus Henricus recognovit et super omnia et habenda dicto Symoni repromisit. Promisit insuper dictus Symon sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam census pretacti, quod dictus Symon hoc plus prefato Henrico penitus deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 202r
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Henricus predictus promisit super omnia et habenda dicto Symoni quadragintanovem peters, xviii stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 202r
5 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Henricus dictus Bor predictus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Wiinrici de Os, domum et aream, sitam in Buscoducis iuxta pontem, dictum die Beverbrugge, inter communem vicum ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van den Brekelen ex alio et fine uno; insuper hereditarium censum quatuor librarum monete, quem censum Henricus de Haren, carnifex, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Iacobo, filio Gerardi dicti Groy de Driel, anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Baptiste ex domo et area, sita in Buscoducis iuxta pontem, dictum communiter Beverbrugge, quos domum, aream et census predictos dicta Luytgardis erga Hillegondem, filiam quondam Henrici dicti Maes Henricxs. dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Symoni simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere, excepto hereditario censu sex librarum monete Katharine, relicte quondam Christiani van den Meeracker, annuatim exinde e iure solvendo. Promisit insuper dictus Henricus sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit ex premissis plus fore solvendum quam primodictus census quatuor librarum, qui per prius exinde redemptus est, atque dictus census sex librarum dicte Katharine annuatim exinde e iure solvendus, quod dictus Henricus hoc plus prefato Symoni penitus deponet.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 202r-202v
5 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum Willelmus, Laurencius et Iacobus, fratres, et Herberta, eorum soror, liberi quondam Pauli, filii Johannis Pouwelss., ab eodem quondam Paulo et quondam Hillegonde, sua uxore, filia quondam Willelmi die Haerde et quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi van den Steen, filii quondam Arnoldi pariter geniti, quatuor quintas partes ad ipsos spectantes in campo terre, tria iugera duo hont et quarta parte unius hont terre minus continente, dicto den aftersten camp sonder een, sito in parochia de Littoyen, in loco dicto die Grafthove, inter communitatem de Littoyen ex uno et inter hereditatem ecclesie de Littoyen ex alio; item adhuc in duobus hont et quarta parte unius hont terre vel circiter, olim ad Godefridum van der Graft spectante in campo quod ibidem proxime sito, dicto den aftersten camp, que duo hont et quarta pars unius hont terre sunt sita inter hereditatem Gerardi die Wael ex uno et inter hereditatem Johannis, filii naturalis quondam Reyneri dicti Muydekens, ex alio, hereditarie supportassent Paule, eorum sorori, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Paula cum tutore primodictum campum terre, dictum den aftersten camp sonder een, atque dicta duo hont et quartam partem unius hont terre hereditarie supportavit michi ad opus Gerardi Toelinc, filii quondam Ghiselberti Toelinc, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Pauli, sui patris, necnon ex parte dicti quondam Arnoldi van den Steen Arntss. ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum quinta novembris.

R1270, fol. 202v
5 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Ghiselberti van den Pettelair, promisisset se daturum et soluturum Aleidi, relicte quondam Aelberti, filii quondam Huberti, filii quondam Pauli Gevartss., quo ad eius usufructum necnon Henrico et Huberto, fratribus, liberis Aleidis et quondam Aelberti predictorum, ad opus eorum et ad opus Elisabeth et Margarete, suarum sororum, quo ad eorum ius hereditarium censum octo librarum monete, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, ultra pontem dictum die Moelenbrugge, atque ex iuribus et attinentiis premissorum singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis aut reperiendis, cumque dicti Henricus, Hubertus, Elisabeth et Margareta dictum censum hereditarie supportassent Iohanni de Eymerica, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Elisabeth, relicta dicti quondam Johannis de Eymerica, cum tutore potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis, ut dicebat, dictum censum octo librarum monete predicte hereditarie supportavit michi ad opus conventus Sororum Tercie Regule Sancti Francisci, siti in Buscoducis, retro locum dictum die Tolbrugge, simul cum dictis litteris, aliis notanter et iure promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.
Cum conditione consueta.

R1270, fol. 202v-203r
5 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Notm sit universis quod cum ita actum esset constitute igitur coram scabinis infrascriptis sorores Elisabeth de Ghyessen, mater, Gerarda Tyelmans, procuratrix, et Eeffa, filia dicti quondam Johannis de Eymerica, conventualis dicti conventus, palam recognoverunt eis seu dicto conventum plenarie fore satisfactum per Elisabeth predictam mediante supportatione pretacta de huiusmodi quadraginta peters, quos dictus quondam Johannes de Eymerica in suo testamento prefate sorori Eeffe, sue filie, seu conventui predicto legaverat seu dari assignaverat, clamantes igitur dicte sorores eandem Elisabeth et eius bona ac omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes quitos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 203r
6 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Hadewigis, relicta quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Lodewichssoen, filia quondam Henrici die Bruyn, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in uno et dimidio iugeribus terre, sitis in parochia de Os, ad locum dictum After Scadewyck, inter hereditatem Henrici die Bruyn, filii quondam Wolteri, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Gerardi Ghysselen ex alio, de quibus uno et dimidio iugeribus terre predictis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Lodewichssoen, unam medietatem erga Godefridum dictum die Bruyn, filium quondam Henrici, atque quatuor et dimidium hont terre seu reliquam medietatem unacum certis aliis bonis erga Gerardum et Henricum, fratres, liberos quondam Henrici die Bruyn, Iohannem de Audenhoven, filium quondam Nycolai, relictum quondam Gertrudis, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici die Bruyn, et Katarinam, filiam eorundem Johannis et quondam Geertrudis, necnon Rutgerum, filium quondam Sanderi Ruttensoen, maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici die Bruyn,

acquisierat, prout in diversis litteris, legitime supportavit Henrice, filie dictorum Hadewigis et quondam Johannis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum sexta novembris.

R1270, fol. 203r
6 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Henrica cum tutore dicto unum et dimidium iugera terre hereditarie supportavit Rutgero, filio quondam Sanderi Ruttensoen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore et cum ea dicta Hadewigis, eius mater, cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicti quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Lodewichss., ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 203r
6 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Dictus[19] Rutgerus promisit super omnia et habenda dictis Hadewigi et Henrico, eius filio, quatuordecim peters, xix stuvers vel valorem pro quolibet computando, Epiphanie Domini ac septem consimiles peters Letare Iherusalem proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 203r-203v
8 november 1501
Dirk van Hiinden en Frans Toelinck

Gerardus, filius quondam Bernardi Ianss., textor laneorum, hereditarie vendidit Huberto, filio quondam Petri dicti van den Loeck, cultellifici, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro vigintiocto stuferis, aureum florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictum den gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro xx^{ti} novem stuferis, denarium dictum tdobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande, solvendum hereditarie Martini hyemalis et primo solutionis termino a festo beati Martini hyemalis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis, iuxta capellam Sancte Barbare, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Thoen van den Velde, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Wolteri de Doerne ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum per et trans murum dicti opidi usque ad aquam ibidem fluentem, die Meer vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Hiinden et Toelinc, datum VIII^{a} novembris.

R1270, fol. 203v

[19] *in de marge*: cassatus et cancellatus presens contractus secunda aprilis anno secundo in presentia et de mandato dicti Rutgeri et Hadewigis.

8 november 1501
Dirk van Hiinden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidi anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 203v
8 november 1501
Dirk van Hiinden en Frans Toelinck

Johannes de Aelst Willelmss. dedit Willelmo, suo filio, potestatem monendi usque ad recovationem eiusdem Johannis minime valituram.
Testes supra.

R1270, fol. 203v
9 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Dominus Johannes de Gemart Arntss., presbiter, officians pro tempore cantoriam in ecclesia Beginarum in Buscoducis, palam recognovit sibi nomine quo supra plenarie fore satisfactum per prius per domicellam Mariam, relictam quondam Johannis de Aa, tamquam usufructuariam pridem domus lapidee et aree, olim quondam Gerardi van der Aa, site in Buscoducis, iuxta cappellam Sancti Georgii, et depost per magistrum Iohannem de Vladeracken, tamquam maritum et tutorem legitimum domicelle Anne, sue uxoris, filie eorundem domicelle Marie et Johannis van der Aa, de huiusmodi censu sex aureorum florenorum Renensium vel valorem eorundem in alia pagamento, quem censum Theodericus, Henricus, Godefridus et Willelmus van der Aa, fratres, liberi dicti quondam Gerardi van der Aa, dudum domino Iohanni die Haze, investito ecclesie Beginarum in Buscoducis, vendiderant et solvere promiserant Nativitatis Domini de et ex dicta domo lapidea et area et certis aliis contrapignoribus iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, et hoc de terminis de eodem censu cessis, videlicet festo Nativitatis Domini anno lxxxv^{to} inclusive usque festum Nativitatis Domini anno xcxiii^{o} exclusive, clamans igitur dictus dominus Johannes nomine quo supra dictos domicellam Mariam et magistrum Iohannem et eorum bona ac alios inde quitos.
Testes Hiinden et Bogart, datum IX^{a} novembris.

R1270, fol. 203v-204r
10 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Gerardus Back domum lapideam, horreum cum ceteris suis edificiis, ortum ac hereditates sibi coadiacentes, olim Gerardi de Berkel, depost Hillini, filii quondam Willelmi Zegerss., nunc vero dicti Gerardi, sitos in parochia de Druenen, ad locum dictum Nuwenkuyck, inter communitatem de Druenen ibidem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Zegers ex alio, prout et quemadmodum premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, locavit recto locationis modo Iohanni dicto van de Velde Ianss. ab eodem Iohanne ad spacium duodecim

annorum datam presencium sine medio sequente habenda et possidenda pro censu fundi, si quis exinde fuerit solvendus, atque pro hereditaria pactione septem lopinorum havene domino de Helmont, annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, danda et solvenda a dicto Iohanne anno quolibet terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare, omnes alias obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum X[a] novembris.

R1270, fol. 204r
10 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Lambertus van den Hezeacker, filius Engberti van den Hezeacker, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Theoderici de Hees alias de Os, hereditarium censum octo novorum florenorum per achiducem Philippum pronunc noviter monetatorum, iusti ponderis, dictorum nyewe phillipusgulden, nu by den ertshertoge Philips gemunt, gerecht van gewicht vel veram valorem eorundem in alia bona pecunia, solvendum hereditarie Martini hyemalis de et ex quodam manso dudum Iacobi van den Merendonck, nunc vero ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante, sito in parochia de Essche iuxta pontem ibidem, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi singulis et universis ibidem et aliunde consistentibus, sitis ac reperiendis, necnon de et ex quadam domo lapidea, area et orto, etiam dudum dicti Iacobi, nunc vero dicti venditoris, ibidem contigue situatis atque ex quadam piscaria ad premissa ibidem e iure spectantia; item adhuc ex quodam alio manso, olim dicti Iacobi, nunc vero ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante, sito in dicta parochia de Essche, ad locum dictum Aen de Voirt, atque ex iuribus et attinentiis iamdicti mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 204r
10 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Et poterit redimere perpetue dum sibi placuerit simul et semel cum centum et viginti consimilibus novis florenis per archiducem Philippum ante datam presencium monetatis, iusti ponderis, dictos nyewe philippussgulden, gerecht van gewichte, voir daet van desen gemunt et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes datum supra.

R1270, fol. 204r
12 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Lambert Bogart

Magister Ghiselbertus Hollander dedit Godefrido die Brouwer ad opus sui et ad opus domini Petri die Ruyter, canonicus in Buscoducis, et Aleidis, filie dicti Godefridi, ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.

Testes Hezeacker et Bogart, datum XII[a] novembris.

R1270, fol. 204r-204v
12 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Willelmus, filius quondam Wolteri de Rode junior, domum, aream, horreum, ortum cum ceteris suis edificiis, dictis scoppen, ac singulis suis hereditatibus et attinentiis, olim dicti quondam Wolteri,. nunc vero dicti Willelmi, sitos in parochia de Rode, ad locum dictum Op Zweensbergen, inter communitatem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici van der Poirten ex alio; item petiam prati, sitam in dicta parochia in loco dicto Jecschot, inter hereditatem heredum quondam Hermanni Coenen ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici Goyart Spapens. ex alio; item peciam prati, sitam in parochia de Brogel in loco dicto In Broegels broeck, inter hereditatem heredum quondam Lamberti de Broegel ex uno et inter hereditatem dictorum heredum quondam Lamberti cum pluribus aliis ex alio; item adhuc particulam prati, sitam ibidem, inter hereditatem Wolteri Ian Weytensoen ex uno et inter hereditatem conventus de Hoodonck cumquibusdam aliis ex alio; item medietatem pecie prati, siti ibidem, inter hereditatem heredum quondam Henrici Loexken ex uno et inter hereditatem Michaelis die Ruyter ex alio, que medietas annuatim dividitur, quod exponetur rydt erga reliquam medietatem, eiusdem pecie terre, qui domus, area, horreum, ortus ac hereditates et pecie predicti dicto Willelmo mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum habita in partem cesserant, ut videbatur in litteris de Rode Sancte Ode contineri, hereditarie supportavit Woltero dicto Lathouwer, filio quondam Wolteri Lathouwer, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere similiter, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet in primis hereditaria paccione duodecim modiorum siliginis mensure de Rode Yewano de Rode, item hereditaria paccione unius modii siliginis mensure de Buscoducis Arnoldo van der Voert, item hereditaria paccione unius modii siliginis dicte mensure de Rode Iohanni Jan Korstenss., item hereditaria pactione unius modii siliginis dicte mensure de Rode heredibus Ottonis van den Gasthuys, item hereditarie paccione uniusmodii siliginis dicte mensure de Rode heredibus quondam Arnoldi de Ouden, item hereditarie paccione unius modii siliginis dicte mensure de Rode Amelio Ianss. de Rode, item hereditarie paccione unius modii siliginis dicte mensure Arnoldo Ianss. de Rode, item decem vasis siliginis hereditarie pactionis dicte mensure liberis quondam Agathe, relicte quondam Willelmi Ianss. de Rode, item adhuc decem vasis siliginis hereditarie paccionis dicte mensure Elisabeth, filie Luce van Dyeperbeeck, item una mensura siliginis, dicta eenen cop roggen, ecclesie de Broegel, item adhuc una libra pagamenti pro anniversario et censu fundi atque alia hereditarie paccione unius modii siliginis mensure de Buscoducis Ghiselberto Loekeman, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat. Promisit insuper dictus Willelmus sub obligatione premissa in csau quo imposterum inventum fuerit via iuris plus fore solvendum quam dictum est seu onera pretacta, hoc plus dictus Willelmus prefato Woltero penitus deponet. Quo facto dictus Wolterus repromisit super omnia et habenda dicto Willelmo quod ipse wolterus onera predicta exnunc dabit et solvet dareque et solvere tenebitur ex premissis sic et talliter quod dicto Willelmo ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futurum.
Testes Hiinden et Bogart, datum XII[a] novembris.

R1270, fol. 204v
12 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Johannes, filius quondam Bartholomei Willemss., commorans in Nysterle, promisit super omnia et habenda magistro Nycolao Kuyst decem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Philippi et Iacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 205r
deze akte is onvolledig

Katharina,[20] filia quondam Gerardi van der Straten, relicta quondam Danielis Henricxsoen, cum tutore usufructum sibi competentem in quodam agro terre, tribus quartis partibus cuiusdam agri terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, siti in parochia de Asten, ad locum dictum Op Huesden, inter hereditatem Henrici de Rutt ex uno latere et fine uno et tendit ad hereditatem Cornelii, filii quondam Mathie dicti Krakelairs, cum reliquo fine; item in tribus quartis partibus pecie terre mericalis, sito ibidem inter hereditatem Henrici de Rutt predicti ex uno et inter hereditatem Stephani de Hoechten et inter communitatem de Asten ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem dicti Cornelii.

R1270, fol. 205r
12 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Henricus Osman, Georgius van den Steen, Franco Post et Rodolphus Ghysbertss. promiserunt indivisi Bruystino Wellenss. et Iohanni Erentbertss. de Kessel, tamquam tutoribus et mamburnis Johannis, filii impuberis Henrici Goyartss. de Kessel, quod ad opus eiusdem Johannis impuberis quod ipsi dabunt et solvent eidem Iohanni impuberi hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Martini hyemalis de et ex domo, area et orto dicti Henrici, sitis in Buscoducis iuxta pontem dictum die Buertsche brugge, inter hereditatem magistri Symonis de Couderberch ex uno et inter hereditatem Willelmi Gieliss. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Iudoci die Becker; item ex domo, area et orto dicti Georgii, sitis ibidem, inter hereditatem Henrici de Aerle ex uno et inter hereditatem Henrici de Dordrecht ex alio, tenentibus a communi platea ad hereditatem Willelmi Bove; item ex domo, area et orto dicti Franconis, sitis in Buscoducis, ad locum dictum Den Huls, inter hereditatem Theoderici van den Waude ex uno et inter domum, aream et ortum dicti Rodolphi ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Henrici die Tymmerman, quadam via interiacentem, item ex iamdictis domo, area et orto dicti Rodolphi inter dictas domum, aream et ortum dicti Franconis ex uno et inter hereditatem Henrici Oems ex alio, ut dicebat, promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 205r
12 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Et poterunt redimere perpetue cum quadraginta duobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Bruystinus et Johannes nomine dicti

[20] *in de marge:* vacat.

Johannis impuberis hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dictis promittentibus repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 205r-205v
12 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Johannes, filius quondam Nycolai de Lyebergen, hereditarie vendidit Bruystino, filio quondam Wellini Arntss. de Hanenberch, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter pariter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Wyck, inter hereditatem Katharine dicte Zibben, relicte quondam Wellini Peterss., ex uno et inter hereditatem dicti venditoris ex alio, tendentibus a communi platea ad communitatem ibidem, dictam Den Dranckputt; item ex pecia terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continente dicti venditoris, sita in dicta parochia, retro locum dictum After den Berch, inter hereditatem Willelmi Ian Iacopss. ex uno et inter hereditatem Rodolphi, filii quondam Johannis Roelofss. ex alio, tendente ab hereditate Henrice, relicte quondam Johannis dicti Sgrooten, et eius liberorum ad hereditatem Ade dicti Damensoen; item adhuc ex septem hont terre vel circiter, sitis in dicta parochia de Geffen in loco dicto In den Vreede, inter hereditatem Johannis de Oirle ex uno et inter hereditatem Iohaniis, filii Arnoldi Mertenss., ex alio, tendentibus ab hereditate domini Theoderici de Hall, presbiteri, ad dictam communitatem, Den Dranckputt vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa condicione quod dictus venditor dictam pactionem redimere et acquitare poterit perpetue simul unapariter cum trigintasex peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro xx^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Hiinden et Bogart, datum duodecima novembris.

R1270, fol. 205v
13 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Willelmus dictus Pyckevet, filius quondam Tyelmanni dicti Pyckevet, hereditariam pactionem unius maldri siliginis quam quondam Bartholomeus Vos solvendam habuit hereditarie in Bucstel et quam pactionem dictus Willelmus erga Geertrudem, relictam quondam Bartholomei dicti Voss, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Rodolphi Ian Roelofss., simul cum dictis litteris, aliis et iure ac arrestadio unius termini ultimo preteriti, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XIII^{a} novembris.

R1270, fol. 205v
deze akte is onvolledig

Henrick Ianssoen van Lynter ende Ian, natuerlycke soen Geerlix van Nuwelant, hebben geloeft onversceiden als sculders principael onversceiden op verbijntenisse van hoeren gueden, nu hebbende ende namaels vercrigende, te geven ende te betalen Willemen van Nuwelant tot een spacie van twe iaren den hoichtijde.

R1270, fol. 205v-206r
15 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Henrick Ianss. van Lynter ende Ian, natuerlycke soen Geerlix van Nuwelant, hebben geloeft als sculdeners principael onversceyden op verbyntenisse van hoeren gueden, nu hebbende ende namaels vercrigende, michi ad opus Willelmus van Nulant, dats te wetene van alsulkenen dordegedeelte der grooter thienden tot Geffen als den voirs. Willemen toebehoirt ende Gerit Kepken ende Arnt van Hoemen in dit iair geleden nu aengevuert hebben als van rogge, te wetene voir elck mudde dattet selve dordegedeelt in rog uutdreegt drie ende dartich stuvers op Sint Ians Baptistendach naestcomende te betalen; item noch voir het dordegedelte van der smaelre tienden aldaer twee peters, tstuck tot achtien stuvers gerekent, ende drie steenen vlass opten selven Sinte Iansmisse naestcomende te betalen ende in Den Hage den voirs. Willem sonder ziinen coste te leveren; item noch voir het dordegedeelte van der voirs. grooter thienden als voir toecomende iaer voir elck mud roggen voirs. dat dat dordegedeelte uutdragen sal drie ende dartich dergelycke stuvers ende van der smaelre thienden twee gelycke peters ende drie steen vlass van Sint Ian Baptistendach nu naestcomende over een iair te betalen ende in Den Hage voirs. in der voirs. voegen te leveren, sonder argelist.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XV^{ta} novembris$^{\cdot}$.

R1270, fol. 206r
15 november 1501
Lambert Bogart en Frans Toelinc

Adrianus de Heze, filius quondam Arnoldi, filii quondam Johannis de Heze, peciam terre, dictam die Moller, sitam in parochia de Hees, inter hereditatem Johannis Henricxs. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Luce Boest ex alio, tendentem ab hereditate Nycolai Peterssoen ad communitatem, quam peciam terre predictam dictus Adrianus unacum certis aliis hereditatibus erga Henricum Bredebaert per iudicem mediante sentenciam scabinorum in Buscoducis dudum emendo acquisierat; insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter unam maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Hees; insuper ex dicta pecia terre, den Moller vocata, atque ex sex lopinatis terre vel circiter, sitis ibidem, quam pactionem dictus Arnoldus, filius quondam Johannis de Heze, erga Arnoldum, filium quondam Arnoldi Ghysels, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Rodolphi Willemss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Arnoldi, sui patris, ac suorum heredum deponere, tali annexa condicione quod dictus Henricus dictam pactionem dumtaxat petet, monebit ac via iuris prosequetur ad et supra dictam peciam terre, den Moller vocatam, prout Henricus recognovit et consentiit.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 206r
15 november 1501

Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Laurencius, filius quondam Johannis de Bladel, carnifex, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Folcardi van den Dyck, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro xx^{ti} octo stuferis, aureum florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictum den andriesgulden, gerecht van gewichte, pro xx^{ti} novem stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios in pecuniam nae advenande secundum eandem presentem valuationem, solvendum hereditarie Martini hyemalis de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis contigue iuxta Forum, inter hereditatem heredum quondam Henrici Wouterssoen, pannicide, ex uno et inter hereditatem Martini van der Moelen, cangieters, ex alio, tendentibus a dicto Foro retrorsum usque ad Dyesam ibidem retro fluentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere,
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 206r
15 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter quemlibet videlicet dictorum florenorum Renensium cum et mediante quatuordecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 206v
16 november 1501
Dirk van Hijnden en Ywan Kuijst

Goeswinus van den Hezeacker, tamquam magister et rector Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, in precencia et de expressis consensu et voluntate Lamberti Bogart, provisoris pro tempore dicte Mense, sex et dimidium vasa siliginis hereditarie pactionis de septem et dimidio vasis siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis ex certis contrapignoribus et hereditatibus quas quondam Gobel dictus van Heze in hereditarium pactum receperat a Willelmo dicto Veren Hillen, filio quondam uxoris Rodolphi dicti Hals, que septem et dimidium vasa siliginis Johannes, filius legitimus Johannis, filii legitimi quondam Johannis dicti Deenkenss., ad opus dicte Mense erga Theodericum, filium legitimum quondam Theoderici dicti Peterss., Wolterum, filium legitimum quondam Petri Claessoen, Ambrosium, filium legitimum quondam Rodolphi dicti Broessoens, Theodericum, filium legitimum quondam Gerardi Dircxs., Nycolaum, filium legitimum Gerardi dicti Claessoen, Henricum, filium legitimum quondam Johannis Hacken, Nycolaum, filium legitimum quondam Johannis Groten, Willelmum, filium legitimum quondam Lamberti Willemss., Theodericum, filium quondam Johannis Dircxs., Godefridum, filium legitimum quondam Mercelii dicti Ianss., Ydam et Elisabet, sorores, liberos quondam Georgii dicti Ermboutss., acquisierat et que septem et dimidium vasa siliginis predicta magister Arnoldus de Weilhusen iunior ad opus dicte Mense erga Lambertum de Doernen, filium Christiani, acquisierat, prout in litteris, et de quibus septem et dimidio vasis siliginis

predictis unum vas siliginis per prius redemptum fuerat et acquitatum, ut dicebat, hereditarie supportavit magistro Francisco Toelinc simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte Mense ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mense deponere.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XVI[ta] novembris.

R1270, fol. 206v
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum domini magistri Ghiselbertus die Bye, decanus ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, et Henricus de Zoemeren, cappellanus beneficiatus eiusdem ecclesie, tanquam executores testamenti ac ultimaro voluntatis quondam dominorum Rutgeri et Johannis Bolcx, fratrum, canonicorum dum vix.

R1270, fol. 206v-207r
17 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum domini magister Ghiselbertus die Bye, decanus ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, et Henricus de Zoemeren, cappelanus beneficiatus eiusdem ecclesie, tamquam executores testamentorum ac ultimarum voluntatum· quondam dominorum Rutgeri et Johannis Bolcxm fratrum canonicorum dum vixerant dicte ecclesie, et cum eis dominus Johannes de Bladel, eiusdem ecclesie canonicus, tamquam executor cum predictis dominis decano et Henrico testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Johannis Bolcx predicti necnon Elisabeth, filia naturalis dicti quondam domini Rutgeri, domum, aream unacum orto, domo posteriori atque eorum iuribus et attinenciis, sitos in Buscoducis in vico dicto den Huls, inter hereditatem domini Johannis Sceyvel, presbiteri, ex uno et inter hereditatem quondam Wolteri Luedinx ex alio; item hereditarium censum quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie ex domo et area predicta, hereditarie supportassent domino Wesselloni de Loo, predicte ecclesie canonico, ad opus sui et ad opus domini Ghiselberti de Eyck alias dicti de Gemart, eciam supradicte ecclesie canonici, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Wessello medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum in premissis spectantem simul cum medietate totaque parte et omni iure sibi quovismodo competente in huiusmodi domus utensilibus que inter ipsum et dictum quondam dominum Ghiselbertum de Eyck adhuc indivisa consistunt et eosdem pariter concernunt, hereditarie supportavit Margarete de Eyck alias de Gemart, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et documentis atque iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum XVII[ta] novembris.

R1270, fol. 207r
17 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Dicta Margareta promisit super omnia et habenda dicto domino Wesselloni centum et quinquaginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 207r
17 november 1501
Gozewijn van den Hezeacker en Frans Toelinc

Godefridus, filius quondam Nycolai Veskens, institor, promisit ut debitor principalis Iohanni Bloyman Henricxs. quod ipse dabit et solvet eidem Iohanni annuam et vitalem pensionem sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicti Johannis Bloyman et non ultra Leonardi confessoris de et ex domo et area dicti Godefridi, sitis in Buscoducis in vico Hiinthamensi in optimum platee Sancti Iacobi ibidem, supra conum cuiusdam viculi ibidem, dicti een Waterstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii quondam Petri Danelss., ex alio et fine posteriori, tendentibus cum fine anteriori ad dictum vicum Hiinthamensem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 207r
18 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes de Maren, filius quondam Aelberti dicti Valkensoen, palam recognovisset et super omnia et habenda Franconi de Langel ad opus conventus Sororum Regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum Wiintmoelenberch, ex causa sororis Aleidis de Maren, filie dicti Johannis de Maren, sororis conventualis nondum tamen professe eiusdem conventus, promisisset in casu quo dicta soror Aleidis dictum Iohannem, suum patrem, in humanis supervixerit, quod extunc statim post obitum dicti Johannis de Maren reliqui sui liberi et successores prefato conventui assignarent et assignare tenerentur annuam et hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis et in Buscoducis tradendam ad et supra bona contrapignora, ad hoc bene valentia et satissecura, infra opidum de Buscoducis aut eius villicationem consistentia sive sita, quod vero in casu quo Altissimo iubente dicta soror Aleidis diem vite sue clauserit extremum, dicto Iohanne, suo patre in hac vita humana superstite permanens, quod extunc dictus Johannes dicto conventui assignaveret et assignare teneretur hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis dicte mensure ad et supra huiusmodi contrapignora modo et forma quibus supra solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis obitum dicti Johannis proxime subsequente et non prius, prout in litteris, et cum dicta soror Elisabeth ante eundem Iohannem, suum patrem, decessisset, ut dicebat, constitute igitur coram scabinis infrascriptis sorores Elisabeth de Eyndovia, priorissa, Agnes Knoden, suppriorissa, et Iutta Sluyters, procuratrix dicti conventus, nomine eiusdem conventus in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Arnoldi Voss, earum confessoris, palam recognoverunt se recepisse per manus ac benivola deliberacione Aelberti, filii dicti quondam Johannis de Maren, octuaginta florenos Renenses, xx^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ex causa acquitacionis ultimodicte paccionis hereditarie duorum modiorum siliginis et quod ipsis mediantibus dictis octuaginta florenis Renensibus plenaria ac sufficiens facta est assignacio de dicta hereditaria paccione duorum modiorum siliginis, clamantes igitur eundem Aelbertum et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de dictis octuaginta florenis et ab ulteriori solutione dictorum duorum siliginis quitos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVIII^{ta} novembris.

R1270, fol. 207v
18 november 1501

Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Gerardus, filius quondam Petri Poynenborchs, promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Danielis die Heelt, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditarium censum unius denarii, peter communiter vocati, decem et octo denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro eodem petro computando, anno quolibet hereditarie Martini hyemalis et in Buscoducis libere tradet de et ex duabus domibus, areis et orto sibi mutuo coadiacente dicti Gerardi, sitis in parochia de Oisterwyck retro tyeliam ibidem, inter hereditatem Godefridi Buckincx ex uno et inter hereditatem Johannis Geritss. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Adriani de Vyanen, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVIII^{ta} novembris.

R1270, fol. 207v
18 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum tredecim et dimidio consimilibus peters et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 207v
18 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Petrus, filius quondam Godefridi Broess., Theodericus, filius Rodolphi van der Sporct, Henricus, filius Henrici Huybensoen, et Willelmus Boyens promiserunt indivisi super omnia et habenda Huberto Monic trigintaseptem et dimidium modios siliginis mensure de Buscoducis, item adhuc duos modios havene, unum modium ordei et unum modium bladi, dicti boecweyts, eiusdem mensure Purificationis proxime futuro persolvendos, occasione decime sue in Roesmalen.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 207v
18 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Sorores Elisabeth de Eyndovia, priorissa, Agnes Knoden, suppriorissa, et Iutta Sluyters, procuratrix conventus Sororum Regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, nomine dicti conventus in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Arnoldi Voss, earum confessoris, dederunt michi ad opus Johannis de Balen, Zwederi de Gerwen, Johannis Bacx et Johannis de Geldrop ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi bona ac redditus dicti conventus usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 207v-208r
18 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Supradicte sorores Elisabeth, Agnes et Iutta cum tutoribus et in presentia ut iam supra medietatem hereditarii census sex aureorum denariorum, communiter dobbel mottoen vocatorum, monete Filfordie vel valorem alterius pagamenti eiusdem valorem, quem censum Johannes de Herlair, carpentator, solvere tenebaturNycolao Scilder anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Baptiste ex campo, sito iuxta aggerem Hiinthamensem, inter communitatem ex utroque latere coadiactem atque ex fossatis ad dictum campum spectantibus, quam medietatem census predicti illam scilicet que solvitur in festo Nativitatis Domini magister Arnoldus de Weilhusen ad opus dicti conventus Regularissarum de Bethania erga domicellam Iuttam, relictam quondam Johannis Bathens., filii quondam Gerardi, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus conventus Sororum Tercie Regule Sancti Francisci, siti in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivise sub obligatione sub obligatione omnium bonorum primodicti conventus, presencium. et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et eiusdem conventus ac quarumcumque conventualium dicti conventus, presencium et futurarum, deponere.
Testes, datum supra.
Cum conditione consueta.

R1270, fol. 208r
18 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Mechteldis, relicta quondam Nycolai dicti Coel Keysers, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam campulo terre, decem hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, retro locum dictum Hynden, in loco dicto In Luedinx campen, inter quandam communem stegulam ibidem ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Egidii Zeckers, ex alio, tendente *(hierna ontbreekt* a*)* communi stega ad hereditatem Theoderici de Hedel Jacopssoen, ut dicebat, legitime supportavit Petro, filio quondam Willelmi van der Liinden, tamquam mariti et tutoris legitimi Elisabeth, sue uxoris, Bartholomeo, filio quondam Willelmi Rutten, tamquam marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, et Jacobo, filio quondam Reyneri Henricxs., tamquam marito et tutori legitimo Katharine, sue uxoris, filiarum Mechteldis et quondam Nycolai dicti Coel predictorum, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 208r
18 november 1501
Ywan Kuijst en Lambert Bogart

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus, Bartholomeus et Jacobus, tamquam mariti ut supra, supradictum campulum decem hont terre hereditarie vendiderunt dicto Theoderico de Hedel, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus et aqueductibus ad dictum campulum e iure conservandi spectantibus necnon hereditario censu duarum librarum monete fabrice ecclesie de Orthen annuatim e iure exinde solvendis, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 208r

18 november 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Udo de Bruheze, relictus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Ade Goyart Symons, potens ad infrascripta, ut dicebat, vigore testamenti ac ultime voluntatis eiusdem quondam Heilwigis septem virgatas terre cum suis lignicrescentibus, sitis in parochia de Littoyen extra aggerem Mose ibidem, ad locum dictum Opten Uuyterwerdt, inter hereditatem conventus Sancte Geertrudis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Johannis Kanapart ex alio, tendentes a dicto aggere Mose ad Mosam ibidem fluentem; insuper ortulum quendam cum suo pomerio, situm ibidem infra aggerem predictum, inter hereditatem dicti Udonis ex uno et inter hereditatem dicti Johannis Kanapart ex alio, tendentem a dicto aggere ad communem plateam, prout et quemadmodum premissa ibidem sita sunt et a domino nostro duce Brabantie in feudum dependent, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Iohanni Kanapart, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus et aggeribus ad premissa e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 208r-208v
18 november 1501
Dirk van Hijnden en Arnoud Pauweter

Et poterit redimere ad spacium quatuor annorum datam presencium sive medio sequente semper infra dictum spacium cum et mediante octuaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, simul cum expensis in relevio premissorum faciendis, salvus eciam dicto Iohanni et eidem reservatis fructibus et emolumentis anni redemptionis, prout dictus Johannes, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, tali condicione annexa in casu quo idem venditor prefatam redemptionem infra spacium pretactum non fecerit, quod extunc ipse ab ulteriori potestate redimendi septem virgatas et ortulum pretactos omnino erit privatus.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 208v-209r
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Iacobus dictus Hacken, filius naturalis quondam Mercelii Hacken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Petri, filii quondam Johannis dicti Zommans, et Arnoldus dictus Dircxs. de Zoemeren, ab eodem quondam Theoderico et quondam Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Johannis Zommans, pariter genitus, tamquam tutores et mamburni Petri, filii impuberis quondam Willelmi, filii dicti quondam Petri Jan Zommanssoen, ab eodem quondam Willelmo et quondam Aleide, eius uxore, filia quondam Henrici van den Broeck, pariter geniti et eo nomine potentes ad infrascripta, ut dicebant, in presentia et de expressis consensu et voluntate Jutte, relicte dicti quondam Henrici van den Broeck, matris dicte quondam Aleidis dum vixerat, domum et aream olim Arnoldi de Zeelant, sitam in Buscoducis in vico Orthensi, iuxta domum et aream olim Henrici de Uden, fabri, que domus et area depost sita fuerat inter hereditatem quondam Johannis dicti de Loen, depost vero Ambrosii, filii quondam Amelii dicti Balens., pistoris, ex uno et inter hereditatem olim Johannis dicti de Kessel, depost vero Arnoldi dicti Beys, multoris, ex alio, tendentes a dicto *(hierna ontbreekt* vico*)* Orthensi ad Dyesam ibidem fluentem, quam domum

et aream predictam dictus Petrus, filius quondam Johannis Zommans, erga dominos Iohannem Noydens, priorem conventus de Porta Celi, Godefridum de Campo, scriptorem dominorum decani et capituli Sancti Johannis, atque Johannes Spierinc, procuratorem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis domini quondam Henrici Buck, olim canonici Sancti Johannis in Buscoducis, acquisierat, prout in litteris; insuper medietatem cuiusdam muri lapidei, siti inter domum Ambrosii, filii quondam Amelii Janss., et hereditatem Petri, filii quondam Johannis Zommans, carpentatoris, sitas in Buscoducis in vico Orthensi, qui murus lapideus tendit ibidem a dicto vico retrorsum ad distanciam seu longitudinem quadraginta pedatarum, dudum venditam dicto Petro a dicto Ambrosio, filio quondam Amelii Janss., prout in aliis litteris, hereditarie supportaverunt Henrico, filio quondam Johannis Willemss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi tamquam tutores et mamburni pretacti Petri impuberi super omnia et habenda notanter ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicti Petri impuberis necnon ex pare primodicti quondam Petri Jan Zommanss. ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, excepto hereditario censu octo librarum, quem dictus quondam Willelmus Sommans dudum Amelio, filio quondam Ambrosii die Becker, ex premissis vendiderat. Promiserunt insuper dicti tutores et mamburni sub obligatione premissa in casu quo im posterum via iuris inventum fuerit ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino nostro duci, hereditarius census unius libre antique pecunie et unius libre communis pagamenti Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditarius census octo librarum monete Amelio, filio quondam Ambrosii die Becker, annuatim exinde e iure solvendis, hoc plus dicti Jacobus et Arnoldus prefato Henrico penitus deponent.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XIX[a] novembris.

R1270, fol. 209r
deze akte is onvolledig

Dicti Jacobus et Arnoldus tamquam tutores et mamburni dicti Petri impuberis ac in presentia ut supra he.

R1270, fol. 209r
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Petri Zommans, hereditarie vendidisset Amelio, filio quondam Ambrosii die Becker, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Dyonisii martiris ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Orthensi, inter hereditatem Johannis, filii quondam Ambrosii die Becker, ex uno et inter hereditatem Arnoldi Beys ex alio atque ex certis aliis contrapigneribus, sitis in Empel, et cum deinde dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere et acquitare posset infra spacium quinque annorum festum Dyonisii martiris *(?)* proxime futuro sine medio sequente cum quadragintaquatuor florenis Renensibus, xx[ti] stuvers pro quolibet computando, et quarta parte unius huiusmodi floreni et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus et Arnoldus tamquam tutores et mamburni dicti Petri impuberis ac in presentia ut supra, potentes dictam potestatem redimendi et acquitandi censum predictum, hereditarie supportaverunt dicto Henrico simul cum dictis litteris et iure promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte dicti quondam Willelmi Peter Zommanss. ac suorum heredum deponere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 209r
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Dictus Henricus, filius quondam Johannis Willemss., promisit super omnia et habenda dictis Iacobo et Arnoldo ad opus dicti Petri impuberi quadragintaduos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro. persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 209r
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu A signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus, filius quondam Johannis Willemss., promisit ut debitor principalis dictis Iacobo et Arnoldo, tamquam tutoribus et mamburnis dicti Petri impuberis, ad opus eiusdem Petri quod ipse dabit et solvet eidem Petro impuberi hereditarium censum duodecim librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissus sibi, ut premittitur, supportatis. Promisit super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 209r
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in dicto contractu A signato, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Iacobus et Arnoldus, tamquam tutores et mamburni ut supra, promiserunt super omnia et habenda dicto Henrico quod ipsi dictum Petrum, adhuc impuberem, dum eum ad annos sue pubertatis deventus fuerit, super premissis atque iure ad opus dicti Henrici facient coram scabinis in Buscoducis renunciare ac huiusmodi promissiones desuper prestare quemadmodum dicti Iacobus et Arnoldus fecerant absque contradictione.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 209v
19 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Johannis Willemssoen, promisisset ut debitor principalis Iacobo Hacken, filio naturali quondam Mercelii Hacken, et Arnoldo Dircxsoen de Zoemeren ad opus Petri, filii impuberis quondam Willelmi, filii quondam Petri Zommans, quod ipsi dare et solvere eidem Petro impuberi hereditarium censum duodecim librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo et area olim Arnoldi de Zelant, sita in Buscoducis in vico Orthensi, iuxta domum et aream olim Henrici de Uden, fabri, atque ex medietate cuiusdam muri lapidei, siti ibidem, hodierna supportatis dicto

Henrico a Iacobo et Arnoldo predictis, cumque iidem Iacobus et Arnoldus, tamquam tutores et mamburni ut supra promisissent super omnia et habenda dicto Henrico quod ipsi dictum Petrum, adhuc impuberem, dum eium ad annos sue pubertatis deventus fuerit super dictis domo et area ac medietate muri predicti ad opus dicti Henrici facerent renunciare, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus palam recognovit et super omnia et habenda dictis Iacobo et Arnoldo ad opus dicti Petri impuberis adhuc promisit quod ipse Henricus dictum censum redimere et acquitare tenebitur infra octo annos proxime futuros et postquam dictus Petrus impuber, qui pronunc est septem annorum vel circiter, super domo, area et medietate predictis coram scabinis dicti opidi hereditarie renunciaverit ad opus Henrici predicti ac promissiones fecerit quemadmodum dicti Iacobus et Arnoldus hodierna die de premissis fecerant, videlicet infra annum huiusmodi renunciationem et promissionem immediate subsequente quamlibet, scilicet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo. Quo facto dicti Iacobus et Arnoldus nomine dicti Petri impuberis repromiserunt super omnia dicto Henrico quod idem Henricus dictam redemptionem facere poterit modo et forma quibus supra, absque fraude.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XIX[a] novembris.

R1270, fol. 209v
18 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Sorores Elisabeth de Eyndovia, priorissa, Agnes Knoden, suppriorissa, et Iutta Sluyters, procuratrix conventus Sororum Regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum Opten Wiintmoelenberch, cum tutore in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Arnoldi Voss, earum confessoris, dimidium iuger terre, dictum een schaerweyen, olim domini Sanderi Pyeck, presbiteri, depost vero Franconis de Langel, nunc vero dicti conventus, situm infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Hogedonck, extra portam dictam die Koepoirt, pridem supportatum dicto Franconi de Langel a Iacobo de Fine, prout in litteris, et quod dimidium iuger terre predictum dictus Franco et Heilwigis, eius uxor legitima, in eorum testamento ac ultima voluntate inter cetera inibi contentis sorori Elisabeth, eorum filie, sorori professe primodicti conventus, assignaverant seu legaverunt, ut dicebat, hereditarie supportaverunt michi ad opus conventus Sororum de Tercia Regula Sancti Francisci, siti in Buscoducis, retro locum dictum die Tolbrug, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus de Betania ratam servare et impetitionem ex parte earum et dicti conventus ac dictorum quondam Franconis et Heilwigis ac suorum heredum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVIII[a] novembris.
Cum condicione consueta.

R1270, fol. 210r
20 november 1501
Frans Toelinc en Arnoud Pauweter

Iacobus, filius naturalis quondam Mercelii Hacken, duo hont terre vel circiter, sita in parochia de Empel in loco dicto in de Cortbeemden, in quodam campo quatuor hont vel circiter ibidem sito inter hereditatem Theoderici, filii quondam Arnoldi Dircxsoen, et Ghiselberti van den Polle ex uno et inter hereditatem quondam Elisabeth, relicte quondam Ambrosii van der Stegen, ex alio, tendentes ab aggere dicto den zegedycke ad hereditatem conventus de Korssendonck, siti prope Turnout, que duo hont terre predicta dictus Iacobus per sententiam

diffinitorum ibidem, vulgariter dicentem mits eenrer dyckheringen, acquisierat, prout dicta duo hont terre ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Theoderico, filio quondam Arnoldi Dircx, ad opus sui et ad opus dicti Ghiselberti van den Polle, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XX[a] novembris.

R1270, fol. 210r
20 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Henricus junior, filius quondam Henrici die Myt van der Bruggen, peciam terre, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sitam infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Op Griensvenne, inter hereditatem rectoris altaris beate Marie, siti in capella de Dungen ex uno et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Nycolai Willemss., et eius liberorum ex alio, tendentem ab hereditate Henrici, filii quondam Egidii Willemss., ad quandam plateam seu stegam ibidem, dictam die Griensvensche straet, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Henrico, filio quondam Egidii Willemssoen, ad opus Egidii, sui filii, ab eodem Egidio, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino nostro duci, hereditarie pactione unius modii siliginis liberis quondam Willelmi die Lathouwer et hereditario censu quatuor librarum monete conventui de Porta Celi prope Buscumducis, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 210r
20 november 1501
Lambert Bogart en Arnoud Pauweter

Dictus Henricus, filius quondam Egidii Willemss., promisit super omnia et habenda primodicto Henrico juniori quinquagintasex peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro atque adhuc quinquagintasex consimiles peters Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 210r
20 november 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinc

Anthonia, relicta quondam Theoderici Goyartss., cum tutore usufructum sibi competentem in duobus et dimidio hont terre, sitis in parochia de Empel, in uno campo dicto die Lange Salmestrekel, sex et dimidium iugera terre vel circiter continente, inter hereditatem heredum quondam Ghysberti Ackermans ex uno et inter hereditatem Theoderici Goyartss. ex alio, dudum vendita dicto Theoderico Goyartss. ab Yewano, filio quondam Judoci Peterss., prout in litteris, legitime supportavit Gerongio, suo filio, ad opus sui et ad opus Nycolai ac Aleidis et Heilwigis, eius sororum, filiarum Anthonie et quondam Theoderici predictorum, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 210r-210v

20 november 1501
Ywan Kuijst en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerongius pro seipso et pro dicto Nycolao, suo fratre, ac Aleide et Heilwige, suis sororibus, dicta duo et dimidium hont terre hereditarie supportavit michi ad opus Mense Sancti Spiritus in Empel, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens

R1270, fol. 210v
22 november 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Jutta, relicta quondam Henrici van den Broeck, institoris, necnon Jacobus Hacken, filius naturalis quondam Marcelii Hacken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Petri, filii quondam Johannis Zonmans, et Arnoldus dictus Dircxsoen de Zoemeren, ab eodem quondam Theoderico et quondam Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Johannis Zonmans, pariter genitus, tamquam tutores et mamburni Petri, filii impuberis quondam Willelmi, filii dicti quondam Petri Jan Zonmanss., ab eodem quondam Willelmo et quondam Aleide, eius uxore, filia dicti quondam Henrici van den Broick, pariter geniti et eo nomine pro eodem Petro, impubere, cum tutore dicte Iutte domum et aream cum suis attinentiis dictam die Bonte Creye, sitos in Buscoducis ad vicum Orthensem ultra pontem dictum die Zevensneeuschebrugge, inter hereditatem Willelmi Pyckevet ex uno et inter hereditatem Gertrudis, relicte quondam Huberti Doncker, et eius liberorum ex alio, tendentes a dicto vico Orthensi retrorsum ad quendam viculum seu plateam ibidem protensam, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebant, dederunt ad hereditarium censum dicto Willelmo Pyckevet, ab eodem hereditario iure habendum et possidendum pro censu domino nostro duci, sex denariis gwillelmusthuyn communiter vocatos, capitulo in Buscoducis atque tredecim libris hereditarii census monete, diversis personis annuatim exinde e iure per prius solvendum, dandum et solvendum ab alio terminis ad hoc debitis et consuetis atque hereditario censu sex librarum monete dandum et solvendum dicto Petro impuberi ab alio Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Petro, impuberi, dictum censum sex librarum monete predicte hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis.
Testes Hezeacker et Hiinden, datum XXII^{da} novembris.

R1270, fol. 210v
22 november 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dicti Jutta, Jacobus et Arnoldus promiserunt super omnia et habenda tamquam tutores ut supra dicto Willelmo quod ipsi dictum Petrum, adhuc impuberem, dum eum ad annos sue pubertatis deventus fuerit, super premissis atque iure ad opus dicti Willelmi facient coram scabinis in Buscoducis renunciare ac huiusmodi promissiones desuper perestare quemadmodum dicti Jutta, Jacobus et Arnoldus hodierna die fecerant absque contradictione.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 210v-211r
22 november 1501

Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Willelmus Pyckevet promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Petro, filio impuberi quondam Willelmi, filii quondam Petri Jan Zonmanssoen hereditarium censum sex librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et suis attinentiis, sitis in Buscoducis ad vicum Orthensem dictis In de Bonte Crey, ultra pontem dictum die Zevensneeuschebrugge, inter hereditatem dicti Willelmi ex uno et cum dicti Iutta, Iacobus et Arnoldus promisissent super omnia et habenda eidem Willelmo quod ipsi dictum Petrum, adhuc impuberem, dicti eum ad annos sue pubertatis deventus fuerit, super domo, area et suis attinentiis predictis facerent renunciare, prout in diversis litteris, constititus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus Pyckevet palam recognovit et super omnia et habenda dictis Jutte, Jacobo et Arnoldo ad opus dicti Petri impuberis promisit quod ipse Willelmus dictum censum redimere et acquitare tenebitur infra octo annos proxime futuros et postquam dictus Petrus impuber qui pronunc est septem annorum vel circiter, super domo, area et suis attinenciis predictis coram scabinis dicti opidi inquantum extunc vixerit, renunciaverit ad opus Willelmi predicti ac promissiones fecerit quemadmodum dicti Iutta, Iacobus et Arnoldus hodierna die desuper fecerant, videlicet infra annum huiusmodi renuntiationem et promissionem immediate subsequente quamlibet scilicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando et cum censu anni redemptionis et arrestadiis. Quo facto dicti Jutta, Jacobus et Arnoldus nomine dicti Petri impuberis repromiserunt super omnia et habenda dicto Willelmo quod idem Willelmus dictam redemptionem facere poterit omnibus modo et forma quibus supra, omnibus contradictione et fraude in premissis postpositis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 211r
22 november 1501
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dictis Jutte, Jacobo et Arnoldo ad opus dicti Petri impuberis quatuordecim peters, XIX stuver vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendum.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 211r-v
22 november 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Godescalci, dicti Noyens tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie Johannis Daenss., hereditarie vendidit Johanni Bloyman, filio quondam Henrici Bloymans, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureorum florenorum Renensium iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte pro XX^{ti} octo stuferis, aureos florenos novos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte pro vigintiquinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam secundum eandem valuationem seu estimationem, solvendum hereditarie Andree apostoli et pro primo solutionis termino ab Andree apostoli proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam campo terre dicti venditoris, duo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum die Hogevliedart, inter

hereditatem Ode dicte van der Meer, vidue, ex uno et inter hereditatem Herberte, relicte quondam Egidii dicti van der Poirten ex alio, tendente ab hereditate Domus Leprosorum dicte Ter Eyendonck, site prope Bus cumducis et Johannis Driess. ad hereditatem heredum quondam Thome de Borken, presbiteri; item ex pecia terre arabilis duas sextariatas terre vel circiter continente eiusdem, sita in dicta parochia de Roesmalen, iuxta locum dictum die Mutse, inter hereditatem Godefridi de Bladel ex uno et inter hereditatem dicti Johannis Daemss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Elisabeth dicte Hals; insuper adhuc ex duabus domibus, areis et ortis ac suis attinentiis sibi mutuo coadiacentibus dicti venditoris, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Johannis Spronx, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Thome dicti Leyten, multoris, ex alio, tendente a via lapidea retrorsum ad quendam campum Mense sancti Spiritus in Buscoducis, dictum sHeilich Geestscamp, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Hiinden et Kuyst, datum XXII^{da} novembris.

R1270, fol. 211v
22 november 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses dictos gouden enckel rijnsgulden, gerecht van gewichte, quemlibet scilicet pro XX^{ti} octo stuvers et eosdem aureos florenos Renenses et nullam aliam monetam seu pecuniam et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionis per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebatur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 211v
23 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Henricus dictus de Luet, filius quondam Johannis dicti de Luet, promisit ut debitor principalis Cornelio Loekeman, filio quondam Henrici Loekemans, quod ipse dabit et solvet eidem Cornelio hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum de et ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti Henrici, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, infra duas portas ibidem inter hereditatem heredum quondam Henrici Loekemans predicti ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Rennen ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Hiinden et Bogart, datum XXIII^{a} novembris.

R1270, fol. 211v
23 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante vigintiuno peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata pro quolibet computando et cum censu

anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Cornelius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit, hoc tamen salvo quod idem Henricus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Cornelio legitime preintimabit ac preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 211v-212r
23 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Petri Janss., alias dicti Ketheler, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Theoderici dicti Corten, promisit ut debitor principalis Bruystino, filio quondam Wellini de Hanenberch, institori, quod ipse dabit et solvet eidem Bruystino hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendam de et ex duabus terciis partibus ad ipsorum, ut dicebant, spectantem in duabus domibus, areis et ortis cum suis attinentiis, sitis infra libertatem de Os, inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Johannis de Heze, begine maioris curie beginarum in Buscoducis ex uno et inter hereditatem heredum quondam Mercelii de Uden et Zegeri van den Poll ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum usque ad fossatum ibidem dictum den Vestgrave; item ex duabus terciis partibus pecie terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continentes, site in parochia de Os predicta in loco dicto in de Royen, inter hereditatem investiture de ecclesie de Os ex uno et inter hereditatem capelle sancti Anthonii, site in eadem parochia, ad locum dictum op Scadewijck, ex alio, tendentes cum uno fine ad communem viam ibidem; item adhuc ex duabus terciis partibus ad ipsum spectantes in quadam alia pecia terre, duas vasatas terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem dicte capelle sancti Anthonii ex uno, tendente ab hereditate Henrici Meliss., pistoris, ad hereditatem hospitalis ibidem; item adhuc in quadam alia pecia terre, tres vasatas terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem cuiusdam dicti Spierinck ex uno et inter hereditatem Gerardi Arntss. ex alio, tendente a communi platea seu via ad hereditatem Delyane, relicte quondam Laurencii die Cuyper, et eius liberorum, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 212r
23 november 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Bruystinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit, hoc tamen salvo quod idem Petrus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Bruystuo legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 212r
23 november 1501
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Gloria, relicta quondam Mercelii de Ekart Merceliss., cum tutore super hereditario redditu duodecim florenorum, overlens rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabantie vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendo anno quolibet hereditarie XIIII^{ta} februarii, quem redditum predictum dictus Mercelius de Ekart Merceliss. erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris, magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis plenius continetur, atque super toto iure ad opus Johannis de Ranst, filii naturalis quondam Henrici de Ranst, hereditarie renunciavit, promittens super omnia cum tutore ratam servare. Recognovit insuper dicta Gloria sibi per prius plenarie fore satisfactum de quibus cumque huiusmodi denariis seu pecuniis qui provenerunt ex causa seu occasione acquitationis redditus pretacti, clamans igitur eadem Gloria quos cumque huiusmodi quitancia indigenter inde quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum vicesimatercia novembris.

R1270, fol. 212v
@nog berekenen
Gerard Kuyst en Jan van Erp

Notum sit universis quod cum Jacobus de Dommelen promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Arnodo Monic, marito et tutori legitimo Postulune, sue uxore, filie quondam Johannis, filii quondam Theoderici Berwout, hereditarium censum septem librarum et quinque solidorum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area quondam Mathie Werners, sita in Buscoducis in vico Reperatorum Vestimentarum Veterum et que domus et area sita est inter hereditatem quondam Nycolai dicti Boen ex uno et inter hereditatem Godefridi Berwout ex alio, pridem ad hereditarium censum data dicto Jacobo ab Arnoldo predicto pro dicto censu et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam magistri Johannis Monix senioris, tamquam maritus et tutor legitimus domicelle Katharine, sue uxoris, filie quondam Godefridi van den Aelsvoirt, palam recognovit se recepisse a magistro Henrico die Bye, proprietario pro tempore domus et area predicte, summam videlicet quinquaginta florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ex causa redemptionis dicti census septem librarum et quinque solidorum, clamans igitur dictus Johannes eundem magistrum Henri cum ac domum et aream pretactam necnon quos cumque alios huiusmodi quitanciam indigenter de premissis quitos promittensque super omnia et habenda dictum magistrum Henri cum et eius bona ab ulteriori solutione dicti census atque dampnum indempnem servare.
Testes Kuyst et Erpe, datum XX marcii V^{ta} post Palmarum anno quarto.

@Geertrui: een schepen Kuyst en Erp zijn samen schepen in schepenjaar 1503, 1504, 1507, 1512, 1523, 1526, etc. Op de scan kan ik niet zien wat er na anno staat, mogelijk quarto, dit moet in het originele protocol bekeken worden. Als het schepenjaar 1504 is, dan zijn de schepenen Gerard Kuijst en Jan van Erp

R1270, fol. 212v
24 november 1501
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Gerardus, filius quondam Laurencii de Moll, dedit michi ad opus magistri Laurencii Back, presbiteri, magistri Henrici Dirck Pelgromss, Victoris van der Moelen et Marcelii de

Kryekenbeeck ac ad opus alterius eorundem potestatem monendum usque ad revocationem ut in forma.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum XXIIII^{ta} novembris.

R1270, fol. 212v-213r
24 november 1501
Arnt Pauweter en Dirk van Hijnden

Gerardus Back, filius quondam Johannis, domum lapideam, aream, ortum ac pomerium et alias hereditates sibi adiacentes, duo iugera terre vel circiter continente, olim Nycolai dicti Coel Hessels, depost Gerardi de Berkel, filii quondam Gerardi, filii quondam Henrici, de hinc vero Hillini Zegers, filii quondam Willelmi, nunc vero primodicti Gerardi Back, sitos in parochia de Druenen, ad locum dictum Nuwenkuyck, inter hereditatem heredum quondam Willelmi Zegers ex uno et fine uno et inter communitatem ibidem ex alio et fine reliquo, dudum venditos magistro Nycolao Kuyst ad opus dicti Gerardi Back, filii quondam Johannis ab Hillino Zegers, filio quondam Willelmi predicto, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni van den Velde, filio quondam Johannis van den Velde, simul cum dictum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali conditione annexa quod premissa post obitum dicti Johannis van den Velde et Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Gerardi de Achel, amborum et non prius ad liberos eorundem Johannis et Heilwigis, coniugum, ab ipsis pariter genitos et generandos hereditario iure succedent et devolventur, hoc tamen salvo quod idem Johannes van den Velde stante integro thoro inter ipsum et dictam Heilwigem, eius uxorem, premissa vendere, alienare et obligare poterit iuxta suum libitum et voluntatem, non obstante conditione pretacta.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 213r
24 november 1501
Arnt Pauweter en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes van den Velde promisit super omnia et habenda dicto Gerardo Back septuaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorum in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro necnon triginta consimiles florenos Renenses Remigii confessoris proxime futuro persolvendum.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 213r
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Christina, relicta quondam Aelberti Dircxsoen, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate cuiusdam orti terre, siti in parochia de Derenborch inter communem plateam ibidem ex uno et inter hereditatem Guedeldis dicte Gerits, vidua, et eius liberorum ex alio, tendentem a communi platea ad quandam hereditate dictam dLluttelvelt; item adhuc in tribus hont minus quarta parte unius hont terre vel circiter, olim ad dictum quondam Aelbertus, nunc ad ipsam et suos liberos spectante in medietate cuiusdam campi terre dicti Den Koekenput, quatuordecim hont terre vel circiter continente, siti in dicta parochia de Derenborch inter communem plateam ex utroque latere et fine uno ad campum quendam Symonis Egens Mentveltss, in illis scilicet tribus hont terre minus quarta parte unius hont, que sita sunt in medietate eiusdem campi versus villam de Dorren, ut dicebat, legitime

supportavit Christina et Yde, suis filiabus, et dicti quondam Aelberti ad opus earum et ad opus Theoderice, earum sorores, necnon Anthonii, Johannis et Arnoldi, fratrum liberorum predicte Christine et quondam Aelberti, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXVI[ta] novembris.

R1270, fol. 213r
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Christina et Yda, sorores, necnon Johannes, filius quondam Johannis Vrancken, tanquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Theoderice, sue uxore, cum tutore pro seipsis ac dictis Anthonio, Johanne et Arnoldo, suis fratribus, dictam medietatem orti predicti atque dicta tria hont terre mnius quarta parte unius hont terre, prout ibidem sita sunt et olim ad dictum quondam Aelbertum pertinere consueverant, ut dicebat, hereditarie vendiderunt domino Egoni die Groot, presbitero, investito in Derenborch, predicta ab eodem, promittentes cum tutore et cum eis dicta Christina unanimiter indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem, exceptis dimidio denario half blanck vocato ex dicto integro orto annuatim e iure solvendum atque aqueductibus dictus weteringe et cir cumspectionibus dictis scouwen ad premissa e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.
Cum conditione consueta.

R1270, fol. 213r
26 november 1501

Predicta Christina necnon dicta Yda et Johannes Jan Vrancken, tamquam maritus, ut supra, dederunt dicte Christine potestatem ac mandatum premissa supportata defendendi.

R1270, fol. 213r-213 v
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Christina, relicta quondam Petri Bardeyn, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area ac domo posteriori, sita in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, iuxta pontem dictum die Zwengelbrugge, ab ista parte eiusdem pontis supra conum cuiusdam viculi ibidem, dicti Sint Anthoniisstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem Coenrardi die Cuper ex alio, tendentem a dicto vico Hynthamensis retrorsum ad hereditatem Walgeri Geritssoen alias dicti In Den Wildeman, ut dicebat, legitime supportavit magistro Willelmo, suo filio, presbitero, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXVI[ta] novembris.
Cum conditione consueta.

R1270, fol. 213v
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Henrici Back, ab eodem, et quondam Mechtilde, eius uxore, filia quondam Johannis die Hertoge pariter genitus, octavam partem ad ipsum post mortem Katharine, filie dicti quondam Johannis die Hertoge, eius matertare, iure sucessione hereditarie advolvendam, in duabus domibus et areis sibi mutuo finaliter coadiacente, sitis in Buscoducis in vico dicto After die Tolbrugge, inter hereditatem Everardi die Keyser et Elisabet van der Heyden ex uno et inter hereditatem Thome die Tymmerman ex alio, tendentem ad communes plateas cum uno fine, legitime et hereditarie supportavit Johanni, filio Mathei Lambertss., simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competentem ac competituro in quibus cumque litteris mentionem inde facientem, promittens primodictus Johannes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 213v
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Theodericus Noot, filius Johannis Noot, dedit Lamberto Woutersss. ad opus sui et ad opus dicti Johannis Noot et Zwederii de Gerwen ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 213v-214r
26 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Wy Bogart et Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enen yegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen zyn Christyn, wedue wylen Aelberts Dircxsoen, Yda, hair dochter, ende Jan, zoen wylen Jans Vrancken, als man ende mombaer Dircxken, zynre huysvrouwen, dochter van Cristynen ende wylen Aelbertssoen, in,den name van hen ende den anderen kynderen derselver Cristynen ende wilen Aelberts, seggende dat zy liggende hebben tot Derenborch zeker erffenisse ende gueden, dairinne die voirs. wylen Aelbert Dircxsoen bestorven is ende hy after gelaten heeft ende dairinne hen zeker commer gedaen is geweest ende alnoch by eenigen scoot geboirt, dwelcke zy overmits andere occupacien die zy te doen hebben, allen in persoen nyet vervolgen en cunnen noch verantwoirden, ende hebben dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueren, setten ende ordineren Cristijnen, dochter van der voirs. Cristijnen ende wylen Aelberts voirs., hoer wittige procuraetster, gevende ende verlenende der selver Cristynen vrij ende volcomen macht ende sunderlinghe bevele die voirs. gueden ende erffenisse te regeren, te verantwoirden, hetzy metter mynnen oft metter recht, ende generalic allet dairinne te doen ende voirt te keeren dat die voirs. constituenten selver souden moigen doen ende voirt keeren, oft zy allen present ende jegenwoirdich weren, metter machten oick onder hair te moigen substitueren een oft meer procureurs die deselve macht sullen hebben die de voirs. geconstitueerde Cristyn heeft, gelovende die voirs. constituenten op verbyntenisse van hoeren gueden vast ende stedich te houden allet geen ende zoe wes by der voirs. geconstitueerder Cristynen hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden.
In kennisse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier beneden aen desen brief doen hangen.
Datum supra.

R1270, fol. 214v

29 november 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Goeswinus, filius quondam Petri Keelbreker, promisit ut debitor principalis michi ad opus Johannis van den Hoevel, filii quondam Henrici van den Hoevel, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni van den Hoevel hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Andree apostoli et pro primo solutionis termino ab Andree apostoli proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti promittentis, sitis in Buscoducis in vico Tinctoris, inter hereditatem Johannis dicti Keelbreker ex uno et inter hereditatem Johannis Houbraken, rasorum pannorum, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad hereditatem heredum quondam Theoderici Andries atque de et ex omnibus aliis suis bonis habitis et habendis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXIX^{a} novembris in profesto Andree apostoli.

R1270, fol. 214v
29 november 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Jutta et Aleidis, sorores, filie quondam Godefridi Janss., ab eodem quondam Godefrido et quondam Johanna, eius uxore, pariter genite, cum tutoribus que cumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que eis per et post dictorum suorum parentum videlicet patris et matris iure successionis hereditarie advoluta sunt quo cumque locorum consistentia, sita ac reperiendia, demptis tamen et dictis Jutte et Aleidi reservatis huiusmodi domus utensilibus que per prius receperant, ut dicebant, legitime et hereditarie supportaverunt Heilwigi, relicte dicti quondam Godefridi Janss., uxori moderne, Cornelii, filii quondam Coenrardi van den Venne, ad opus sui quoad eius usufructum et ad opus Henrici, filii dictorum Heilwigis et quondam Godefridi Janss., quoad eius ius hereditarium, simul cum toto iure eis seu earum alteri quovismodo competente in quibus cumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes indivisi cum tutoribus super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum deponere. Recognoverunt insuper eedem Jutta et Aleidis se recepisse ab Heilwige et Henrico predictos vigintiquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, ex causa supportationis bonorum pretactorum, clamans inde quitum.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 214v-215r
29 november 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Nycolai dicti Symonss., hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Johannis Delissoen senioris, hereditariam pactionem sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis solvendam hereditarie Andree apostoli et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duodecim vasatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Os, ad locum dictum die Lange Voirt, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Delis junioris, ex uno et inter hereditatem Johannis Monix, filii quondam magistri Johannis Monix ex alio, tendentibus a communi platea dicta die Voirtstraet ad hereditatem heredum quondam Johannis Deliss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.

Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 215r
29 november 1501
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante vigintiseptem peters, XVIII novos stuvers pronunc per archiducem Philippum monetatos vel valorem in alia pecunia pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 215r
29 november 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Nycolai, filii quondam Symonis van der After, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in duobus libris pagamento Busciducensis, quas duas libras Ghibo Haeck Henricxsoen promiserat Arnoldo Janssoen de Tuyll annuatim et hereditarie solvendum Magdalene de et ex domo et domistadio terre, sitis in parochia de Os iuxta plateam dictam die Boschstraet, inter hereditatem Henrici die Cuper ex uno et inter communem plateam ex alio et quas duas libras predictas Willelmus van den Par, filius quondam Willelmi van den Par, ab eodem quondam Willelmo et quondam Elisabeth, eius uxore, filia dicti Arnoldi Janss. van Tuyll, pariter genitus, dudum dicto Nycolao, filio quondam Symonis van den After, supportaverat ut videtur in litteris de Os contineri, hereditarie supportavit Arnoldo, suo fratri, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Nycolai ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 215r
1 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Magister Henricus Ghysels promisit ut debitor principalis Woltero Oems Janss. quod ipse dabit et solvet eidem Woltero annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Wolteri et non ultra Remigii confessoris et pro primo solutionis Remigii confessoris proxime futuro de et ex quodam campo terre paludialis, tria iugera terre vel circiter continente, dicti magistri Henrici, sito in loco dicto die Hoeven in loco dicto In de Akensche Hoeve, inter hereditatem Gerardi Kuyst ex uno et inter hereditatem Wolteri de Brede ex alio, tendente ab hereditate Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, ad hereditatem Henrici Voet, ut dicebat, absque promissione ulteriori.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum prima decembris.

XXIX^{a} decembris anno eodem Wolterus Oems consentiit quod cassetur contractus iste et sic cancellatus.

R1270, fol. 215r-v
2 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Nycolaus, filius quondam Gerardi Borkenss., unum florenum Rynsgulden communiter vocatum, XX^{ti} stuvers pro eodem computando, quem unum floren~~or~~um predictum Johanna, relicta quondam Gerardi van der Stegen, et Heymericus, eius, filius legitimus, promiserant Johanni Jacop Quattelssoen ad opus dicti Nycolai, filii Gerardi Borkenss., annuatim et hereditarie solvendum Purificationis de et ex domo et domistadio terre, tres vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Duer, inter hereditatem heredum quondam Wolteri Danelss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, ut videtur in litteris de Berchen contineri, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Jacobi Quattels, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum secunda decembris.

R1270, fol. 215v
2 december 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius naturalis quondam dicti Theoderici, filii quondam Arnoldi de Vladeracken, presbiteri, hereditarium censum unius aurei floreni overlens Rijnsgulden communiter vocati, computando XX^{ti} stuvers vel valorem pro eodem florenum, quem censum predictum Romboldus, filius quondam Goeswini de Gemart, et Maria, eius uxor legitima, relicta quondam Gerardi dicti Crodewagen, promiserant ut debitores principales indivisi dicto domino Theoderico ad opus sui et ad opus dicti Arnoldi, sui filii naturalis, quod ipsi darent et solverent eidem domino Theoderico quoadvixerit in humanis et post eiusdem decessum dicto Arnoldo, si eium supervixerit, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et quadam vacua hereditate dicta een plaetsken, sibi retro coadiacente, dictorum Romboldi et Maria, coniugum, sitis in Buscoducis ultra pontem Geerlaci in quodam viculo dicto Scildersstraetken, inter hereditatem Gerardi Sanders ex utroque latere necnon ex omnibus et singulis aliis bonis dictorum Romboldi et Maria, coniugum, habitis et habendis quo cumque locorum consistentibus, sitis ~~ad~~ aut solvendis, prout in litteris, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Johannis Daemss. senioris, ad opus sui et ad opus Mathie, filii quondam Hermanni Mathyss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti domini Theoderici ac suorum heredum deponere, excepta condicione, recognitione et repromissione in dictis litteris contentibus.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 215v – 216r
2 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck
Dictus Arnoldus, filius naturalis quondam domini Theoderici, filii quondam Arnoldi Geritss. de Vladeracken, presbiteri, ab eodem quondam domino Theoderico et quadam Jutta de Tyela pariter genitus, hereditarium censum trium aureorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, quem censum predictum Johannes de Andel, scrinipar, filius naturalis quondam dictus Johannis de Andel, canonici in Buscoducis, promiserant, ut debitor principalis, dicto domino Theoderico ad opus sui et ad opus dicti Arnoldi naturalis quod ipse daret et solveret eidem domino Theoderico quoadvixerit in humanis et post eius

decessum dicto Arnoldo naturali, si supervixerit, anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini ex domo, area et orto cum suis iuribus et attinenciis dicti Johannis de Andel, sitis in Buscoducis ultra pontem Geerlaci in quodam viculo qui tendit a vico Hynthamensi versus communem aquam die Dieze vocatam ibidem fluentem, inter hereditatem Johannis Hermanss. ex uno et inter hereditatem Martini die Wilde ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Reynero ad opus sui et ad opus dicti Mathie simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam domini Theoderici, sui patris, ac suorum heredum deponere, excepta condicione in dictis litteris, recognitione et repromissione. Testes, datum supra.

R1270, fol. 216r
2 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Petrus et Arnolda, eius soror, liberi quondam Michaelis, filii quondam Arnoldi dicti Spierincx, necnon Christianus, filius naturalis quondam Lamberti Corstiaenss, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Michaelis, pro se ipsis et pro Arnoldo et Maria, eius sorore, liberis quondam Michaelis predicti, domum, aream et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, sitos in parrochia de Os iuxta molendinum venti ibidem inter communem plateam ex uno latere et fine anteriori et inter hereditatem heredum quondam Lamberti Corstiaenss. predicti et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendentes cum fine posteriori ad quandam hereditatem ibidem dictam den Moelenwerff, prout et quemadmodum premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Danieli, filio quondam Arnoldi Deliss., ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno vase siliginis Mense Sancti Spiritus in Os atque hereditaria pactione quatuor maldrorum siliginis cuidam Katherine de Alem, begina maioris curie beginarum in Buscoducis ac suorum fratri annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat. Promisit insuper dictus Christianus sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte dicti Arnoldi deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 216r
2 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

dictus Daniel promisit super omnia et habenda dictis Petro, Arnoldo et Christiano decem peters, XIX stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon totidem peters atque duo sextoria siliginis mensure de Buscoducis a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendum et dictam siliginem in Buscoducis tradendam. Testes, datum supra.

R1270, fol. 216r-216v
2 december 1501
Iwan Kuijst en Dirk van Hijnden

Dicti Petrus et Arnolda, eius soror, necnon dictus Christianus, tamquam maritus et tutor, ut supra, pro se ipsis et dictis Arnoldo et Maria, cum tutore, peciam terre arabilis quatuor vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, in loco dicto in de Royen, inter hereditatem heredum quondam Johannis, filii quondam Lamberti van Scerpenberge, ex uno et

inter hereditatem fabrice ecclesie de Os ex alio, tendentem ab hereditate Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ad quandam communem viam dictam den Gemeynen Moelenpat, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Marcelio, filio quondam Amelii Ceelen ad opus Margarete, sue matris, filie quondam Willelmi Ausems, ab eadem, promittentes super omnia et habenda divisi videlicet dicti Petrus, Arnolda et Christianus indivisi cum tutore pro se ipsis et dicta Maria pro quatuor quintis partibus atque adhuc, idem Christianus pro dicto Arnoldo pro una quinta parte warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Kuyst et Hynden, datum secunda die mensis decembris.

R1270, fol. 216v
2 december 1501
Iwan Kuijst en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Petrus et Arnolda, liberi Michaelis, filii quondam Arnoldi Geritss. alias dicti Spierinc, et Christianus, filius naturalis quondam Lamberti Corstiaenssoen, tamquam maritus et tutor legitimus Hillegondis, sue uxoris, filie dicti Michaelis, hereditarie vendidissent Johanni, filio quondam Ghisberti de Loen, scriniparo, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis communiter currentis pro quolibet computando, solvendum hereditarie Katharine virginis et martiris et in Buscoducis ab omnibus precariis, exactionibus ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum ex tribus quintis partibus domistadii ac hereditatum sibi adiacentibus, maldratam terre vel circiter pariter continentem, sitarum in parochia de Os, ad locum dictum Aen de Voirstraet, inter hereditatem heredum quondam Ghiselberti Haeck ex uno et inter communem viam alias undique adiacentem; item adhuc ex tribus quinque partibus quatuor lopinatarum terre vel circiter, sitis in dicta parochia inter quendam campulum dictum Scerpenberchs Kempken ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Os ex alio; insuper ex tribus quinque partibus sex vasatarum terre vel circiter, sitis in dicta parochia in quodam campo dicto Tolleners Camp cumque dictus emptor palam recognovisset et ut debitor principalis super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit quod iidem venditores dictum censum redimere et acquitare possent perpetue simul et semel cum quinquagintaduobus peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus et Christianus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Arnolde quod ipsi supradictum censum exnunc deinceps perpetue dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod dicte Arnolde ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 216v-217r
2 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Johannes, filius quondam Jacobi dicti sGreven, textor lineorum, promisit ut debitor principalis michi ad opus domini Ysboldi van Schoet, presbiteri, quod ipse dabit et solvet eidem domino Ysboldo hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, domistadio et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sex vasatas terre vel circiter continentibus dicti promittentis, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem heredum quondam Jacobi, filii dicti quondam Jacobi Sgreven ex uno et inter communiter munimen ibidem dictum die gemeyn lantweer ex alio, tendentibus ab hereditate

heredum quondam Aelberti de Rode ad communem plateam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis duobus denariis, Gwillelmusthuyn vocatum, et una libra pagamenti vitalis pensionis per prius exinde e iure solvendum deponere et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus Johannes dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante decem peters, XIX stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime prefato domino Ysboldo preintimabit cum conditione consueta.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 217r
2 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Johannes du Troux dedit Arnoldo de Berse potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 217r
2 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Zegerus Jacopssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Gerardi de Achel, tinctoris, ab eodem quondam Gerardo et quondam Elisabeth, sua uxora, pariter genite, palam recognovit se recepisse ab Hillino, filio quondam Willelmi Zegerssoen de Nuwenkuyck, relicto dicte quondam Elisabeth, sue uxoris, quartam partem centum coronarum, XXIIII^{or} stuvers pro quolibet computando, necnon adhuc quartam partem centum florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, qui proveniunt solvendam ex causa seu occasione certi arbitramenti seu eloquii inter dictum Hillinum ex una necnon inter Gerardum de Achel, filium dicti quondam Gerardi de Achel, Johannem van den Velde, Gerardum de Heessel et ipsum Zegerum Jacopssoen ex altera partibus, per certos electos arbitros dudum pronuntiati, clamans igitur dictus Zegerus eundem Hillinum et eius bona de dictis quartis partibus premissorum ac quibuscumque impeticionibus et actionibus quibus mediante occasione earundem quartarum parcium impeti posset sue gravari quitos, liberos et penitus absolutos omnino iuxta exigenciam arbitramenti seu eloquii pretacti.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 217r
3 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Anselmus, filius quondam Henrici Teyen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Helye van den Venne et Elisabeth, filia Anselmi et Heilwigis predictorum, cum tutoribus annuam et vitalem pensionem decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia tempore solutionis in ~~parochia~~ patria Leodiensi et Loen in manibus mercatorum dandum et solvendum erit pro quolibet computando, solvendam anno quolibet ad vitam dictarum Heilwigis et Elisabeth ac diucius viventi ex ipsis in humanis, mediatim prima septembris et mediatim prima martii, quam vitalem pensionem predictam supradictus Elyas et Adriana, eius uxor legitima, filia quondam

Reyneri die Voegt, ad opus dictarum Heilwigis et Elisabeth erga burgimagistros, iuratos, consules, totam communitatem et incolas opidorum de Loen, Hasselt, Bilsen, Herck, Beringen et Peer necnon scultetos, scabinos et totam communitatem patriarum de Voegelsange, de Hamme et Peelt dudum emendo acquisierant, ut videbatur in litteris sigillis dictorum opidorum et patriarum sigillatis desuper confectis plenius contineri, legitime supportavit Ottoni Bolcx, simul cum dictum litteris, aliis et iure atque arrestadiis duorum annorum, promittentes cum tutoribus indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Heilwigis atque dictorum Adriane et quondam Elye ac suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum tercia decembris.

R1270, fol. 217r
3 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue cum trigintaocto aureis florenis Renensibus, XX^{ti} septem et dimidium stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Otto recognovit et super omnia dicto supportantibus repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 217v
7 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Johannes Cottens, filius quondam Johannis Cottens, hereditarie vendidisset magistro Arnoldo de Weilhusen ad opus Theoderici, filii Johannis Arntssoen alias Scoercop, hereditatem censum sex librarum monete solvendum hereditarie Omnium Sanctorum ex tercia parte ad ipsum spectante in domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi inter ambas portas ibidem; insuper ex tercia parte ad ipsum spectante in quodam campo terre dicto Wolfscamp, sito in parochia de Roesmalen inter hereditatem Petri de Oyen ex uno et inter hereditatem Gerardi de Vladeracken ex alio, promisissetque dictus venditor super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali condicione annexa qoud idem venditor dictum censum redimere et acquitare posset perpetuis temporibus semper dum sibi placuerit, quamlibet libram cum sex peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus venditor super dicta potestate redimendi et acquitandi censum predictum atque super toto iure sibi in dictis litteris quovismodo competente, ad opus supradicti Theoderici, filii quondam Johannis Arntss., hereditarie renunciavit effestucando, promittens idem venditor super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere atque quod ipse per se alium seu alios premissorum vigore aut virtute aliquarum ordinationum per principem seu opidum de Buscoducis ordinatarum aut ordinandarum censum pretactum numquam redimere presumet aliquo modo.
Testes Kuyst et Toelinc, datum VII^{a} decembris.

R1270, fol. 217v
5 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Servacius, filius quondam Martini, filii quondam Ade Daemss., in absentia Henrici, filii quondam Henrici Hoers, prebuit ad redimendum e iure proximitatis quandam hereditatem, partim pascualis et partim arabilis, dictam communiter eenen dries, metten acker dair aen gelegen, dictam den Arntsacker, sitam in parochia de Heze, ad locum dictum Aent Hezerbosch, inter hereditatem Jacobi Leyckens ex uno et inter hereditatem Ade Henrick Bouwenss. et quorundam ex alio, tendentem cum utroque finem ad communem plateam, simul eciam cum medietate domus desuper consistente venditi seu supportatis dicto Henrico ab Henrico, filio Theoderici Bacx, marito et tutore legitimo Aleidis, sue uxoris, et Willelmo, filio Johannis Wouter Thyss., marito et tutore legitimo Heilwigis, sue uxoris, filiarum quondam Leonardi, filii dicti quondam Ade Daemss., ut dicebat, in litteris de Heze contineri. Et optinuit.
Testes Hynden et Toelinc, datum quinta decembris.

R1270, fol. 217v
7 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuijst

Arnoldus, filius quondam Willelmi Heymanss., huiusmodi quatuordecim aureos florenos Renenses, gouden Rijnsgulden communiter vocatos, quos Wolterus Stoock ab ipso pridem in mutuo receperat, ut dicebat, legitime supportavit michi ad opus magistri Anthonii Arntssoen simul cum quibuscumque documentis que desuper habet et effestucando.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum septima decembris.

R1270, fol. 217v-218r
9 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hynden

Nycolaus, filius quondam Johannis die Veer, vitrifex, promisit ut debitor principalis michi ad opus Anthonie, filie naturalis et illegitime quondam domini Henrici Aben, presbiteri, quod ipse dabit et solvet eidem Anthonie quoad vixerit ipsa hereditarium censum duarum librarum monete Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Nycolai, sitis in Buscoducis in vico Ecclesie, inter hereditatem Yewani Kuyst ex uno et inter hereditatem Oliveri Pistoris ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Gerongii de Busco, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod dictus census statim post mortem dicte Anthonie converti et assignari debet ad opus et utilitatem trium missarum in cappella sancti Jacobi in Buscoducis fiendarum et per executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Elisabeth, filie quondam Henrici Janss., inibi procurandarum omnino iuxta tenorem eiusdem testamenti atque quod dictus Nycolaus dictum censum redimere et acquitare poterit semper dum sibi placuerit cum et mediante duodecim peters, XIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis omnibus contradictione, dolo et fraude seclusis.
Testes Vladeracken et Hynden, datum IX[a] decembris.

R1270, fol. 217v-218r
7 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Notim sit universis quod cum Nycolaus de Strathen, filius quondam Lamberti, relictus legitimus quondam Katarine, sue uxoris, filie quondam Lamberti dicti Dunnesop, usufructum atque totam partem et omne ius ad ipsum spectantem in hereditario censu quinquaginta solidorum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex vacua hereditate, sita in Buscoducis ultra pontem Bladi, inter hereditatem quondam Johannis Gruyningen ex uno et inter hereditatem quondam Theoderici de Huesden ex alio, atque ex domo et edificiis in eadem vacua hereditate consistentibus, hereditarie supportasset magistro Willelmo de Busco, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Willelmus usufructum atque totam partem et omne ius supradictos legitime supportavit Henrice, filie quondam Theoderici de Berze, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto Johannes, filius quondam Laurencii de Zwaervelde, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Eufemie, sue uxoris, filie quondam Arnoldi van der Heyden, et ipsa Eufemia cum eodem tamquam cum suis tutoribus super dicto censu atque super toto iure sibi quovismodo competente in dictis litteris ad opus dicte Henrice hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes cum tutoribus super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dictorum quondam Nycolai de Strathen et Katharine, sue uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Toelinck, datum septima decembris.

R1270, fol. 218r
9 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Petrus, filius Godefridi Tyelenssoen, hereditarium censum trium librarum monete solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Gerardi Pouwels ex uno et inter communitatem ibidem alias undique adiacentem, quem censum predictum dominus Wolterus de Tuyl, presbiter, filius quondam Petri, dudum dicto Petro hereditarie supportaverat, ut vidibatur in litteris de Lyemde contineri, hereditarie supportavit Godefrido, filio Willelmi van de Zantvoirt, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, hoc tamen salvo quod idem Godefridus ad et supra Hubertum, filium quondam Gerardi Gevartssoen, primum venditorem et promissorem warandie census predicti primam warandiam iuridice prosequitur antequam supra dictum petrum prosequi poterit absque dolo, prout dictus Godefridus recognovit et consentiit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum nona die mensis decembris.

R1270, fol. 218v
9 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante sedecim peters, xviii stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit, hoc tamen salvo quod idem Petrus huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato Godefrido legitime preintimabit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum ix[a] decembris.

R1270, fol. 218v

9 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Theodericus die Lu, filius quondam Willelmi die Lu, promisit ut debitor principalis Adriano, filio quondam Arnoldi die Wolff, quod ipse dabit et solvet eidem Adriano hereditariam pactionem duodecim lopinorum siliginis mensure de Oisterwyck, anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et infra libertatem de Oisterwyck de et ex domo, area et orto cum suis attinentiis dicti Theoderici, sitis infra libertatem predictam iuxta ecclesiam ibidem inter hereditatem Jordani die Greve ex uno et inter cymitherium ecclesie predicte ex alio, tendentibus a via lapidea ad hereditatem investiti dicte ecclesie, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 218v
9 december 1501
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante vigintiquinque et dimidio peters, xviii stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Adrianus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico repromisit, hoc salvo quod idem Theodericus huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni legitime prefato Adriano preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 218v
9 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Adrianus, filius quondam Arnoldi die Wolff, et Wolterus, filius quondam Thome Wouterss., tamquam magistri et rectores pro tempore fabrice ecclesie de Oisterwyck, et eo nomine potentes ad infrascripta vigore certarum litterarum, eis a domino Leodiensis desuper concessarum, ut dicebant, duas libras communiter pagamenti hereditarii census, quas olim Theodoricus die Lu, dehinc Henricus de Uden et depost vero Willelmus de Os dicte fabrice solvere consueverant et tenebantur de et ex certis pratis, sitis in parochia de Oisterwyck, in loco dicto Wippenhout, ut dicebat, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti Willelmi simul cum quibuscumque litteris seu instrumentis ac documentis mentionem inde facientibus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice presentium et futurorum ratam servare, obligationem et impetitionem deponere. Simpliciter notanter recognoverunt insuper se recepisse a dicto Willelmo de Os quascumque summas pecuniarum que dicte fabrice ex causa supportationis pretacte solvendas provenerunt clamans inde quitum.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 218v
9 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Dicti Adrianus et Wolterus nomine quo supra dominas libras communis pagamenti hereditarii census quas olim Theodericus die Lu, dehinc Henricus de Uden, depost vero Godefridus,

filius dicti quondam Theoderici, nunc vero Godefridus, eius filius, dicte fabrice annuatim solvere consueverant et tenentur de et ex certis pratis, sitis in parochia de Oisterwyck in loco dicto In Wippenhout, ut dicebant, hereditarie supportaverunt michi ad opus ultimo dicti Godefridi, filii quondam Godefridi die Lu Dirxss., simul cum quibuscumque litteris, instrumentis et documentis mentionem inde facientibus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice ratam servare, obligationem et impetitionem simul deponere
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 219r
9 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Theodericus, filius quondam Leonii de Penu, medietatem olim ad Henricum, filium quondam Leonii Bontwercker van den Coeveringen, et Aleydem, eius uxorem, relictam quondam quondam *(sic)* Wautgeri, filii quondam Johannis, filii quondam Gerardi dicti de Boerdonck, nunc vero ad ipsum spectantum, in hereditaria pactione sedecim vasorum siliginis mensure de Erpe de medietate hereditarie pactionis octo modiorum siliginis dicte mensure de hereditaria pactione tredecim modiorum siliginis mensure predicte, quam pactionem tredecim modiorum siliginis iamdictam Leonius, filius quondam Johannis dicti de Penu, promiserat se daturum et soluturum Arnoldo Stamelart de Penu, suo fratri, hereditarie Purificationis et in Erpe tradendum ex bonis dictis communiter Lampelair, que fuerant quondam dicti Johannis de Penu, sitis in parochia de Erpe atque ex attinentiis eorundem bonorum singulis et universis quocumque locorum situatis, atque ex quodam prato dicti Leonii, sito in parochia de Beke prope Aerle, in loco dicto communiter Leke, inter hereditatem Johannis dicti van der Santvoirt ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, et quam medietatem primodictam primodictus Theodericus erga Henricum, filium quondam Leonii Bontwercker predictum, tamquam maritum et tutorem legitimum dicte Aleydis, sue uxoris, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Ywano, filio quondam Henrici de Uden, simul cum dictum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 219r
9 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Johannes et Petrus, fratres, et Yda, eorum soror, liberi quondam Johannis, filii quondam Petri Goyartss. van der Heiden, necnon Willelmus, filius quondam Lamberti dicti Berssen, tamquam maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Petri Goyartss., peciam terre sitam in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti van den Borne, Petri die Best, Michaelis dicti van den Vloet et Willelmi dicti Ghybensoen ex alio; item peciam terre sitam ibidem, ad locum dictum In gheen Reke, inter hereditatem Arnoldi Ghyben et quorundam aliorum vicinorum ibidem ex uno et inter hereditatem Geerlaci dicti van den Borne ex alio, de premissis tamen dempta, et Andree, filii Christiani Hellinx, reservata quadam particula terre supportata de pecia terre primodicta, hereditarie supportasset magistro Petro de Os ad opus dicti Andree, filii quondam Christiani Hellinx, prout in litteris, et deinde Johannes, filius Johannis Roggen, in absentia dicti Andree dictas supportatas pecias terre per modum redemptionis e iure proximitatis obtinuisset, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius Johannis

Roggen, dictas pecias terre dempta tamen supradicta particula terre, ut premittitur, hereditarie supportavit Aleydi, relicte quondam Henrici de Aerle, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 219r-v
9 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Johanna, filia quondam Johannis Matheeuss. van der Heyden, ab eodem, et quondam Hadewigis, sua uxore, pariter genita, pro se ipsa et pro Elisabeth et Aleyde, suis sororibus, filiabus dictorum quondam Johannis et Hadewigis, in presentia de expressis consensu et voluntate Ghysberti, filii dicti quondam Mathei van der Heyden, avunculi dicte Johannne ex parte patris necnon Lamberti, filii quondam Jacobi de Berlykum, avunculi vero eiusdem Johanne et suarum sororum, ex parte matris cum tutore medietatem pecia terre arabilis quatuor lopinatas terre vel circiter continente, site in parochia de Berlykem, ad locum dictum Belver, in agris dictis die Gemeyn Westeracker, inter hereditatem magistri Henrici Ghyzels ex utroque latere, tendente a communi quadam communi via ad pratum infrascriptum, dictum den Stocbeempt; item medietatem eiusdem prati den Stockbeempt vocati, siti ibidem inter hereditatem domini Johannis de Gerwen, presbiteri, ex uno et inter hereditatem dicti domini Johannis de Gerwen et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendente a quadam via dicta enen vaerwech ibidem ad hereditatem heredum quondam Willelmi de Poppel; item adhuc medietatem cuiusdam alterius prati, dicti die Hoelryt, siti ibidem inter hereditatem Rodolphi dicti Jan Keelbrekerss. ex uno et inter hereditatem abbatis de Berna et Theoderici Pontenyers ex alio, tendente ab hereditate Huberti Hals ad hereditatem dicti abbatis; item adhuc peciam terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continente, sitam ibidem inter hereditatem magistri Henrici Ghyzels ex uno et inter hereditatem abbatis de Berna predicti ex alio, tendente ab hereditate domini Johannis de Nouwen, presbiteri, ad quandam communem viam ibidem, necnon adhuc peciam terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam ibidem inter hereditatem Nycolai dicti Coel Wouterss. ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Johannis Wautgerss., ex alio, tendente ab hereditate dicti Nycolai dicti Coel Wouterss. ad communem viam ibidem, simul cum toto iure sibi et dictis suis sororibus quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, dedit ad hereditarium censum Arnoldo, filio quondam Johannis dicti Sheren, ab eodem hereditarie iure habendum et possidendum pro duas libra communis pagamenti hereditarii census annuatim exinde e iure per prius solvendas atque pro hereditario censu duarum et dimidie librarum monete dando et solvendo dictis Johanne, Elisabeth et Aleidi ab alio hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum ex premissis, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dictarum Elisabeth et Aleidis, suarum sororum, necnon ex parte dictorum quondam Johannis, sui patris, et Hadewigis, sue matris, ac suarum heredum deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dictis Johanne, Elisabeth et Aleidi dictum censum duarum et dimidie librarum monete predicte hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum IX[a] decembris.

R1270, fol. 219v
4 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Aleidis, filia quondam Johannis Matheeuss. van der Heyden, in absentia dicti Arnoldi Sheren prebuit ad redimendum, et obtinuit.
Testes Hynden et Toelinc, datum quarta ianuarii.

R1270, fol. 219v-220r
10 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Andries, filius quondam Godefridi Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnete, sue uxoris, filie quondam Rutgeri Peterss. unum bonarium terre, situm in parochia de Berlykem in loco dicto Int Leynsbroeck, inter hereditatem heredum quondam Johannis Colen ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Reyneri Kersmakers, ex alio, tendente ab hereditate Goeswini Keelbrekers ad hereditatem Mechtildis, relicte quondam Gerardi Geritss., prout et quemadmodum dictum bonarium terre ibidem situm est et ad dictum Andream pertinere dinoscitur, hereditarie vendidit dicto Petro, filio quondam Reyneri, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem, excepta septima parte dimidie libre communis pagamenti et unius denarii, alde grooten vocati, census fundi annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat.
Testes Hynden et Toelinck, datum X^{a} decembris.

R1270, fol. 220r
13 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Magister Henricus Maes, presbiter, tamquam rector altaris venerabilis sacramenti, siti in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, dedit Jacobo de fine potestatem monendi census, pactiones, redditus dicti altari usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XIII^{a} decembris.

R1270, fol. 220r
13 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Maria, relicta quondam Johannis, filii quondam Johannis de Breyel de Ruermundis, filia naturalis quondam Willelmi, filii naturalis quondam Willelmi Svolres de Gemart, cum tutore, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex uno bonario prati dicti Dasschot, sito in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Udenhout, inter hereditatem Willelmi van den Hezeacker et liberorum quondam Wolteri Berthoutz. et Hille Hacken et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Gerardi Bey ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes, filius quondam Johannis de Breyel de Ruermunde, erga dictum Willelmum, filium naturalem quondam Willelmi Svolres acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo Reynerssoen et Willelmo de Os, filio quondam Theoderici de Hees alias de Os, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Amelii Scheversteyn alias dicti Specyers ad opus eiusdem executionis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 220r
13 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod, cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnoldus et Willelmus de Os, confratres gilde seu confraternitatis beate Katharine virginis et martiris in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis et eo nomine tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Amelii promiserunt dicte Marie ad opus sui et ad opus Elisabeth, relicte dicti quondam Willelmi, filii naturalis quondam Willelmi Svolres, quod ipse dabunt et solvent dicte Marie quamdiu ipsa in humanis vixerit et post eiusdem Marie decessum dicte Elisabeth, si supervixerit, annuam et vitalem pactionem dimidii modii siliginis dicte mensure anno quolibet ad vitam dictarum Marie et Elisabeth ambarum et non ultra Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradent et deliberabunt de et ex omnibus et singulis bonis ad dictam eorum executionem spectantibus. Promiserunt insuper sub obligatione eorundem bonorum eiusdem executionis warandiam et satisfacere, tali conditione annexa et premissa adiecta in casu quo dicti executores primodictam hereditariam pactionem dimidii modii siliginis via iuris annuatim acquitare non poterint, quod extunc et eo casu ipsi a solutione dicte vitalis pactionis erunt quiti et exonerati, absque dolo et fraude prout dicta Maria hoc palam recognovit et consentiit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 220v
14 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Wolterus, filius quondam Henrici van der Rullen, annuum et hereditarium redditum decem aureoum florenorum overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabantie vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, quem redditum predictum dictus Wolterus erga opidum de Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis plenius continetur, hereditarie supportavit magistro Henrico die Bye simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XIIII^{ta} decembris.

R1270, fol. 220v
14 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Henricus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Wolthero van der Rullen repromisit quod ipse eundem Wolterum et eius bona ab omnibus dampnis et molestationibus que sibi ex causa premissorum et supportationis pretacte imposterum quovismodo evenire poterint, quitabit, relevabit et penitus indempnes observabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 220v
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Nicolai dicti In den Armenjack, ab eodem quondam Ny.

R1270, fol. 220v
14 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Nycolai, filii quondam Willelmi dicti In den Armenjack, et Arnoldus, filius quondam Lamberti Willemss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filie quondam Boudewini dicti de Buchoven, ab eodem quondam Boudewino et quondam Elisabeth, sue uxore, filie dicti quondam Willelmi In den Armenjack, peciam terre dimidiam modiatam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Danielis dicti Ansems ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi dicti Watermaels, et eius liberorum ex alio et fine uno, de quaquidem pecia terre predicta Heymericus, filius quondam Johannis dicti Mercelis Delyensoen, unam medietatem erga Reynerum, filium quondam Johannis Reyntkenssoen, et reliquam medietatem erga Gerardum dictum Corf, filium quondam Gerardi dicti Arntssoen, dudum acquisierat, prout in diversis litteris, et que integra pecia terre predicta dictis Johanni et Arnoldo, tamquam marito dicte Willelme, sue uxoris, per et post mortem quondam Katharine eorum avie, relicte, per prius dicti quondam Willelmi In den Armenjack, eius prius mariti, et depost relicte dicti quondam Heymerici, eius dum vixerat secundi mariti, iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Willelmo, filio quondam Johannis van den Colck et Elisabeth, relicte quondam Thome Sleeuwen Dirxss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Willelme necnon ex parte dictorum quondam Heymerici et Katharine, sue uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 220v-221r
14 december 1501
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Arnoldus promiserunt super omnia et habenda dictis Willelmo et Elisabeth in casu quo dicta pecia terre per aliquem, qui vero fuerit de sanguine dictorum supportancium, e iure proximitatis infra annum proxime futuro redimeretur, quod tunc adstatim huiusmodi redemptione facta iidem supportantes dabunt et persolvent ac dare et persolvere tenebuntur dictis Willelmo et Elisabeth summam decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, absque contradictione.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 221r
16 december 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Johannes Geritssoen, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Heyn Roefssoen, pro se ipso et pro Gerardo, filio Johannis et quondam Elisabeth predictorum, necnon Bernardus dictus Henricxsoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Heyn Roefssoen, domum, domistadium et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, sitos in parochia de Vechele, ad locum dictum

Davelaer, inter communem viam ex uno et inter hereditatem Frederici Henricxsoen ex alio, qui domus, domistadium, ortus et hereditates predicti unacum uno vase siliginis hereditarie pactionis, supradictis Johanni Geritss., Gerardo, suo filio, ac Katharine predicte mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos coheredes dudum habita in partem cesserant, ut videbatur in litteris de Vechel contineri, hereditarie supportaverunt Gerardo, filio quondam Rodolphi dicti Roeff Geritss., simul cum dictum litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda, videlicet dictus Johannes pro se et dicto suo filio et dictus Bernardus pro se et dicta Katharina, sua uxore, ac suis liberoris, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Katharine deponere. Promisit insuper dictus Johannes sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte dicti Gerardi, sui filii, deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet onere conservandi certam quotam cuiusdam muniminis ibidem dicti lantweren ad premisse e iure conservandam spectantis necnon duobus denariis Vleems communiter vocatis census fundi atque quatuordecim libris communis pagamenti hereditarii census, diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, que *(?)* duos Vleems et quatuordecim libras hereditarii census predictos dictus Gerardus Roefs unacum arrestadiis novem annorum ultimo preteritorum, si que fuerint. et exnunc in antea dabit, solvet et adimplebit necnon dare et solvere ac implere tenebitur sic et taliter quod dictis Johanni, Gerardo, suo filio, Bernardo ac Katharine, sue uxori, et suis coheredibus exinde dampna non eveniant quovismodo in futuro, prout dictus Gerardus Roefs hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni, Gerardo, suo filio, Bernardo et Katharine, sue uxori, repromisit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVI^{ta} decembris.

R1270, fol. 221r
9 juni 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Roefss. prebuit ad redimendum premissa in absentia dicti Gerardi, filii quondam Rodolphi dicti Roefs Geritss., et optinuit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum IX^{a} juni.

R1270, fol. 221r
16 december 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Henricus, filius quondam Henrici, filii quondam Willelmi Voss, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Bartholomei van Dryemylen, hereditariam pactionem decem lopinorum siliginis mensure de Oirschot, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et in Oirschot tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Oirschot predicta, in pastoria van den Kerchove, inter hereditatem Joirdani die Hoppenbrouwer ex uno et inter hereditatem Augustini dicti Mengelen ex alio, tendentibus cum utrisque finibus ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 221r
16 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Johannes, filius quondam Johannis die Weyer, promisit super omnia et habenda michi ad opus conventus Sororum Regularissarum opten Wyntmoelenberch in Buscoducis duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 221v
16 december 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti duobus peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVI^{ta} decembris.

R1270, fol. 221v
20 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Bertha, filia quondam Henrici van der Doert alias Kemerlinx, dedit Willelmo, filio quondam Michaelis dicti Scremers, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Hynden et Toelinc, datum XX^{ta} decembris.

R1270, fol. 221v
20 december 1501
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Reymboldus, filius quondam Theoderici Kepkenss., quendam campum terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, situm in parochia de Maren iuxta quendam campum ibidem dictum Moelscamp ad finem eiusdem campi, inter hereditatem olim Bartholdi Back ex uno et inter hereditatem conventus sororum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, ex alio, tendentem ab dicto campo, Moelsamp vocato, ad quendam alium campum, Bartramscamp vocatum; item adhuc quendam campum terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, situm in dicta parochia, ad locum dictum Tusschen die Deelen, inter hereditatem heredum quondam Godefridi Scilders ex uno et inter hereditatem Henrici Merceliss. et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendentem ab hereditate Johannis de Lytt, pellificis, ad quandam communem stegam ibidem, dictam die Deelsteghe, prout dicti duo campi terre ibidem siti sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit mihi ad opus Theoderici, filii dicti Reymboldi, scolaris seu studentis pro tempore alme universitatis Lovaniensis ad studium seu scolas suas cum eisdem prosequendi, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientem, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali conditione annexa quod dictus Theodericus in communi divisione imposterum post obitum dicti sui patris et matris fienda de bonis eorundem suorum parentum importabit et importare tenebitur dictos duos campos aut valorem eorundem aut saltem quovis suorum fratrum et sorum tantum prelevabit de premissis antequam idem Theodericus condividere poterit bona suorum parentum pretacta atque quod ipse dictos campos vita eorundem suorum parentium durante non obligabit, alienabit nec alicui supportavit quovismodo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 221v-222r
Deze akte is onvolledig

Magister Henricus, filius quondam Ghiselberti dicti Ghyzels, vinitoris, hereditarie vendidit Johanni Crabbout Henricxss. hereditarium censum decem et septem librarum monete, videlicet computando septem novos stuvers pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro qualibet huiusmodi librarum, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, ultra pontem dictum die Zwengelbrugge, inter hereditatem Nycolai de Goch ex uno et inter hereditatem Johannis Pels Gysbrechtss. ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamense retrorsum usque ad communem aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus Johannes, emptor, dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue simul una pariter cum et mediante centum et duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem iusti ponderis dictos gouden Rijnsgulden, gerechte van gewichte, pro viginti octo stuferos, florenum dictum nyewe Philippusgulden, gerechte van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc.

R1270, fol. 222r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Magister Henricus, filius quondam Ghiselberti dicti Ghyzels, vinitoris, hereditarie vendidit Johanni Crabbout Henricxsoen hereditarium censum decem et septem librarum monete, videlicet computando septem novos stuvers pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro qualibus huiusmodi librarum, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, ultra pontem dictum die Zwengelbrugge, inter hereditatem Nycolai de Goch ex uno et inter hereditatem Johannis Pels Gysbrechtss. ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamense retrorsum usque ad communem aquam ibidem retro currentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda, warandiam et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 222r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere ad spacium septem annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente semper dicto spacio durante cum centum et duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses iusti ponderis, dictos enckel gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferos, aureos novos florenos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis,

denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatam secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 222r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et tenebitur dictus venditor dictum censum redimere infra spacium septem annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio subsequente inquantum dicto emptori placuerit cum et mediante centum et duobus consimilibus florenis Renensibus in moneta et pecunia ut iam supra et cum censu anni redemptione et arrestadiis, prout dictus venditor recognovit et super omnia et habenda dicto emptori adhuc promisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 222r-v
16 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Johannes Geritssoen, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Heyn Roefssoen, pro se ipso et Gerardo, suo filio, necnon Bernardus Henricxsoen, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharina, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Heym Roefssoen, domum, domistadium et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, sitos in parochia de Vechel, ad locum dictum Davelair, inter communem viam ex uno et inter hereditatem Frederici Henricxsoen ex alio, hereditarie supportassent Gerardo, filio quondam Rodolphi dicti Roefs Geritssoen, promississent que super omnia et habenda divisi videlicet dictus Johannes pro se et Gerardo, suo filio, et dictus Bernardus, pro se et sua uxore, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum Gerardi et Katharine deponere, exceptis oneribus infrascriptis videlicet onere conservandi certam quotam cuiusdam muniminis, dicti lantweren, ibidem ad premissa e iure conservandi necnon duobus denarii Vleems communiter vocati, census fundi atque quatuordecim libras communis pagamenti hereditarii census annuatim exinde e iure solvendas, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus Roefs premissa hereditarie supportavit Ode, filie Anthonii Delissoen uxorisque legitime Johannis, filii quondam Johannis Machariis, ad opus sui et ad opus eiusdem Johannis, sui mariti, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus recognitione et repromissione in dictis litteris contentis, quas onera, recognitiones et repromissionem pretactas dicti Oda et Johannes, eius maritus, solvent et adimplebunt sic et taliter quod dicto Gerardo dampna exinde non eveniant in futuro, prout dicta Oda pro se et dicto Johanne, suo marito, hoc palam recognovit et consentiit.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XVI^{ta} decembris.

R1270, fol. 222v
16 december 1501
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Johannes Geritss. et Bernardus Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Heyn Roefssoen, palam recognovissent se ad opus eorum et ad opus Gerardi, filii quondam Rodolphi

Roefssoen, sub certa sua custodia tenere et habere quandam litteram scabinalem de Vechel mentionantem de domo, domistadio, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parrochia de Vechel, ad locum dictum Aent Davelaer, sic incipientem ‘Wij Amelis van Bynderen, Willem Goyarts, Arnt Loyen, Willem Gerits, Rutger Aelbrechs, Jan Landmeter ende Henric Heyman, scepenen in Vechel, doen condt enenyegelycken dat voir ons comen zyn Korsten, zoen wilneer Arnt Heyn Roefssoen, geloevende voir Arnden, zynen brueder,’ etc. et sic finientem ‘bezegelt meeten *(sic)* gemeynen zegel ons scependoms van Vechel, gegeven viertien daigen in merte int jair ons Heren duysent vierhonderttachtentichendeacht’, promisissetque dicti Johannes et Bernardus super omnia et habenda dicto Gerardo quod ipse supradictam litteram eidem Gerardo traderent, porrigerent et concederent sanas et integras tociens quociens ipse eisdem litteris indigeret ad ius suum prosequendi et opus suum perficiendi sub certa tamen conditione inibi contenta, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus supradictas recognitionem et repromissionem sibi, ut premittitur, factas, hereditarie supportavit dicte Ode ad opus sui et ad opus dicti Johannis Machariis, sui mariti, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 222v-223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Hector dictus Buck, filius naturalis quondam Ludolphi dicti Buck, tria iugera terre, sita in parochia de Littoyen in loco dicto die gemeynt, atque tria iugera terre, sita in Maren, et domistadium, situm ibidem, hereditarie supportasset magistro Arnoldo de Weilhusen, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam magistri Arnoldi de Weilhusen, filii dicti quondam magistri Arnoldi de Weilhusen, primodicta tria iugera terre in Littoyen sita, minus tamen uno hont terre vel circiter, hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Petri de Maren, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et primodicti quondam Arnoldi de Weillusen, eius avi necnon secundodicti magistri Arnoldi, eius patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Lambertus Bogart et Franciscus Toelinc, datum decima septima die mensis decembris anno Domini millesimo quingentesimo primo.

R1270, fol. 223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dicto Henrico quinquaginta novem et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda Arnoldo, filio naturali dicti quondam magistri Arnoldi junioris, quinquaginta tres consimiles florenos Renenses a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Henricus de Weilhusen super hereditaria~~m~~ pactione~~m~~ unius maldri siliginis mensure de Buscoducis, quam dictus quondam magister Arnoldus in vita sua annuatim et hereditarie solvenda habuit in Oistelberse de et ex certis contrapignoribus ibidem situatis et quam pactionem idem magister Arnoldus in suo testamento inter cetera inibi contenta Arnoldo, suo filio naturali, legaverat et relinquerat, ut dicebat, atque super toto iure ad opus eiusdem Arnoldi naturalis hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Arnoldus, filius naturalis quondam magistri Arnoldi de Weilhusen, palam recognovit sibi plenariam forefactam assignationem per Henricum, filium legitimum eiusdem magistri Arnoldi, suum fratrem, de singulis huiusmodi legatis que dictus quondam magister Arnoldus eidem Arnoldo, suo filio naturali, in suo testamenti fecerat et legaverat, ut dicebat, clamans igitur dictus Arnoldus naturalis domini Henricum, suum fratrem, et eius bona de premissis quitum, promittens super omnia et habenda ratam servare et non contravenire absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223r
17 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Gerardus de Heessel dedit Ghiselberto Hoppenbrouwer potestatem monendi omnes suos census, redditus, pactiones, credita necnon omnes et singulos census, redditus et pactiones quondam Petri de Zittart, in quibus Adriana, relicta eiusdem quondam Petri, nunc vero uxoris Gerardi predicti, suum possidet usufructum et in parrochiis de Oirle, Eerssel, Bercheyck, Buedel mentionandos aut alibi sitos, solvendos ac reperiendia usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223r-v
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Johannis Geritssoen, hereditarie vendidit Franconi, filio quondam Arnoldi Dircxss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradendam de et ex medietate ad ipsum, ut

dicebat, spectantem in pecia terre pascualis, sex quinque mensuras, dictas gheerden, terre in latitudine vel circiter continente, sita in parochia de Waelwyck, inter hereditatem Wolteri Ghysbertss. ex uno et inter hereditatem Wolteri Jan Geritss. ex alio, tendente a quodam via, dicta den Hoygrave, ad quoddam fossatum, dictum dwerssloet, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVIII[a] decembris.

R1270, fol. 223v
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante quadragintaduobus denariis, scilde communiter vocatis, quatuordecim denarios, stuvers communiter vocatos vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223v
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Arnoldus dictus de Eyndhouts promisit super omnia et habenda Johanni dicto Wyfflet Barthoutss. septem florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum; item adhuc septem consimiles florenos Renenses ac centum consimiles florenos a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223v
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Theodericus Noot promisit super omnia et habenda Danieli de Vlyerden Danelss. viginti florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, ad Letare Jherusalem proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 223v-224r
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Ghiselbertus, filius quondam Heymerici dicti Huysmans, domum et aream, sitam in Buscoducis in vico Orthensi, inter hereditatem heredum quondam Henrici de Dommelen ex uno et inter quandam viam ad heredes quondam Arnoldi Hoernken spectantes ex alio; item hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie ex domo et area predicta, hereditarie supportasset Bartramo, filio quondam Johannis dicti Bartrams, cumque dictus Bartramus medietatem dicte domus et aree, videlicet illam medietatem que sita est contigue iuxta dictam viam, prout dicta medietas ibidem sita est et

palata, simul cum parietibus lapideis ac aliis intersticialibus, dictam domum ac domum posteriorem eiusdem area dividentibus et cum medietate circumsepti, dicti gelijnt, in medio orti eiusdem area consistentibus, hereditarie supportasset Henrico, filio quondam Wolteri dicti Hermanssoen, den spelmeker, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes et Willelmus, fratres, et Yda, eorum soror, liberi dicti quondam Henrici, filii quondam Wolteri Hermanss., cum tutore dictam medietatem domus et area predicte simul cum singulis suis attinentiis, que quidem medietas cum suis attinentiis pronunc una domus, area et ortus esse dinoscuntur et siti sunt ibidem inter hereditatem Petri, filii quondam Wolteri sHeren, ex uno et inter hereditatem Johannis Monix Willemss. ex alio et tendente a dicto vico Orthensi retrorsum usque ad aquam ibidem retro currentem, prout iam premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Adriano, filio quondam Johannis Gysbrechtss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Henrici, eorum patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis hereditariis censibus octo et sex librarum monete diversis personis annuatim exinde e iure solvendis. Promiserunt insuper indivisi cum tutore sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex premissis domo, area et orto, dicto Adriano, ut premittitur, supportatis, plus fore solvendum quam census fundi, hereditariis *(sic)* census sex librarum monete atque dicti hereditarii census octo et sex librarum eiusdem monete diversis personis annuatim et iure solvendum, hoc plus dicti Johannes, Willelmus et Yda prefato Adriano penitus deponent.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 224r
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Adrianus promisit super omnia et habenda dictis Johanni, Willelmo et Yde quadragintaduos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 224r
18 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Adrianus, filius quondam Johannis Gysbrechtssoen, palam recognovit et super omnia et habenda Johanni et Willelmo, fratribus, et Yde, eorum sororum, liberis quondam Henrici, filii quondam Wolteri Hermanss, promiserunt in casu quo ipse Adrianus huiusmodi hereditarios census octo et sex librarum monete, solvendos hereditarie ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Orthensi, hodierna die supportatis dicto Adriano a Johanni, Willelmo et Yda predictis, postmodum virtute seu auctoritate cuiusdam ordinationis pridem facte et ordinate per tria membra opidi de Buscoducis et dehinc per ducem confirmate seu alias, quovismodo redemerit seu acquitaverit et hoc cum minori precio pro qualibet dictarum librarum dando et solvendo quam cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, quod extunc idem Adrianus de illo residuo seu supercrescente, scilicet quamlibet libram ad septem peters dandam defalcationis expensis litteris desuper facientem facientibus prefatis Johanni, Willelmo et Yde realiter refundetur et refundere tenebitur absque dolo vulgariter dicendo indien hy Adriaen elck pont voirs. met min afquete dan met seven peters voirs., dat dat meer ende supercrescent

als van elcken pont tot elcken seven peters den voirs. Jannen, Willemen ende Yden dyenen sal sonder fraude.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 224r
20 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Petrus, filius quondam Willelmi dicti Ceelenss., promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Petri die Heelt, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Willelmi Ceelen, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni ad spacium sex annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequentium quamlibet dictorum annorum dimidium modium siliginis mensure de Buscoducis Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in parrochia de Helvoert iuxta ecclesiam ibidem tradet et in ultimo termino dictorum annorum adhuc decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum XX^{a} decembris.

R1270, fol. 224v
20 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Jordanus, filius quondam Johanni Lemmens, peciam terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Roesmalen inter hereditatem domus leprosorum dicte Ter Eyendonc, site in Hyntham, ex uno et inter hereditatem Marine, relicte quondam Gerit Janss., et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate dicte domus leprosorum ad quendam aggerem ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Arnoldi van der Wyst, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum XX^{a} decembris.

R1270, fol. 224v
20 december 1501
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Lodovicus Ghysbrechtssoen promisit ut debitor principalis michi ad opus Johannis de Berkel, filii quondam Johannis, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni ad spacium octo annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequentium quolibet dictorum annorum viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum occasione locationis octo iugerum terre vel circiter, dicta Roempotscamp, sita in parochia de Maren, ad locum dictum Palleren, tali conditione annexa quod dictus Lodovicus dictas hereditates interim conservabit de sluysis, fossatis et ab omnibus operibus infra terram situatam, demptis novis, et quod consimiliter conservabit omnes aggeres ad premissa spectantes sic et taliter quod ad et supradictum Johanni et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, excepto quod si dicto aggeres defectuosi effecti? fuerint quod dicitur wadich, quam hoc dictus Lodovicus minime obligabitur, hoc tamen salvo quod dicta locatio ad finem quatuor primorum annorum ad voluntate alterius partium exspirabit, hoc salvo quod id alter alteri Martini hyemalis eotunc abante preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 224v-225r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Adrianus, filius quondam Aelberti dicti Sceenkenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Judoce, sue uxore, filie quondam Johannis, filii quondam Henrici dicti Danelss. de Voerne, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in vico Orthensi, inter hereditatem liberorum quondam Godefridi dicti Keymp ex uno et inter hereditatem Rodolphi dicti die Molneer ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Johannes, filius quondam Henrici Danelss., simul cum certis censibus prius venditoris seu promissis et depost acquitatis erga Johannem dictum de Vladeracken, filium quondam Mathie, dudum acquisierat et de quibus domo, area et orto predictis dictus Adrianus duos tercias partes erga Henricum, filium dicti quondam Johannis, filii quondam Henrici Danelss., et Hugonem Dircxss., maritum et tutorem legitimum Mechtildis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, depost acquisierat, prout in diversis litteris, simul cum dictis litteris, aliis et iure, dedit ad hereditarium censum Ghiselberto, filio quondam Sanderi dicti die Bye, ab eodem hereditario iure habendum et possidendum pro censu fundi domino nostro duci, hereditario censu viginti solidorum monete conventui de Berna, hereditario censu quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, sororibus tercie regule Sancti Francisci commorantibus in Buscoducis, retro locum dictum die Tolbrugge, atque vitali pensione quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, ad vitam Lamberti, filii quondam Lamberti Meliss., per pridem annuatim et iure solvendo, ut dicebat, dandum et solvendum ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu duodecim librarum monete, dando et solvendo sibi ab alio Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis terminis a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum ex premissis, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Judoce, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Johannis et suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam onera pretacta, hoc plus dictus Adrianus prefato Ghiselberto penitus deponet. Quo facto dictus Ghiselbertus repromisit se daturum et soluturum dicto Adriano dictum hereditarium censum duodecim librarum monete predicte anno quolibet hereditarie per termino solutionis predicto de et ex premissis. Promisit insuper idem Giselbertus super omnia et habenda warandiam et satisfacere atque quod ipse dictum hereditarium censum quatuor florenorum Renensium et dictam vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro extunc deinceps perpetue dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Adriano ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Bogart et Toelinc, datum XX^{da} decembris.

R1270, fol. 225r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit dictum censum duodecim librarum redimere durante vita dicti Adriani dum sibi placuerit et inquantum Judoca, uxor eiusdem Adriani, eundem Adrianum supervixerit, et ipse eandem redemptionem in vita eiusdem Adriani minime fecerit, quod tunc eandem non poterit facere nisi post mortem dicte Judoce et tunc semper quamlibet videlicet librarum cum septem peters XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Adrianus hoc palam recognovit et super

omnia et habenda dicto Ghiselberto repromisit, hoc tamen salvo quod idem Ghiselbertus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Adriano legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 225r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Ghiselbertus promisit super omnia et habenda dicto Adriano quadraginta duos consimiles peters Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 225r
20 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Bernardus Janss. de Overmeer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Petri dicti Reeuwe, quartam partem cuiusdam mansi olim quondam Theoderici Steenwech, depost eius heredum, siti partim in parrochia de Helvoirt, ad locum dictum Dystelberch, et partim in parrochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, necnon iurium et attinentiarium eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum in dictis parrochiis situatis, que quidem quarta pars premissorum dicto Bernardo, tamquam marito et tutori dicte Geertrudis, sue uxoris, per et post quondam Goeswini, filii dicti quondam Theoderici Steenwech, iure succesione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Johannis Daemss., simul cum toto iure sibi et dictis sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Geertrudis, sue uxoris, deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 225v
23 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Petri dicti Reeuwe, quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam manso, sito, olim quondam Theoderici Steenwech, de hinc vero Goeswini et Petri, suorum liberorum, sito partim in parrochia de Helvoert, ad locum dictum den Dystelberch, et partim in parrochia de Vucht, ad locum dictum Cromvoirt, atque in iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum in dictis parrochiis reperiendis, que quarta pars premissorum dicto Henrico per et post mortem dictorum quondam Goeswini et Petri iure successione hereditarie seu alias quovismodo advoluta est simul cum quarta parte bestiarum supra dictum mansum existente, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Reynero, filio quondam Johannes Daemss., simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Bogart, datum XXIII^{a} decembris.

R1270, fol. 225v
23 december 1501

Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Dictus Henricus quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto olim dicti Goeswini et Petri, fratrum, liberorum quondam Theoderici Steenwech, sitis in Buscoducis in vico Sancti Georgii inter hereditatem fabrice capelle Sancti Georgii ibidem ex uno et inter hereditatem liberorum Johannis Snoecx ex alio, que quarta pars premissorum dicto Henrico per et post mortem dictorum quondam Goeswini et Petri, fratrum, iure successione hereditarie seu alias quovismodo advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Reynero simul cum toto iure ut supra, promittens per totum ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 225v
23 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Gerardus dictus Poynenborch, filius quondam Petri Poynenborch, promisit ut debitor principalis Theoderico dicto van den Waude, filio Theoderici van den Waude, quod ipse dabit et solvet eidem primodicto Theoderico hereditarium censum trium et dimidie librarum monete anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro et sic deinceps de et ex duabus domibus, areis et orto sibi mutuo adiacentibus dicti Gerardi, sitis in parrochia de Oisterwyck retro tyleam ibidem, inter hereditatem Godefridi dicti Buckinx ex uno et inter hereditatem Johannis Geritss., fabri, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Adriani de Vyanen; item ex pecia terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continente, dicti Gerardi, sita ibidem inter hereditatem Johannis Wijnts ex uno et inter hereditatem Werneri Janss. ex alio, tendente ab hereditate Nycolai dicti Heyen ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Hezeacker et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 225v-226r
23 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Et poterit redimere ad spacium quatuor annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequentium semper dicto spacio durante cum et mediante decem et octo florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 226r
23 december 1501
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Godefridi Willemss., Johannes, filius quondam Henrici van den Steen, Hubertus, filius quondam Petri Huybenss., Arnoldus dictus Goyartss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Aleydi, relicte quondam Henrici de Aerle, vigintiquatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 226r
23 december 1501
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Tyelmannus, filius quondam Petri Reeuwe, quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam manso, olim quondam Theoderici dictus Steenwech, de hinc vero ~~dictus~~ Goeswini et Petri, suorum liberorum, sito partim in parochia de Helvoert, ad locum dictum den Dystelberch, et partim in parochia de Vucht, ad locum dictum Cromvoirt, atque in iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum in dictis parrochiis reperiendis simul eciam in bestiis supra dictum mansum existentibus, ut dicebat, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Johannis Daemss., simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 226r
23 december 1501
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Tyelmannus quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto, olim Goeswini et Petri, fratrum, liberorum quondam Theoderici Steenwechs, sitis in Buscoducis in vico Sancti Georgii inter hereditatem fabrice capelle Sancti Georgii ibidem ex uno et inter hereditatem liberorum Johannis Snoecx ex alio, quem quarta pars premissorum dicto Tyelmanno per et post mortem dictorum quondam Goeswini et Petri, fratrum, iure successionis seu alias quovismodo advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Reynero simul cum toto iure promittens per totum, ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 226r
23 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Margareta, relicta quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Geritss. de Vladeracken, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quatuor iugeribus, sitis in parrochia de Nuwelant, ad locum dictum Op Hoech Nuwelant, inter hereditatem Belye dicte de Brede et suorum heredum ex uno et inter hereditatem Jacobi, filii Johannis Jacopssoen, cum quibusdam aliis ex alio, tendentibus a quodam aggere dicto den hoofdyck ad communem plateam ibidem, ut dicebat, legitime supportavit domino Thome, presbitero, Arnoldo et Johanni, fratribus, liberis Margareta et quondam Johannis predictorum et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 226r – 226v
23 december 1501
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti dominus Thomas, presbiter, Arnoldus et Johannes, fratres, dicta quatuor iugera terre, prout ibidem, sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendiderunt michi ad opus presbiterorum et

clericorum domus Sancti Gregorii, site in Buscoducis in vico Hynthamensi ultra pontem Geerlaci, ibidem ab eadem, promittentes et cum eis dicta Margareta, eorum mater, cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis, aqueductibus et circumspectionibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservando spectantibus, necnon hereditario censu quinque librarum monete Bonifantinis in dicto vico Hynthamensi commorantibus atque hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis pauperibus in Roesmalen annuatim exinde e iure solvendis, quos census et pactiones predictos dicta domus presbiterorum et clericorum elapso Purificationis proxime futuro extunc deinceps dabit et solvet necnon dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis venditoribus ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dominus Johannes de Brede, prior pro tempore dicte domus, hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem domus prefato venditoribus repromisit.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXIII[a] decembris.

R1270, fol. 226v
20 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Johannes, filius Robberti de Veen, relictus quondam Gertrudis, sue uxoris, filie quondam Amelii Dircx, ab eodem quondam Amelio et quondam Adriana, sua uxore, filia quondam Arnoldi dicti Boem, filii quondam Johannis, pariter genite, usufructum ac totum ius hereditarium sibi competentem in uno modio siliginis hereditarie pactionis, solvendi hereditarie Andree apostoli de sex virgatis, dictis gheerden, terre, sita in banno de Druenen iuxta hereditatem Johannis dicti de Doerne cum uno et iuxta hereditatem Arnoldi dicti Beys cum alio, quem modium siliginis hereditarie pactionis predictum dictus Arnoldus Boem erga Henricum die Hoesch acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci domus Sancte Katharine, site infra opidum de Huesden, simul cum dictis litteris, aliis et iure et cum omnibus arrestadiis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XX[a] januarii.

R1270, fol. 226v
20 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Petrus et Mercelius, fratres, liberi quondam Johannis Snoecx, ab eodem quondam Johanne et quondam Heilwige, eius uxore, filia quondam Petri dicti Reeuwe, pariter geniti, pro se ipsis et pro Seynsa, eorum sorore, filia dictorum quondam Johannis Snoecx et Heilwigis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Henrici dicti van den Perre necnon Ghiselberti Toelinc Dircxss., tamquam suorum mamburnorum ab eis electorum, ut dicebat, quartam partem cuiusdam mansi, olim Theoderici Steenwechz, depost vero suorum liberorum, siti partim in parrochia de Helvoert, ad locum dictum Dystelberch, et partim in parrochia de Vucht, ad locum dictum Cromvoirt, atque quartam partem quarumcumque attinentium et iurium necnon bestiarum ad dictum mansum spectantium et supra eundem existentium quocumque locorum consistentium, situm et reperiendium, prout Goeswinus, filius dicti Theoderici Steenwechz, in eisdem decessit et ipsis per et post mortem eiusdem quondam Goeswini iure successione hereditarie seu alias advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Reynero, filio quondam Johannis Daemss., simul cum toto iure ipsis in premissis et quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus quovismodo competente et effestucando,

promittentes pro se ipsis et dicta Seynsa in presentia et consensu ut supra indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Seynse deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 227r
20 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicti Petrus et Mercelius pro se et dicta Seynsa in presentia et consensu ut supra quartam partem domus, aree et orti, situm in Buscoducis in vico Sancti Georgii inter hereditatem fabrice capelle Sancti Georgii ibidem ex uno et inter hereditatem reliquam dictorum Petri, Mercelii et Seynse ex alio, prout eadem quarta pars ipsis per et post mortem quondam Goeswini dicti Steenwechz iure successione hereditarie seu alias advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Reynero simul cum toto iure per totum ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 227r
20 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Reynerus promisit ut debitor principalis dictis Petro et Mercelio, fratribus, ad opus eorum et ad opus Seynse, eorum sororum predictorum, quod ipse dabit et solvet eisdem Petro, Mercelio et Seynse hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto dicti Reyneri, sitis in Buscoducis in vico Tinctorum, inter hereditatem Johannis Claess., leydecker, ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Heys ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Johannis de Bell, pellificis, ut dicebat. Promisit insuper warandiam et satisfacere super omnia et habenda, tali annexa conditione quod dictus Reynerus dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum quinquaginta sex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Petrus et Mercelius, fratres, pro se et dicta Seynsa hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Reynero repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 227r
20 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Peter ende Mercelis, gebrueders, kynderen wilneer Jan Snoecx, voir henselven et Seynsen, hoir suster, ende Henrick, zoen wilneer Peters Reeuwe, ter eenre et Reyner, zoen wilneer Jan Daemss., ter andere zyden hebben oepenbaerlic bekent et super omnia et habenda deen den anderen geloeft ende consenteert, te wetene dat die voirs. Reyner sal geven ende betalen ende sculdich wesen te geven, te betalen ende te dragen allen alsulkenene sculden, commeren, lasten ende gewynnen dairinne wylen Goessen Steenwech Dircxss. als hy sterff verbonden en verobligeert stont ende die de voirs. Peter, Mercelis, Zensa ende Henrick zouden moigen dragen ende dat daertegen dieselve Reyner wederomme sal moigen volgen, zoe verre hen aengaet, allen alsulkenene sculden als men den voirs. wilen Goessen sculdich was, sonder fraude oft argelist.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 227r-v
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Hubertus, filius quondam Huberti dicti Stanssenss,. tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxore, filie quondam Constantini dicti Stanss Shoess., septem hont terre vel circiter, sita in parrochia de Berchen inter hereditatem Alardi, filii dicti quondam Constantini, ex uno et inter hereditatem Ghibonis dicti Bouwmans et heredum quondam Lamberti dicti Bollens ex alio, tendente ab hereditate dicti Alardi ad communem plateam seu communitatem ibidem, dictam die Berchensche gemeynt, in ea quarta qua dicta septem hont terre ibidem sita sunt, ut dicebat, dedit ad hereditatem censum Arnoldo, filio domini Henrici van den Hoeck, presbiteri, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro circumspectionibus, dictis scouwen, ad premissa e iure conservandis spectantibus, conservandum ab alio temporibus et locis ad hoc debitis et oportunis atque pro hereditario censu trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis communiter currentis pro quolibet computando, necnon quarte partis unius consimilis floreni Renensi, dandi et solvendi sibi ab alio hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam pro premissis oneribus, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Huberto dictum hereditarium censum trium florenorum et quarte partis unius huiusmodi floreni hereditarie termino solutionis predicto ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXIIII^{ta} decembris in profesto Nativitatis Domini.

R1270, fol. 227r
7 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu A signato et fiat regulata regulata ex eodem a principio usque finem, constitutus dictus Petrus in presentia et consensu Henrici van den Perre et Ghiselberti Toelinc, suorum mamburnorum, tertiam partem ad ipsum spectantem in censu predicto hereditarie supportavit dicto Reynero cum litteris et iure, promittens ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Recognovit insuper in presentia ut supra se recepisse a dicto Reynero tertiam partem dictorum quinquagintasex florenorum ex causa supportationis pretacte et acquitationis dicte tercie parte, clamans inde quitum promittensque super omnia et habenda dictum Reynerum et eius bona ab ulteriori solutione dicte tercie parte atque dampnum indepnem servare.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum VII^{a} februari.

R1270, fol. 227v
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter aut vicissim et non minus simul et semel quam unum huiusmodi florenum videlicet dictum integrum censum cum quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et

cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Hubertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 227v
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes dictus van den Velde, filius quondam Johannis dicti van den Velde, hereditarie vendidit domicelle Aleidi, relicte quondam Udemanni dicti de Wijck, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo lapidea, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duo iugera terre vel circiter pariter continente, sitis in parrochia de Druenen, ad locum dictum Nuwekuyck, inter communitatem ibidem ex uno et alias ad hereditatem heredum quondam Willelmi Zegerss., ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 227v
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul et semel aut mediatim et mediatim, videlicet integrum censum cum et mediante vigintisex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 227v-228r
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dominus Ghiselbertus, filius quondam Goeswini Ghysels, vinitorum presbiter, hereditarie vendidit Jordano de Boert hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione eiusdem census aureum florenum Renensem iusti ponderis dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, aureum florenum pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos iusti ponderis dictum den nyewen Philippusgulden, gerechte van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Andree Apostoli de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ad locum dictum Aen die Alde Dyese, inter hereditatem Pauli Michielss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Hermanni Coenen ex alio, tendente a communi platea retrorsum ad aquam ibidem retro fluentem; item ex uno iugere terre, sito infra libertatem opidi de Buscoducis in loco dicto die Bossche Vlyert, quod iuger terre predictum ad dictum quondam Goeswinum Ghysels olim spectante consueverat; item adhuc ex hereditaria pactione quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Nativitatis Domini ex tercia parte cuiusdam mansi terre, siti in Tilborch iuxta bona Nycolai de Aerle, que pactio predicta dicto venditori

mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum habita in partem cessit ab eodem emptore, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes datum, supra.

R1270, fol. 228r
24 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante centum florenorum Renensium, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses iusti ponderis dictos gouden coervorster gulden pro XX^{ti} octo, aureos florenos cum cruce Sancti Andree iusti ponderis dictos gouden Andreasgulden pro XXIX stufers, aut denarios dictos dobbel vuerysers pro tribus blanccis atque denarios monete olim ducis Karoli pro memorie dictos karolusstuvers pro decem et septem placcis Busciducensibus videlicet voir braspenninc et nullam aliam monetam seu pecuniam, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur qua preintimatione facta. Si enim extunc idem venditor huiusmodi redemptionem non prefecerit, quod ipse pretacta potestate redimendi censum predictum de cetero erit privatus absque dolo.
Testes datum, supra.

R1270, fol. 228r
24 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Christina, filia quondam Gerardus Trapparts, ab eodem quondam Gerardus et quondam Christina, eius uxore, filia quondam Henrici dicti Colen, filii quondam Henrici dicti Colen, pariter genita, cum tutore hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Wolterus, filius Wellini de Berze, promiserat se daturam et soluturam dicto Henrico Colen hereditarie Purificationis ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parrochia de Nuwelant inter hereditatem domicelle Mechtildis, filie quondam Henrici Becker, ex uno et inter hereditatem Emondi dicti Peterss. ex alio, data ad hereditariam pactionem dicto Woltero ab Henrico Colen predicto, prout in litteris, hereditarie supportavit Marie, filie quondam Arnoldi dicti Janss., Woltero, filio quondam Jacobi Gieliss., Elisabeth, relicte quondam Egidii dicti Helvoerts, Katharine, relicte quondam Yewani de Rode, Marie, filie quondam Petri Claess., begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ad opus eorum et ad opus Henrice, relicte quondam Sanderi dicti Colneers, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici Colen ac suorum heredum deponere, tali annexa conditione quod quilibet eorundem recipientium in pactione predicta secundum exigentiam et quantitatem sui debiti participabit vulgariter dicentem dat eenyegelic van den ontfangers der opdrachten voirss. dairinne parten sal nae quantiteyt zynre sculden, absque fraude.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 228v
24 december 1501
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dicta Christina, filia quondam Gerardus Trapparts, ab eodem et quondam Christina, sua uxore, filia quondam Henrici Colen et quondam Christine, filie quondam Petri Emontss., pariter genita, cum tutore peciam terre, dictam die Steelt, sitam in parrochia de Geffen, ad locum dictum Opten Ham, inter hereditatem cuiusdam dicti Hacken des molners zwagers ex uno et inter communem viam ex alio; item adhuc peciam terre, sitam in dicta parrochia, ad locum predictum, Opten Ham vocatum, inter hereditatem Johannis Ghezens. ex uno et inter hereditatem Willelmi Venmans ex alio, quas duos pecias terre predictas Nycolaus Banyer Janss. Emondo Peter Emontss. tot*(?)* ad opus dicti Petri Emontss. hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris scabinarum de Heze, hereditarie supportavit dictis Marie et aliis quibus nominibus in contractu immediate precedente simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri Emonts ac suorum heredum deponere et cum conditione ut supra. Testes Kuyst et Bogart, datum XXIIII decembris in profesto Nativitatis Domini.

R1270, fol. 228v
deze akte is onvolledig

Ghiselbertus, filius quondam Jordani Arntssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxore, filie quondam Petri Zeben de Oirscot, ab eodem quondam Petro et quondam Katharina, eius uxore, filia quondam Henrici van den Broeck, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, sitis in parochia de Gestel prope Herlair, inter hereditatem olim Gerardi dicti die Wert ex uno et inter hereditatem Henrici Frederixs. ex alio ; item ex duabus diurnata terre, sita in dicta parrochia in loco dicto In den Gestelschen Bosch, inter hereditatem Gerardus de Aa, filii quondam Gerardus, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Smyt ex alio ; item ex quodam campo terre, duo iugera terre vel circiter continente, sito in dicta parrochia, ad locum dictum Ny Herlair, inter hereditatem Florencii de Aa et communes agros ex uno et inter aquam dictam die Dommel ex alio, quam pactionem predictam Godefridus dictus van den Broeck, filius quondam Henrici dicti van den Smedebroeck, erga Hubertum, Goeswinum et Henricum, fratres, liberos quondam Goeswinii Steenwech, filii quondam Huberti Steenwech, dudum acquisierat, prout in litteris, et que pactio predicta dicto Ghiselberto, tamquam marito et tutori legitimo dicte Heilwigis, sue uxoris, per et post mortem dicti quondam Godefridi van den Broeck iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Elisabeth, filie quondam domini Petri dicti Buekentop, canonico dum vixit ecclesie Sancti Johannes Evangeliste in Buscoducis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda.

R1270, fol. 228v-229r
29 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Henrici Hubertuss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Godefridi de Donckersvoert, ad opus Henrici, filii Ghiselberti dicti van Hulst, ab eodem Ghiselberto et Johanna, eius uxore, filia predicti Henrici, pariter geniti, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, orto necnon domistadio ac hereditatibus sibi mutuo coadiacentibus, sex et dimidium iugera terre vel circiter pariter continente dicti venditoris, sitis in parrochia de

Littoyen, ad locum dictum Luet, inter hereditatem Johannis de Os Dircxss. ex uno et inter hereditatem investiture de Littoyen ex alio, tendentibus a quadam stega, dicta die Alde Stege, ad quandam viam, dictam den Tyendwech, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, et satisfacere, tali annexa conditione quod primodictus Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoert, quamdiu in humanis vivet, dictum censum percipiet et levabit necnon percipere et levare poterit, contradictione cuiuscumque non obstante.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXIX[a] decembris.

R1270, fol. 229r
29 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum duodecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Hericus, filius quondam Godefridi de Donckersvoert, nomine dicti Henrici, filii Ghiselberti de Hulst, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionis per spacium dimidii anni prefato Henrico primodicto si vixerit alioquin eo dicto Henrico legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 229r
30 december 1501
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Lamberti Janss., ab eodem et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Falconis Janss. senioris, et quondam Hadewigis, sue uxore, pariter genitus, super domo, area magali, dicto berch, ac hereditatibus sibi coadiacentibus, olim dicti quondam Falconis, sitis in parrochia de Alem inter quendam aggerem ibidem ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus cum uno fine ad hereditatem olim ad Goeswinum Groys spectantem; item super dimidio iugere terre vel circiter, sito in loco dicto Opte Zantwegen, in quodam campo ibidem; item adhuc super dimidio iugere terre olim dicti quondam Falconis, sito in parrochia de Maren iuxta molendinum venti ibidem; insuper adhuc super uno pastu, dicto scaerweyen, olim dicti quondam Falconis, nunc vero ad eius heredes spectante, in quadam insula, dicta den Alemschen Werdt, que quidam hereditates et bona predicta dicto Johanni et suis in hoc coheredibus per et post mortem supradicte quondam Hadewigis, relicte dicti quondam Falconis, iure successione hereditarie advoluta sunt, ut dicebat, atque super toto iure dicto Johanni in premissis et quibuscumque litteris mentionem inde facientibus ad opus Adriani, filii quondam Theoderici Janss., ab eodem et quondam Johanna, sua uxore, filia dictorum quondam Falconis et Hadewigis, pariter geniti, hereditarie renunciavit, effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hiinden et Paeuweter, datum penultima decembris.

R1270, fol. 229r-v
30 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Gerongius, filius quondam Petri Arntss., alias dicti Hagens, Adam, filius quondam Rodolphi Dircxss. alias dicti Bever, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Jutte, sue uxore, et Johannes, filius quondam Hermanni Stevens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat,

Engele, sue uxore, filiarum dicti quondam Petri Arntss., peciam terre arabilis, sitam in parrochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Wolteri dicti van den Hoevel alias dicti In den Baers ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Wolteri. Sherens., ex alio, tendentem a communi platea ad communitatem ibidem dictam den Duynhalm, in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt magistro Francisco Toelinc, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto uno denario stuvers vocato census fundi domino nostro dicti annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Hiinden et Bogart, datum penultima decembris.

R1270, fol. 229v
30 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicti Gerongius et Adam, tamquam maritus et tutor legitimus, ut supra, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in quodam campulo terre, unius iuger terre vel circiter continente, dicto dat Ryskempken, sita in parrochia de Roesmalen in loco dicto Heze, inter hereditatem Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Martini Paeuweters, ex alio, tendente ab hereditate Luytgardis, relicte quondam Gerongii dicti van der Heyden, et eius liberorum ad hereditatem Mechteldis, relicte quondam Ghiselberti Toelinc, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Johanni Hermanss., marito ut supra, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Jutte deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex dicto campulo terre aliquid fore solvendum aut si idem campulus terre dicto Johanni imposterum iuridice evinceretur, quod dicti Gerongius et Adam hoc aliquid et dampna exinde evenientia cum dicto Johanni portabunt et portare tenebuntur videlicet quilibet dictorum Gerongii et Ade pro una tercia parte absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 229v-230r
30 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert ~~en Arnt Pauweter~~

Dicti Adam et Johannes, tamquam maritus ut supra, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in pecia terre, decem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parrochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Nycolai Poynenborchz. ex uno et inter hereditatem Gerongii, filii quondam Petri Arntss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Willelmi Meeus, qu~~a~~dam via, dicta enen gemeynen voetpat interiacente, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Gerongio simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Engele deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex dicta pecia terre plus fore solvendum quam hereditaria pactio dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis Petro dicto de Goberdingen et unum sextarium siliginis pauperibus in Roesmalen annuatim exinde e iure solvendos aut si dicta pecia terre dicto Gerongio imposterum iuridice evinceretur, quod dicti Adam et Johannes hoc plus et dampna exinde eveniencia cum dicto Gerongio portabunt et portare tenebuntur, videlicet quilibet dictorum Ade et Johannis pro una tercia parte absque contradictione et dolo.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 230r
31 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Bernardus, filius quondam Johannis Berniss de Overmeer, unum iuger terre situm in parrochia de Geffen, ad locum dictum Eelschencamp, inter hereditatem Aleidis, filie quondam Johannis de Hees, ex uno et inter hereditatem domini Danielis, vicarii de Geffen, ex alio; insuper duo hont terre de quinque hont terre sito in parrochia et loco predicto, inter hereditatem Zegeri Hacken ex uno et inter hereditatem dicti domini Danielis ex alio, dudum vendita Aleydi, filie quondam Johannis de Hees, ab Aleyde dicta de Reeck, filia quondam Arnoldi dicti de Reeck, prout in litteris, et que unum iuger et duo hont terre predicta dicto Bernardo per et post mortem primodicte Aleidis, filie quondam Johannis de Hees, iure successione aut via testamentarie ordinationis hereditarie advoluta sunt, ut dicebat, in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit Elisabeth, filie quondam Johannis Broess., begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iure et instrumento, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, filie quondam Johannes de Hees, ac suorum heredum deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum ultima decembris.

R1270, fol. 230r
31 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Bernardus medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in pecia terre, sita in parrochia de Geffen, inter hereditatem Johannis Winckelman ex uno et inter hereditatem Willelmi van der Voert ex alio, tendente cum uno fine ad viam, dictam Ussenrewech, quam integram peciam terre predictam Johannes de Hees, filius naturalis quondam Bernardi de Overmeer, erga Theodericum de Est et Elisabeth, eius sororem, liberos quondam Willelmi de Est, emendo acquisierat, prout in litteris, et que medietas pecie predicte dicto Bernardo per et post mortem Aleidis, filie quondam Johannis de Hees, via testamentarie ordinationis hereditarie advoluta est, ut dicebat, in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit dicte Elisabeth simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Johannis de Hees ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 230r
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes, Rutgerus et Henricus, fratres, Johanna et Elisabeth, eorum sorores, liberi quondam Johanni, filii quondam Johannis Wautgerss., necnon Rutgerus, filius quondam Johannes Roeverss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie primodicti quondam Johanni, filii quondam Johannes Wautgerss., cum tutore, sex novas partes totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectantes in sex lopinatas terre vel circiter, sita in parrochia de Berlykem, ad locum dictum Westeracker, inter communem viam ex uno et fine uno et inter hereditatem Rutgeri Jacopss. ex alio, tendente ad hereditatem Wolteri Coelen cum reliquo fine, ut dicebat, hereditarie supportavit Nycolo, filio quondam

Wolteri Coelen, marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., simul cum toto iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Katharine deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima decembris.

R1270, fol. 230r-v
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Johannes, filii quondam Johannes Wautgerss., et Rutgerus, filius quondam Johannis Roeverss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie dicti quondam Johanni, filii quondam Johannes Wautgerss., medietatem ad ipsos, ut dicebant, spectantem in medietate cuiusdam campi terre mericalis, quinque iugera terre vel circiter continente, siti in parrochia de Berlykem, ad locum dictum Belver, inter hereditatem magistri Martini de Rode et Symonis Janss. ex uno et inter communem stegam ex alio, quem campum Rutgerus, Johannes, Henricus et Rodolphus, fratres, liberi Johannis Keelbrekers, et Andreas van der Aa Johanni Wautgers, eorum sororio, hereditarie supportaverunt, ut videbatur in litteris de Berlykem contineri, hereditarie supportaverunt Nycolao, filio quondam Wolteri Coelenss., marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerssoen predicti, simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Katharine deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex dicto campo aliquid fore solvendum aut si idem campus prefato Nycolao imposterum iuridice evinceretur, quod dicti Johannes et Rutgerus hoc aliquid et dampna exinde eveniencia portabunt et portare tenebuntur, videlicet quivis dictorum Johannis et Rutgeri pro una octava parte, absque contradictione et dolo.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima decembris.

R1270, fol. 230v
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Rutgerus et Henricus, fratres, necnon Johanna et Elisabeth, eorum sorores, liberi quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., Rutgerus, filius quondam Johannis Roeverss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, necnon Nycolaus, filius quondam Wolteri Coelenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., cum tutore, septem octavas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in tribus lopinatis terre vel circiter, sitis inter hereditatem Wolteri Colen ex uno et fine uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Colen ex alio et fine reliquo, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni, filio primodicti quondam Johanni, filii quondam Johannis Wautgerss., simul cum toto iure, promittentes super omnia et habenda divisi videlicet quivis dictorum Rutgeri, Henrici, Johanne, Elisabeth et Rutgeri pro se ipsis pro una octava parte et dictus Nycolaus pro se, pro Wautgero et Hillegonde, eius sorore, liberis dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., pro duabus octavis partibus ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Katharine et Henrice in partibus iam pretactis deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 230v-231r

31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes, Rutgerus et Henricus, fratres, necnon Johanna et Elisabeth, eorum sororum, necnon Nycolaus Colen, cum tutore septem octavas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in tribus lopinatis terre vel circiter, sitis in parrochia et loco predictis inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Johannis van den Venne, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Sophie, relicte quondam Ghiselberti Sdorre, et eius liberorum alias undique adiacentibus, ut dicebat, hereditarie supportaverunt dicto Rutgero, filio quondam Johannis Roeverss., simul cum toto iure, promittentes per totum ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 231r
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dicti Johannes et Rutgerus, fratres, Johanna et Elisabeth, sorores predicti, necnon Rutgerus Roevers et Nycolaus predicti cum tutore septem octavas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in pecia terre tribus lopinatis terre vel circiter continente, sita in parrochia de Berlykem, ad locum dictum Aen Eyckens Venne, inter hereditatem heredum quondam Godescalci Jacopss. ex uno et inter communem viam ex alio, quam peciam terre predictam Johannes, filius Johannes Wautgerss., erga Johannem, filium quondam Henrici Everitss., acquisierat, ut videbatur in litteris de Berlykem contineri, hereditarie supportaverunt Henrico predicto simul cum dictis litteris et iure, promittentes per totum ut immediate supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 231r
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dicti Johannes et Henricus, fratres, necnon Johanna et Elisabeth, sorores, necnon Rutgerus et Nycolaus predicti, septem octavas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in pecia terre, sita in parrochia de Berlykem in loco dicto die Westeracker, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Godefridi de Rode, et Goeswini de Beke ex uno et inter hereditatem Jutte, relicte quondam Henrici Everts, et eius liberorum et Mechtildis, relicte quondam Nycolai Coel die Louwer, ex alio, quam peciam predictam Johannes, filius naturalis quondam Rutgeri, filii quondam Johannis Rutters., erga Zegerum, filii quondam Arnoldi de Dyeperbeeck, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Rutgero, filio quondam Johanni, filii quondam Johannes Wautgerss., simul cum dictis litteris et iure, promittentes per totum supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 231r
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dicti Johannes, Rutgerus et Henricus, fratres, necnon dictus Rutgerus, tamquam maritus ut supra, atque dictus Nycolaus pro dicto Wautgero et Hillegonde septem octavas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis obitum

Johannis Keelbreker proxime sequente et non prius ex quatuor lopinatis terre, sitis in parrochia de Berlykem in loco dicto Westeracker, inter hereditatem Sophie, relicte quondam Ghiselberti Sdorre, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Petri Heynenss., ex alio; insuper ex quatuor lopinatis terre, sitis in dicta parrochia, ad locum den Leeuwerykerberch, inter hereditatem conventus de Berna ex uno et inter hereditatem domini Johannis de Ouden, presbiteri, ex alio, quam integram pactionem dicti Wautgerus, Johannes, Rutgerus et Henricus, fratres, Katharina et Hillegondis, sorores, liberi dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., ad opus eorum et ad opus Johanne et Elisabeth, filiarum dicti quondam Johannis, erga dictum Nycolaum, filium quondam Wolteri Colenss., maritum et tutorem legitimum Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dictis Johanne et Elisabeth simul cum dictis litteris et iure, promittentes per totum ut iam supra. Promisit insuper dictus Nycolaus obligationem ex parte Wautgeri et Hillegondis deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 231r-v
31 december 1501
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dicte Johanna et Elisabeth, cum tutore, medietatem ad ipsis, ut dicebat, spectantem in medietate cuiusdam campi terre mericalis, quinque iugera terre vel circiter continente, siti in parrochia de Berlykem, ad locum dictum Belver, inter hereditatem magistri Martini de Rode et Symonis Janss. ex uno et inter communem stegam ex alio, quem campum terre predicti Rutgerus, Johannes, Henricus et Rodolphus, fratres, liberi Johannis Keelbrekers, et Andreas van den Aa, Johanni Wautgerss., eorum sororio, hereditarie supportaverunt, ut videbatur in litteris de Berlykem contineri, hereditarie supportaverunt Rutgero et Henrico, fratribus, liberis quondam Johannis, filii quondam Johannis Wautgerss., simul cum dictis litteris aliis et iure occasione, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex dicto campo aliquid fore solvendum aut si idem campus prefato Rutgero et Henrico imposterum iuridice evinceretur, quod dicte Johanna et Elisabeth hoc aliquid et dampna exinde eveniencia portabunt et portare tenebuntur, videlicet quivis dictarum Johanne et Elisabeth pro una octava parte absque dolo.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima decembris.

R1270, fol. 231v-232r
3 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes Voet, filius quondam Godefridi Voet, Johannes, filius quondam Wellini Arntss., Jacobus, filius quondam Jacobi Wautgerss., Henricus, filius quondam Theoderici Hermanss., scabini pro tempore, Johannes, filius quondam Arnoldi de Weert, et Egidius, filius quondam Johannis de Broechoven Gieliss., iurati pro tempore, et Goeswinus, filius quondam Petri Geritss., magister fabrice ecclesie de Hezewyck, hereditarie vendiderunt Mechtildi, relicte quondam Johannis Alartss., hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia secundum valuationem modernam et pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum ex duabus peciis terre sibi mutuo coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continente predicti Johannis Voet, sitis in parrochia de Hezewyc, ad locum dictum Opt Velt, inter hereditatem Mathie de

Goch ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie predicte ex alio, tendentibus a communi platea, dicta die Veltstraet, ad quandam viam ibidem, dictam de Myddelwech; item ex pecia terre, maldratam terre vel circiter continente secundodicti Johannis, sita in parrochia de Vechel ad mericam ibidem, inter hereditatem Henrice, relicte quondam Petri Wautgers, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Godefridi Genen, et eius liberorum ex alio, tendente cum fine utroque ad communem plateam; item de et ex domo, area, orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo adiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continente dicti Jacobi, sitis in dicta parochia de Hezewyck, ad locum dictum Onder die Cameren, inter hereditatem domini de Hezewyck ex utroque, tendente cum fine utroque ad communem plateam; item ex medietate ad dictum Henricum, ut dicebant, spectante in quodam prato, sito in dicta parochia de Hezewyc inter hereditatem dicti domini de Hezewyck ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et Johannis Monix ac communem viam ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti van der Veerdonck ad hereditatem Theoderici Peterss.; item ex pecia terre, maldratam terre vel circiter continente dicti Johannis de Weert, sita in parochia de Hezewyck, ad locum dictum Op Rucvenne, inter hereditatem Huberti Hals ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Petri Wouterss.; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quidecim lopinatas terre vel circiter continentes dicti Egidii, sitis in iamdicta parochia inter hereditatem Arnoldi dicti Claessoen ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Wyntkens ex alio, tendentibus a quodam aggere, dicto den Donckerendyck, ad communem plateam ibidem; item de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter pariter continente dicti Goeswini, sitis in iamdicta parochia inter hereditatem Mathie de Goch ex uno et inter communem plateam alias undique adiacente, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum tercia ianuarii.

R1270, fol. 232r
3 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul et semel quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum et mediante quidecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod dicti venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabunt a preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 232r
3 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Wy, Kuyst ende Paeuweter, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons compareert is in propre persoene Heilwich, weduwe wilneer Henricx Stoocx, onse medepoirtarsse, seggende dat zy tot Meeuwen int Zuytbroeck liggende heeft ende hair toebehoerende is die helfte van thien mergen lants, dairaf zy die ander gegeven hedde Wouteren, haren soen, welke helfte hair toebehoerende zy in haren propren persoene overmits datse audt is ende andere occupatien die zy te doen heeft nyet vervolgen noch verantwoirden, ende heeft dairomme constitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert Willemen Mughoevel, onsen

medepoirter, haren procureur ende facteur, gevende denselven volcomen macht in haren name ende van haren wegen die voirs. hair helfte van den voirs. thien mergen lants te regeren, die te verantwoirden in allen gerichten, geestelic ende werlic, tegen alle diegeen die dair op enichsins van yemants anders wegen zouden willen spreken oft hen rechz vermeten ende generalic allet dair inne te doen dat die voirs. Heilwich zoude moigen doen in dien zy tegenwoirdich weer ende dese voirs. constitucie oft procuracie nae den wederroepen der voirs. Heilwigen ende nyet langher duerende.
Ende in kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Datum supra.

R1270, fol. 232r – 232v
3 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Servatii dicti Pluegers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie quondam Symonis Volcardi de Amsterdamis, domum, aream et ortum ac hereditates sibi mutuo coadiacentes, viginti lopinatas terre vel circiter pariter continente, olim dicti quondam Symonis, nunc vero dicti Johannis, sitos in parochia de Gestel prope Herlair, inter hereditatem Arnoldi dicti Claess. et Rutgeri Janss. ex uno et inter hereditatem Nycolai de Kessel cum Henrici dicti Scouwermans ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem dicti Henrici Scouwermans, quadam via interiacente, simul cum iure viandi per et trans hereditatem dicti Rutgeri Janss. ibidem situatam omni eo modo et loco quo et ubi dictus quondam Symon et premissa viare consueverant, ut dicebat, hereditarie vendidit Rutgero, filio quondam Rutgeri de Griensvenne, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris hereditarii census monete fabrice cappelle supra Dungen necnon duobus denariis, Philippuspenninc vocatis, fabrice ecclesie de Gestel predicta annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hynden et Paeuweter, datum tercia ianuari.

R1270, fol. 232v
3 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Rutgerus promisit super omnia et habenda dicto Johannis nonaginta unum peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 232v
3 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Idem Rutgerus promisit adhuc super omnia et habenda dicto Johanni quatuordecim libras monete ac nonaginta octo peters consimiles a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 232v
3 januari 1502

Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelmus, Adrianus et Theodericus van der Hellen, fratres, et Henricus Huyben promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Willelmi de Os viginti sex et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 232v-233r
3 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Vranck, soen wilneer Jan Janssen, een seker gedeelte van erffenisse geheiten twee erven, genomen van eenre erffenisse, den Mortel genoempt, der stad van Shertogenbosch gelegen in de stede den Mortel genoempt, aen die zyde oistwarts tusschen den erve Gerits van Amstel aen deen zyde ende tusschen den erve Jans die Haze dander zyde, streckende van der gemeynre straten die dair gaet doer den Mortel lynrecht tot opter Bogardenmuer, ende welke gedeelte van erffenisse der twe erven voirs. voir ende after houden een gelycke breyde van achtendeveertich voeten, met oick een gedeelte van eenre nyewer mueren voir aen thoeft nae exigencien der breyden van den twe erven der acht ende veertich voeten voirs., ende metten gebruycke van der straten voirs. ende oick van der watertrappen die men op dit eynde ruerens aen dat brugken aent water aldair ordineren sal, gelyc andere diverse persoonen oick hen gebruyck dairinne hebbende, ende welke twee erven voirs. zyn tdorde ende tvierde in der ordinancien als van meer erven die dese stad aldair vercoft heeft, ende men sal die ordine yerst vernemen op dit eynde aen die nyewe dwersmuer Gerits van Amstel voirs., welke gedeelte van erfenisse voirs. die voirs. Vranck tegen Wouteren Oems Janss. vercregen hadde, prout in litteris, heeft hy wittelic en de erflic opgedraigen Henricxken, weduwe wilneer Mercelis Morinx, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, uutgenomen die ordinancien, conventien, bekennesse ende geloeften in de voirs. brieven begrepen, welke ordinancien, conventien ende geloeften die voirs. Henricxken volbrengen sal, dat den voirs. Vrancken dairaf egenen scaide en come sonder argelist.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 233r
10 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Henrici, filii quondam Jacobi Sbressers alias de Beeck, annuam et vitalem pensionem duodecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabancie vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendam anno quolibet ad vitam dicti Willelmi et Nycolai, sui fratris, liberorum dicti quondam Henrici ac alterius eorundem mediatim prima iunii et mediatim prima decembris, quam pactionem predictam dicti Willelmus et Nycolaus, fratres, erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierant, prout in litteris, magno sigillo dicti opidi sigillatis continetur, legitime supportavit Iohanni Eyckman, filio quondam Arnoldi Eyckman, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Nycolai, sui fratris, deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum X^{a} decembris.

R1270, fol. 233r
10 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere semper dum sibi placuerit cum quindecim libris grossos pecunie Flandrensis, computando videlicet pro quolibet huiusmodi librarum sex florenos Renensesmonete nunc valuate et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 233r
10 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Judocus dictus de Tyelt dedit Ghiselberto de Straten potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 233r
10 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Alexander, filius quondam Alexandri van Mosqueron, filii quondam Willelmi van Mosqueron, pro se ipso et pro Johanne, suo fratre, filio dicti quondam Alexandri van Mosqueron, tamquam potens vigore certi instrumenti procuratoriali, sibi per eundem Johannem, suum fratrem, concessarum, ut apparebat, hereditarium redditum sexaginta florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers pro quolibet huiusmodi florenorum et tres grossos Brabancie vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendum anno quolibet hereditarie Jacobi Apostoli, quem redditum predictum secundodictus Alexander van Mosqueron, filius quondam Willelmi van Mosqueron, erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis plenius continetur, hereditarie supportavit Heilwigi, filie quondam Johannis de Berse, begine Maiorum Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iure, promittens primodictus Alexander super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Johanni, sui fratris, necnon ex parte dicti quondam Alexandri, sui patris, necnon quorumcumque suorum heredum et successorum ac quorumcumque aliorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 233v
10 december 1501
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Alexander dedit magistro Johanni Heyns potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra, simul cum potestate substituendi, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 233v
5 januari 1502

Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Magister Alardus, presbiter, et Mechtildis, eius soror, liberi quondam Huberti dicti Brant, filii quondam Henrici, cum tutore, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis tradendam ex medietate cuiusdam mansi, siti in parochia de Zonne, in loco dicto Op die Hoeve, et ex attinentiis eiusdem medietatis mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, quam pactionem predictam dictus Hubertus Brant erga Theodericum et Arnoldum, fratres, liberos quondam Danielis dicti Arntss., ab eodem quondam Daniele et quondam Mechtilde, sua uxore dum vixerat, filia quondam Theoderici de Couden, filii quondam Johanni de Couden, pariter genitos, Johannem, filium quondam Willelmi dicti Erenbout, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, et Theodericum, filium quondam Henrici Boertman, maritum et tutorem legitimum Johanne, sue uxoris, filiarum dicti quondam Danielis, acquisierant, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Mechtildis, relicte quondam Johannis Keymp, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Huberti Brant, eorum patris, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum quinta ianuarii.

R1270, fol. 233v-234r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum Nycolaus, filius quondam Martini Claess., totam partem et omne ius hereditarium ad ipsum spectantem in medietate trium camporum terre, sitorum prope villam de Engelen in den nyewen polre; item in hereditario censu septem librarum et septem solidorum pagamenti, solvendo hereditarie ex reliqua medietate dictorum camporum, hereditarie supportasset Johanni, filio Jacobi van den Hugevoirt, marito legitimo Luytgardis, sue uxore, filie quondam Martini Mertenss., simul cum di *(sic)*, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes totam partem et omne ius hereditarii pretactos, per ipsum, ut premittitur, acquisitos, hereditarie supportavit Hillegondi, relicte quondam Bryenovis Henricxss. ad opus sui quo ad eius usufructum necnon ad opus Bryenonis et Katarine, eius sororis, liberorum Willelmi Janss., ab eodem quondam Willelmo et quondam Agneta, sua uxore, filia dictorum Hillegondis et quondam Bryenonis pariter genitorum, necnon ad opus Elisabeth, filie Godefridi Claess., ab eodem et quondam Maria, eius uxore, filia Hillegondis et quondam Bryenonis predictorum pariter genite, et ad opus aliorum interesse ad hoc habenda quo ad ius hereditarium simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Luytgardis, sue uxoris, ac suorum heredum et liberorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse suos liberos, adhuc impuberes existentes, dum eum ad annos eorum pubertatis deventi fuerint, super dictis parte et iure ad opus dictorum Hillegondis et liberorum pretactum hereditarie facient renuntiare ac promissiones facere quemadmodum ipse hodierna die fecerat absque dolo.

R1270, fol. 234r
deze akte is onvolledig

Johanna, filia quondam Johannes de Hestrode, ab eodem et quondam Luytgarde, sua uxore, filia quondam Martini Claessoen, pariter genita, cum tutore totam partem et omne ius ad ipsum spectantem ac spectaturum in medietate dictorum trium camporum atque in hereditario

censu predicto, ut in contractu precedenti, quam medietatem primodictam ac censum predictum Luytgardis, relicta quondam Tyelmani Piekevet, filia quondam Theoderici die Becker, liberos Martini Claess. et liberos Martini Mertenss., in suo testamento legaverat, ut videbatur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit dicte Hillegondi et aliis ut iam immediate supra simul cum dicto instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

R1270, fol. 234r
4 januari 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Reynerus, filius quondam Johannis Daemssoen, hereditarie vendidit magistro Willelmo de Busco hereditarium censum octo aureorum florenorum, philippusgulden communiter vocatorum, boni auri et iusti ponderis monete moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Lottharingie, Brabantie etc., comitis Flandrie, Arthesie etc. iam noviter et ante datam presentium monetate cum ymagine sancti Philippi ac scuto armorum Austrie, Bourgoindie, Brabantie, Flandrie et Arthesii predictorum vel valorem eorundem in alia moneta valuata. solvendum hereditarie Nativitatis Domini et infra opidum de Buscoducis libere ab omni precaria, subventione et alio quocumque onere tradendum de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Tinctoris inter hereditatem Johannis Claess., leydecker, ex uno et inter hereditatem Arnoldi Heys ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Johannis de Belle, pellificis, atque de et ex quodam manso olim Theoderici Steenwechz., depost Goeswini et Petri, suorum liberorum, nunc vero dicti venditoris, sito partim in parochia de Helvoert, ad locum dictum den Dystelberch, et partim in parochia de Vucht, ad locum dictum Cromvoirt, videlicet de et ex domo, area, horreo, aliis edificiis, hereditatibus, terris, pratis, mericis ac iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum quarta ianuarii.

R1270, fol. 234r
4 januari 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Et poterit redimere infra spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium cum et mediante centum et viginti florenis aureis, dictis enckel philippusgulden, monete predicta et ante datam presentium monetate, quales dictus venditor recognovit se occasione venditionis dicti census a dicto emptore recepisse et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 234r-v
5 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Johannes et Nycolaus, fratres, liberi quondam Bartrami die Bont et Johannes dictus die Cort, filius quondam Gerardi die Cort, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Godefride, sue uxoris, filie dicti quondam Bartrami die Bont, quecumque domus, utensilia et bona parata que eis seu eorum alteri et Woltero, eorum fratri, per et post mortem Aleydis, filie dicti

quondam Bartrami, uxoris dudum vixerit Gerardi, filii quondam Petri Hellinx, iure successionis hereditarie advoluta sunt necnon per et post mortem dicti Gerardi adhuc advolvenda sunt atque in quibus, idem Gerardus suum adhuc habet usufructum quocumque locorum reperienda, ut dicebat, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente ac imposterum quovismodo competituro, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicte Godefride et Wolteri predicti ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum quinta ianuarii.

R1270, fol. 234v
deze akte is onvolledig

Henricus, filius quondam Arnoldi Snavels, filii quondam Henrici Snavels et Elisabeth, eius soror, liberi.

R1270, fol. 234v-235r
deze akte is onvolledig

Henricus et Elisabeth, eius soror, liberi quondam Arnoldi Snavels, filii quondam Henrici Snavels, domum, aream et ortum ac peciam terre sibi coadiacentem, sitos in parochia de Essche inter hereditatem domini Gerardi de Eyck, investiti de Essche, et Pauli Jacopss. van den Akeren ex uno et inter hereditatem eiusdem Pauli ex alio, tendentes cum utroque fine ad communes plateas; item adhuc quendam ortum dictum den Boenhoff, situm ibidem, ultra communem plateam inter hereditatem Johannis Demars ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Franconis Jacopss. van den Akeren, de quibus vero domo, area, orto, pecia terre ac orto, dicto den Boenhoff predicto, primodictus Henricus ad opus sui et ad opus dicte Elisabeth, sue sororis, duas tercias partes erga Arnoldum, filium quondam Petri dicti Brock, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, filie secundodicti quondam Henrici Snavels, et Godefridum, filium quondam Henrici, filii quondam Johannis Peterss., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Yde, relicte quondam Henrici Goyartss. de Hedel, simul cum dictis litteris et iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda indivisi warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet censu fundi ad unum denarium, braspenninc vocatum, taxato domino duci, uno grosso antiquo abbati Epternacensi, duobus denariis, gwillelmusthuyn vocatis, vicinis in Essche, dimidio denario, halven Philippuspenninc vocato, capitulo Orshottensi atque uno lopino siliginis celebrationi prime misse in ecclesia de Essche annuatim exinde e iure solvendis atque adhuc, excepto onere solvendi et prestandi dicto abbati Epternacensi aut eius commissario cum duabus personis huiusmodi quotam commestionum, dictarum maeltyt, infra singulos septem annos, ad tres annos videlicet in eisdem tribus annis in profesto Michaelis in cena et in die Michaelis in prandio, quas commestiones premissa cum tribus aliis personis, videlicet heredibus Henrici Ghysselen, Lamberto van den Hezeacker et Arnoldo Ghyben hactenus solverunt et supportare habent et tenentur, vulgariter dicentem dat die voirs. Yda gehouden sal zyn vuyten huyse ende erffenisse voirs. bynnen elck seven jaren te geven met hair vyerden, te wetene metten erfgenamen Henricx Ghysselen, Lamberden van den Hezeacker ende Arden Gyben drie jaer, elck jaer, elck jaer een maeltyt op Sint Michielsavont des avonts ende opten dach des noenens, den voirs. abt oft zynen stadhelder met twe persoonen die hy begeert, excepto inquam onere conservandi cum Woltero Aben quatuor et dimidiam pedatas ad quandam pontem, dictum die brugge ten Esselaerewaert, vulgariter dicentem dat die voirs. Yda gehouden sal wesen aen die voirs. brug vier ende enen halven voet aen dat hoeftgebout ter

kerckenwart, te wetene het decsel metten grontslach; item adhuc cum onere conservandi unam virgatam aggeris ad eundem pontem, excepto etiam onere conservandi ad pontem, dictum die Overseyne, cum domino Petro Colen, Arnoldo Demars, Lamberto van den Hezeacker, Paulo Jacops, Henrico Scuerman et Arnoldo Ghyben.

R1270, fol. 235r-v
5 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Henrick ende Lysbeth, zyn suster, kynderen wilneer Arnts Snavels, zoen wilneer Henricx Snavels, cum tutore, een huys, erve ende hoff ende stuck lants hen aenliggende, gelegen in der prochien van Essche, tusschen erffenisse heren Gerits van Eyck, pastoir tot Esch, ende Pouwels Jacopss. van den Akeren aen deen zyde ende tusschen erffenisse desselfs Pouwels aen dander zyde, streckende met beyden eynden aen die gemeyn straiten aldair; item noch enen hoff, geheiten den Boonhoff, gelegen aldaer over die gemeyn straet tusschen erffenisse Jans Demars aen deen zyde ende tusschen die gemeyn straet aen dander zyde ende metten enen eynde, streckende metten anderen eynde totter erffenisse Francken Jacopss. van den Akeren, van welken huyse, erve, hoff, stuck ende Boonhoff voirs. die voirs. Henrick tot behoeff zyns ende der voirs. Lysbetten, zynre suster, twe dorde gedeelten tegen Arnden, zoen wilneer Peters Brock, wittige manne ende mombare Margrieten, zynre huysvrouwen, dochter des voirs. wilneer Henricx Snavels, ende Goyarden, zoen wilneer Henricx, zoen wilneer Jans Peterss. vercregen hadde, gelyc in scepenenbrieven van den Bosch dairop gemaect volcomentlike is begrepen, hebben zy wittelic ende erflic opgedraigen michi tot behoeff Yden, weduwe wilneer Henricx Goyartssoen van Hedel, tsamen metten voirs. brieven ende allen anderen brieven dairaf sprekende ende metten alingen recht hen dairinne eenichsins toebehoerende ende hebben helmelingen dat overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Henrick ende Lysbeth, zyn suster, metten mombare derselver Lysbetten voirs. als sculders principael onversceiden op hen ende allen hoer gueden, nu hebbende ende namaels vercrygende, dat zy der voirs. Yden van den huyse, erve, hoff, stuck lants ende Boonhoff voirs. sculdige ende gerechte sullen doen wairscap ende dat zy allen commer ende aenspraeck, dairinne wesende oft namaels comende, derselver Yden zullen afdoen gehelycken, uutgenomen die lasten hiernae volgende, te wetene den grontchyns, jairlix enen braspenninc oft dair omtrent beloepende, den hertoge, eenen alden grooten chyns den abt van Epternaken; item twee gwillelmustuyn den gebueren van Essche; item enen halven philippuspenninc den capittel van Oirschot ende een loopen roggen den priester die bynnen der prochien voirs. die vroechmisse leest, jairlix uuyten voirs. huyse, erve, hoff, stuck lants ende Boonhoff voirs. te vergeldene, uutgenomen oick dat die voirs. Yda gehouden zal zyn uuyten huyse ende erffenisse voirs. bynnen elck seven jaren te geven met hair vierden, te wetene metten erfgenamen Henricx Ghysselen, Lamberden van den Hezeacker ende Arnden Ghyben drie jaer, elcx jairs derselver drie jaren een maeltyde, te wetene op Sinte Michielsavont des avonts ende op Sinte Michielsdach des noenens den abdt van Epternaken oft zynen stadhelder met twee persoonen die hy begeert oft met hem brengen sall, dat oick die voirs. Yda sculdich sal wesen te houden altyt aen die brugge ter Esselairwairt met Wouteren Aben vier voeten ende enen halven aen dat hooftgebout ter kerckenwaert, te wetene het decsel metten grontslach ende dairtoe aen deselve brugge een roey dycx; item sal noch gehouden wesen die voirs. Yda aen dander brugge, geheiten die Overseyne, met Peteren Colen, Arnden Demars, Lambrechten van den Hezeacker, Pouwelsen Jacopssoen, Henricken Scuerman ende Arnden Ghyben als voir twee gedeelten te houden metten decsel ende grontslach elff voeten ende aen deselve brugge vier royen halfs dycx liggende ter zydenwart der erffenisse Martens van Elmpt ende noch een roey dycx ten eynde ter kerckenwairt, met zulker condicien oick

toegedaen oft men bevonde naemaels met wegen van recht uuyten huyse ende erffenisse voirs. meer te vergeldene dan voirs. is, dat meer zullen die voirs. vercoeperen der voirs. Yden, coepersse, afdoen ende moigen afdoen nae lantcoepe sonder argelist.
Testes Hynden et Bogart, datum quinta ianuarii.

R1270, fol. 235v
5 januari 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Want Henrick ende Lysbeth, syn suster voirs., een huys, erve ende hoff ende stuck lants hen aenliggende, gelegen in der porchien *(aldus)* van Essche tusschen erffenisse heren Gerits van Eyck, pastoirs tot Essche, ende Pouwels Jacopss. van den Akeren aen deen zyde ende tusschen erffenisse desselfs Pouwels aen dander zijde; item noch eenen hof, geheiten den Boonhoff, gelegen aldair over die gemeyn straet, hadde erflic opgedragen my, tot behoeff Yden, weduwe wilneer Henricx Goyartss. van Hedel, als in scepenenbrieven van den Bosch dairop gemaect volcomentliker is begrepen, soe zyn gestaen voir scepenen hier onder gescreven Dirck Goessenss. ende Arnt Brock Arntss. ende hebben oepenbairlic bekent ende als sculders principael onversceiden op hen ende allen hoir gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, Henricken, zoen wilneer Henricx Goyartss. ende zoen Yden voirs. geloeft in gevalle oft tvoirs. huys, erve, hoff, stuck lants ende Boonhoff voirs. bynnen den jaire nu naestcomende der voirs. Yden by eenigen van den bloode der voirs. vercoopers mits den rechte van nairdersscappen ontlost worden, dat zy alsdan dat gesciet wesende den voirs. Henricken, zoen wilneer Henricx Goyarts, opleggen ende betalen zullen terstont die somme van XXV Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers current, sonder wederseggen, droch ende argelist.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 236r
7 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dominus Johannes Servaess., presbiter, et Willelmus, filius quondam Pontheveri Jan Kepkenss., hereditarie vendidit domino Nycolao Hoyberchs, presbitero, ad opus executionis testamenti quondam domini Henrici van Loo, presbiteri, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Epiphanie Domini de et ex medietate ad dictum dominum Johannem, ut dicebat, spectante in quodam campo terre, quindecim hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Kessel, ad locum dictum Voerbroeck, inter quendam campum, dictum Keryscamp, ex uno et inter heredum quondam Theoderici de Berze ex alio, tendente a communi stega ad hereditatem Danielis Faess.; item ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sex vasatas terre vel circiter continentes, dicti Willelmi, siti in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen den Lydberch, inter hereditatem Willelmi Deenkenss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus ad hereditatem Johannis Kepkens cum fine reliquo, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue quemlibet, videlicet huiusmodi florenorum cum quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu et arrestadiis, prout dictus dominus Nycolaus nomine dicte executionis hoc palam recognovit et sub obligatione bonorum ad eandem executionem spectantem prefato venditoribus repromisit.
Testes Kuyst et Bogart, datum VII^{a} ianuarii.

R1270, fol. 236r
7 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Lambertus dictus van den Polder dedit michi ad opus Elisabeth, uxore legitime dicti Lamberti, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 236r
7 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Jacobi Bloys, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, potens ad hoc, ut dicebat, domum, aream et ortum ac hereditatem sibi adiacentem, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti supra aggerem Vuchtensem, ad locum dictum Vranckenhostad, inter aggerem ibidem ex uno et inter hereditatem opidi de Buscoducis ex alio, salvo tamen Arnoldo, filio quondam Everardi Ghysbrechtss., fabro, et eidem reservato de premissis quodam transitu duarum et dimidie predatarum ad et iuxta hereditatem dicti Arnoldi versus villam de Vucht transeunte quoad longitudinem hereditatis eiusdem Arnoldi ibidem situate, dudum supportatos dicto Johanni, filio quondam Jacobi Bloys, ab Arnoldo predicto, prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo, filio quondam Mathie dicti van Brey, simul cum dictum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper dictus Johannes et cum eo Henricus, filius quondam Petri Goyartss., indivisi super omnia et habenda obligationem et impetitionem ex parte Elisabeth, filie dictorum Johannis Bloys et quondam Elisabeth, necnon quorumcumque heredum eorundem Johannis et quondam Elisabeth ac dicte Elisabeth, eorum filie, deponere. Promiserunt adhuc iidem Johannes et Henricus sub obligatione premissa indivisi in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam tres libre pagamenti hereditarii census dicto opido atque hereditaria pactio dimidii modii siliginis Arnoldo die Greve, fabro, annuatim exinde e iure solvendum, quod dicti Johannes et Henricus hoc plus prefato Jacobo penitus deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 236v
7 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabini infrascriptis dicti Johannes et Henricus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Jacobo quod ipsi Elisabeth, filiam dicti Johannis, adhuc infra annos sue pubertatis existentem, dum eum ad annos sue pubertatis deventa fuerit, super premissis atque iure ad opus dicti Jacobi facient renunciare ac huiusmodi promissiones desuper facere quemadmodum dicti Johannes et Henricus hodierna die fecerant absque dolo.
Testes Kuyst et Bogart, datum VII[a] ianuarii.

R1270, fol. 236v
7 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Jacobus promisit super omnia et habenda dicto Henrico viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon quatuor et dimidium consimiles stuvers Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 236v
8 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Nycolaus dictus Coel de Orthen, textor laneorum, promisit super omnia et habenda Danieli de Vlierden Danielss. quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Pasche proxime futuro.
Testes Hynden et Bogart, datum VIII^{a} ianuarii.

R1270, fol. 236v-237r
29 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Robbertus, filius quondam Arnoldi Yngrams de Doernen, aurifabri, et Cornelius, filius quondam Arnoldi Coelborneer, maritus et tutor legitimus Mechtildis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi, duas tercias partes ad ipsos spectantes in parte orti sumptas de medietate cuiusdam orti, dicti die Mortel, siti in Buscoducis in loco dicto die Mortel, inter aquam ibidem fluentem, die Dyeze communiter vocatam, ex uno et inter hereditatem Laurencii, filii quondam Henrici van den Hout, carpentatoris, ex alio, que quidem pars orti predicti ante in capite continet in latitudine septuaginta quatuor pedatas, mensurando de cono muri lapidei ibidem consistentis usque ad hereditatem dicti Laurencii, continet eciam mensurando retrorsum ad longitudinem octuaginta pedatarum septuaginta duas pedatas in latitudine, ac finaliter et linealiter se extendentes ad hereditatem dominorum abbatis et conventus de Tongerloe, hereditarie vendidissent Woltero de Brede et deinde idem Wolterus quandam particulam seu quotam sumptam de parte dicti orti illam, scilicet particulam seu quotam que sita est ibidem contigue et iuxta dictam aquam ibidem fluentem, vigintisex pedatas ante in capite continentes in latitudine, mensurando de cono muri lapidei, ibidem iuxta aquam consistentem versus hereditatem dicti Laurencii et que particula seu quota dicti orti habebit eandem latetidinem retrorsum quo ad longitudinem octuaginta pedatarum et ab illa distancia extendens se ulterius finaliter et linealiter usque ad hereditate dominorum abbatis et conventus de Tongerlo predictorum, hereditarie vendidisset Franconi de Langel ad opus Henrici Loden, filii quondam Henrici, et cum depost Elisabeth, relicta dicti quondam Henrici Loden, domicella Heilwigis, relicta quondam magistri Gerardi Boest, filia quondam Arnoldi Dicbier, Hermannus, Henricus et Willelmus, fratres liberi quondam Willelmi de Os, ab eodem quondam Willelmo et quondam domicella Mechtilde, eius uxore, pariter geniti, dictam particulam seu quotam sumptam de parte orti predicti hereditarie supportassent Johanni Kanapart, filio Johannis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes Kanapart iamdictam particulam seu quotum sumptam de parte orti predicti hereditarie supportavit nobili ac generoso domino domino Cornelio de Bergis, domino de Zevenbergen, Grevenbroick, Hezewyc, Dynther etc., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali conditione premissa annexa quod dictus dominus Cornelius particulam seu quotam orti predicti non occupabit nec occupare poterit aut procurabit aliquibus edificiis quamdiu dictus Johannes Kanapart et eius uxor vixerint aut alter eorum vixerit in humanis, hoc tamen salvo quod idem dominus Cornelius ad edificium, dictum den werf, orti predicti

ponere poterit, si velit, unum murum continentem a terra, prout ibidem pronunc iacet sursum altitudinem septem pedatarum, vulgariter dicentem dat heer Cornelius voirs. tvoirs. erve nyet en sal moigen betymmeren zoelange Jan Kanapart ende zyn huysvrou oft deen van hen beyden leven zullen, mar sal aen den werff moigen leggen een muer seven voeten hoech boeven der erden, zoe se nu is.
Testes Hynden et Bogart, datum XIX[a] decembris.

R1270, fol. 237r
29 december 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Johannes Kanapart promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto domino Cornelio ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequentium quolibet dictorum annorum quinquaginta aureos florenos, philippusgulden communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia pagamento Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et sic deinceps dictis annis durantibus.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 237r
deze akte is onvolledig

Wolterus dictus de Beke, filius quondam Goeswini de Beke, totam partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam hereditario censu, dicto den thyns van Tardwyck, solvendo annuatim ex certis contrapignoribus in Eerssel situatis.

R1270, fol. 237r-v
29 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Wolterus dictus de Beeke, filius quondam Goeswini dicti de Beke, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Christine, sue uxoris, filie naturalis quondam domini Andree de Broichoven, investiti dum vixerit ecclesie de Erpe, filii quondam Theoderici de Broichoven, totam partem et omne ius hereditarium ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in hereditario censu seu redditu, communiter den tynse van Tardwyck nuncupato, olim dicti quondam domini Andree, dando et solvendo anno quolibet hereditarie in crastino Omnium Sanctorum de et ex quibusdam hereditatibus, sitis in parochia de Eerssel, atque in duabus terciis presentationibus dicte ecclesie de Erpe seu in iure patronatus duarum collationum seu presentationum hereditariarum dicte ecclesie de Erpe, que due presentationes seu collationes hereditarie ac quod ius patronatus dictarum duarum collationum ac presentationum hereditariarum dicte ecclesie spectant pleno iure ad dictum censum seu redditum, den tynse van Tardwyck nuncupatum, et qui census seu redditus ac que due presentationes seu collationes dicte ecclesie ad dictum quondam dominum Andream spectare consueverant simul etiam in iure prelevii ac aliis iuribus premissorum universis, ut dicebat, hereditarie supportavit Jaspari dicto de Eesscheren, simul cum toto iure sibi ac dicte sue uxori quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris, instrumentis ac munimentis mentionem inde facientibus, effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti sue uxoris deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum XI[a] ianuarii.

R1270, fol. 237v
29 december 1501
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Johannes dictus de Broichoven, filius quondam Johannis dicti de Broichoven, filii quondam Theoderici de Broichoven, totam partem et omne ius hereditarium sibi competentes ac imposterum competituros necnon sibi per et post mortem quondam domini Andree de Broichoven, investiti dum vixit ecclesie de Erpe, sui avunculi, e iure successionis hereditarie advolutas in dicto censu seu redditu, den thynse van Tardwyc nuncupato, atque in dictis duabus collationibus et iure prelevii, ut iam immediate supra, hereditarie supportavit dicto Jaspari simul cum toto iure sibi quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris, instrumentis ac munimentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1270, fol. 237v-238r
11 januari 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Lambertus Millinck et Gerardus de Heessel, filius quondam Henrici, hereditarie vendiderunt michi ad opus Johanne, filie legitime magistri Willelm de Busco, hereditarium censum decem et octo aureorum florenorum, philippusgulden communiter vocatorum, boni auri et iusti ponderis monete moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Lottharingie, Brabancie, etc., comitis Flandrie, Arthesii etc., iam noviter et ante datam presentium monetate cum ymagine Sancti Philippi ac scuto armorum Austrie, Bourgoindie, Brabantie, Flandrie et Arthesii predictorum, vel valorem eorundem in alia moneta nunc valuata, solvendum anno quolibet hereditarie Epiphanie Domini et infra opidum de Buscoducis libere ab omni precaria, subventione et alio onere quocumque tradendum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Lamberti, siti in Buscoducis in platea, dicta die Postelstraet, retro conventum fratrum minorum ibidem, inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Willelmi Clocgieters, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Aleidis dicte van den Nyevelaer ex alio, tendentibus a dicta communi platea retrorsum ad locum, dictum den Vlenborch; item de et ex manso quodam eiusdem Lamberti, sito in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Thede, quem mansum quidam Ghiselbertus dictus Gieliss., colonus, sub sua ad prius habuit cultura; insuper ex quodem alio manso eiusdem Lamberti, sito in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Ter Donck, quem mansum quidam Anthonius de Dommelen tamquam colonus sub sua ad prius optinet cultura, necnon de et ex iuribus et attinentiis eorundem duorum mansorum, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis; insuper de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Gerardi de Heessel, sitis in Buscoducis in vico Tinctorum inter hereditatem relicte ac liberorum quondam Gerardi de Achel ex uno et inter hereditatem magistri Gerardi de Brede ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad Dyesam, ibidem retro fluentem; item ex quodam manso olim Gerardi Moll, nunc vero dicti Gerardi de Heessel, sito partim in parochia de Roesmalen et partim in parochia de Berlykem, ad locum dictum Engelant, videlicet ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, modiatam terre vel circiter pariter continente, sito ibidem inter hereditatem Arnoldi, sartoris, ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Margarete, relicte quondam Henrici de Hall, ad communem plateam; item ex campo terre paludialis dicto den Sporctercamp, duo iugera terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Johannis van den Leest ex uno et inter aqueductum ibidem ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Hadewigis de Hamberch; item adhuc ex

pecia terre, partim arabilis et partim paludialis, dicta den Hellinc, quatuor iugera terre vel circiter continente, sita ibidem ultra molendinum aquatile, dictum die Engelantsche moelen, atque ex campo terre paludialis, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, olim Johannis Vuchs, nunc vero dicti Gerardi de Heessel, sito in dicta parochia de Roesmalen, ad locum dictum In de Stroytcampen, by de Luedinxcampen ultra aqueductum ibidem, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali condicione annexa quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue dum eis placuerit simul una pariter in toto, videlicet cum et mediante ducenti et septuaginta consimilibus florenis aureis, dictis enckel philippusgulden, monete predicte et ante datam presentium monetate, quales dicti venditores recognoverunt se occasione venditionis dicti census a dicta Johanna recepisse, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Johanne legitime preintimabunt ac preintimabit eorum alteri.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XI[a] ianuarii.

R1270, fol. 238r
11 januari 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Dicti Lambertus Millinc et Gerardus de Heessel, venditores, adhuc hereditarie vendiderunt michi ad opus Henrici, Mechtildis et Aleidis, liberorum quondam Henrici de Aerle, hereditarium censum vigintiquinque consimilium aureum florenorum, philippusgulden communiter vocatorum, boni auri et iusti ponderis monete, ut iam supra in contractu immediate precedenti, solvendum hereditarie Epiphanie Domini et ultra, tradendum de et ex contrapignoribus in contractu precedenti narratis, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali condicione annexa quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue simul una pariter et integraliter, videlicet cum tricenta et septuaginta quinque consimilibus florenis aureis, dictis enckel philippusgulden, monete predicte et ante datam presentium monetate, quales dicti venditores recognoverunt se occasione venditoris dicti census a dictis Henrico, Mechtilde et Aleyde recepisse cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Henrico, Mechtildi et Aleidi aut eorum alteri legitime preintimabunt aut eorum alter preintimabit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 238v
11 januari 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus immediate precedentibus constituti igitur coram scabinis infrascriptis nobilis et generosus dictus dominus Cornelius de Bergis, dominus de Zevenbergen, Grevenbroick etc., domicellus Florencius de Egmonda et de Yselsteyn, domicellus Johannes van der Aa, dominus temporalis de Buchoven, et Goeswinus van den Sloet palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis Lamberto et Gerardo de Heessel, venditoribus, promiserunt quod ipsi supradictos census exnunc deinceps dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt ac dare et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis Lamberto et Gerardo, venditoribus, ad et supra ac bona sua pretacta et reliqua eorum bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XI[ta] ianuarii.

R1270, fol. 238v
11 januari 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus precedentibus constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti dominus Cornelius et domicellus Florencius promiserunt indivisi super omnia et habenda dictis domicello Johanni van der Aa et Goeswino van den Sloet quod ipsi eosdem domicellum Johannem et Goeswinum ac eorum bona de dicta promissione atque dampnum indepnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 238v-239r
12 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Wolterus de Beke, filius quondam Goeswini de Beke, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Christine, sue uxoris, filie naturalis quondam domini Andree de Broichoven, investiti dum vixit ecclesie de Erpe, ymmo in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis de Broichoven, filii quondam Johannis de Broichoven, textorum lineorum, tamquam proximioris de sanguine dicte Christine atque Jasparis de Eesscheren tamquam executoris testamenti dicti quondam domini Andree, hereditarie vendidit magistro Francisco Toelinc ad opus Confraternitatis beate Marie virginis in ecclesia Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Epiphanie Domini et in Buscoducis libere absque omni onere tradendam de et ex quodam manso, olim dicti quondam domini Andree, nunc vero dicti Wolteri, venditoris, sito in parochia de Erpe, in loco dicto Int Luetscet, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis et lignicrecentibus ac ceteris iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis ubicumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eadem, promittens et cum eo magister Johannes de Broichoven, filius quondam Johannis de Broichoven, super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali conditione annexa quod dicti Wolterus et magister Johannes dictam pactionem redimere et acquitare poterint perpetue simul una pariter cum et mediante centum ac tribus aureis florenis, philippusgulden communiter vocatis, iam noviter per archiducem Philippum monetatis vel valorem eorum in alia pecunia pronunc valuata, necnon cum decem et septem stuferis monete valuationis eiusdem et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod dictus Wolterus et magister Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prepositi pro tempore dicte confraternitati legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter absque dolo.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XII[a] ianuarii.

R1270, fol. 238v
20 april 1503[21]

Dictus Wolterus de Beke promisit super omnia et habenda dictum magistrum Johannem et eius bona de dicta promissione warandiam atque dampnis indempnem servare.
Testes Brecht et Berkel, datum XX[a] aprilis, quinta post Pasche.

[21] Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel zijn schepen in het schepenjaar 1502, dat loopt van 1 oktober 1502 tot en met 30 september 1503. In 1503 valt 20 april op de donderdag na Pasen. Bijgevolg moet deze akte gedateerd worden op 20 april 1503.

R1270, fol. 239r
12 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Johannes promisit super omnia et habenda dicto Woltero quod ipse magister Johannes medietatem dicte pactionis quatuor modiorum siliginis exnunc deinceps perpetue dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Woltero ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XII[a] ianuarii.

R1270, fol. 239r
19 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Goeswinus, filius quondam Henrici dicti Goebbelss., relictus quondam Katharine, sue uxoris, filie quondam Johannis die Witte, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicte quondam Katharine, sue dum vixit uxoris, hereditarium redditum trium florenorum Renensium, XX[ti] stuferos pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabantie vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, quem redditum predictum Mechteldis et Yewana, sorores, filie quondam Yewani Hack, des nastelmekers, ab eodem quondam Yewano et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Johannis die Witte, pariter genite, et Willelmus, filius naturalis dicti quondam Yewani, erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierant, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis continetur, et qui redditus predictus Goeswino et Katarine, sue uxori predicte, per modum testamenti dicte quondam Yewane unacum eorum aliis bonis advolutus est, ut videtur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit mihi ad opus Johannis, filii quondam Hugonis Storymans, pistori, simul cum dictis litteris, instrumento et aliis instrumentis ac iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Katharine, sue uxoris, et suorum liberorum necnon ex parte dictarum Yewane, Mechtildis et Willelmi ac suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XIX ianuarii.

R1270, fol. 239r-v
13 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinc

Johannes, filius quondam Gerardi van der Kilsdonck, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem duorum modiorum siliginis iamdictam Johannes, filius quondam Sebastiani Adriaenssoen, promiserat se daturum et soluturum primodicto Johanni, filio quondam Gerardi van der Kilsdonck, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis tradendam de et ex medietate hereditatis, quinquagintaquinque pedatas in longitudine et totidem in latitudine continentes, site in Buscoducis in vico dicto die Buerde extra murum opidi de Buscoducis, inter hereditatem Theoderici, filii quondam Martini de Megen, et inter communem stegam atque ex medietate partis orti, viginti pedatas in latitudine continentes, contigue iuxta dictam hereditatem siti. tendentis a dicta hereditate ad aquam ibidem currentem

atque ex medietatem molendini venti in predicta hereditate consistentis, videlicet ex illa medietate supra quam domus anterior quatuor ligatarum est constructa iuxta communem stegam, simul etiam ex predicta domo supra eandem medietatem consistente, data ad hereditarium pactum dicto Johanni, filio quondam Sebastiani Adriaenss., a predicto Johanne, filio quondam Gerardi van den Kilsdonck, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Gerardi dicti sRoyen, tinctori, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto Johanni, filio quondam Sebastiani Adriaenss., et eidem reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Bogart et Toelinc, datum XIII[a] ianuarii.

R1270, fol. 239v
13 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Thomas, filius quondam Arnoldi dicti Raessoen van der Zantvoirt, hereditarie vendidit Johanni dicto Coelborneer, filio quondam Johannis Coelborneer, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter et in Buscoducis absque omni precaria domini ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex pecia terre arabilis dicti venditoris, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum Op Heze, inter hereditatem Henrici Ghysbrechtss. ex uno et inter hereditatem Jacobi Arnt Jacopss. ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Willelmi Jacopss. ad hereditatem heredum cuiusdam dicti Theeuwen Henricxss.; item ex uno et dimidio bonariis prati eiusdem venditoris, siti in parochia de Aerlebeeck, in palude dicta tVeebroick, inter hereditatem Johannis dicti Huybenss. ex uno et inter hereditatem liberorum dictorum Van den Velde ex alio, tendente ab hereditate dicti Johannis Huyben ad hereditatem liberorum quondam Godefridi van der Zantvoirt, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi et tribus vasis siliginis hereditarie pactionis ex dicta pecia necnon censu fundi ex dictis uno et dimidio bonariis per prius annuatim et iure solvendum deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 239v
13 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum sexaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Thome repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 239v-240r
13 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Willelmus dictus die Sprenger, filius naturalis et illegitimus quondam domini Willelmi die Sprenger, maritus legitimus, ut dicebat, Arnolde, sue uxoris, filie naturalis quondam Arnoldi

van der Bolst, et ipsa Arnolda cum eodem Willelmi, suo marito, tamquam cum suo tutore, hereditarie vendiderunt Henrico Oems, filio quondam Johannis Oems, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacente et sua lignicrescentia desuper stantes dictorum venditorum, pariter maldratam terre vel circiter continentem, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum Davelair, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex utroque latere, tendentibus a communitate de Vechel ad hereditatem Lodovici de Erpe; item ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia predicta, ad dictum locum Aent Davelaer vocatum, inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi Lyben ex uno et inter hereditatem Danielis, filii quondam Theoderici die Leeuwe, ex alio, tendente ab hereditate Johannis Claess. ad quandam stegam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittentes et cum eis Heilwigis, eorum filia legitima, cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi et hereditaria pactione dimidii modii siliginis per prius annuatim exinde e iure solvendis deponere et satisfacere.
Testes datum, supra.

R1270, fol. 240r
18 januari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Petri Jan Stevenss., peciam terre arabilis, sitam in parochia de Vessem in communibus agris ibidem, dictis In de gemeyn Braeckackeren, inter hereditatem Petri dicti Elen ex uno et inter hereditatem Symonis, filii Mathie Gieliss., ex alio, tendentem ab hereditate Johannis dicti van der Aa ad hereditatem Wolteri dicti Lippen in ea quota qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Egidio, filio quondam Mathie Gieliss., rotifici, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad unum stuferum ascendentem domino nostro duci annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVIII^{a} ianuarii.

R1270, fol. 240r
18 januari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Petri Willems, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filia quondam Goeswini Ghysels, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Wolteri dicti Sheren, hereditarium censum quinque florenorum Renensium, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione dicti census aureorum florenorum Renensium iusti ponderis, dictum den gouden rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatam secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Anthonii Abbatis de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Arnoldi, venditoris, sitis in Buscoducis contigue ad forum loci inter hereditatem Lodovici Boys ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Theoderici van der Poirten, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto foro retrorsum usque ad aquam ibidem retro fluentem, die Dyese vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi hereditario censu octo aureorum florenorum Renensium atque hereditario censu quinque librarum et tercie parte unius libre monete per prius exinde annuatim et iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 240r-v
18 januari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante septuaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVIII[a] ianuarii.

R1270, fol. 240v
18 januari 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Fratres Johannes de Peer, minister, et Nycolaus de Dumo, procurator conventus fratrum Bogardorum tercii ordinis beati Francisci, siti in Buscoducis in vico Tinctoris, pro seipsis ac nomine dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem, presentium et futurorum, hereditarium censum duorum aureorum denariorum, communiter gwillelmusscilde vocatorum, viginti unum stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis ultra pontem dictum die Moelenbrugge, inter hereditatem Beatricis, relicte quondam Huberti Pouwels, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Henrici Lamberts, ex alio, quem censum predictum Henricus Brock, filius Henrici Brock, erga Jacobum, filium quondam Theoderici dicti de Kattelaer, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum dictus Henricus una cum certis aliis bonis et pactionibus prefato conventui pro celebratione duarum missarum assignaverat et reliquerat, ut videbatur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Wolteri dicti Neven, fabro, simul cum dictis litteris et instrumento ac iure occasione, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, presentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem, presentium et futurorum, necnon ex parte dicti quondam Henrici Brock ac suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 240v
18 januari 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Johannnes, filius quondam Goeswini Ghysels, filii quondam Ghiselberti Ghyzel, vinitoris, medietatem ad ipsum spectantem in domo lapidea, area et domo posteriori, sitis in Buscoducis ad forum et inter hereditatem Coenrardi de Boechen ex uno ac in iure edificandi in muro lapideo domus dicti Coenrardi ad longitudinem predicte domus lapidee, simul eciam in attinentiis earundem domus lapidee et aree ac domus posterioris singulis et universis; insuper in hereditario censu quatuor librarum monete, solvendo hereditarie Pasche ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis ad aggerem Vuchtensem atque in hereditario censu quadraginta solidorum dicte monete, solvendo hereditarie Pasche ex domo et area, olim Thome Zeelmekers, dehinc ad Johannem Teye spectante, sitis in Buscoducis ad aggerem vici Vuchtensis, hereditarie supportasset Arnoldo, filio quondam Petri Willemss.,

marito et tutore legitimo Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini Ghyzels, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis primodictus Johannes, filius quondam Goeswini Ghysels, palam recognovit et publice confessus est sibi plenariam forefactam solutionem per dictum Arnoldum de quibuscumque huiusmodi pecuniarum summis que sibi provenerunt solvendum ab eodem Arnoldo ex causa seu occasione dicte supportationis premissorum, clamans igitur dictus Johannes eundem Arnoldum et eius bona atque omnes alios huiusmodi quitancia indigenter de premissis quitos.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 241r
Deze akte is onvolledig

Aleidis, relicta quondam Nycolai Post, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate duarum domorum, arearum, ortorum et domus posteriori sibi.

R1270, fol. 241r
19 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Aleidis, relicta quondam Nycolai Post, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate duarum domorum et arearum sibi mutuo adiacentium orti ac domus posterioris, sitorum in Buscoducis in vico Vuchtensi inter hereditatem Mechtildis, relicte quondam Willelmi van Gewanden, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Godefridi Huedemekers, ex alio tendentium a dicto vico retrorsum ad hereditatem conventus Cruciferorum ibidem in illa, videlicet medietate premissorum que Franconi, filio Aleidis et quondam Nycolai predictorum, per et post mortem dicti quondam Nycolai, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est atque eidem Franconi per et post mortem dicte Aleidis, sue matris, adhuc advolvenda est, ut dicebat, legitime supportavit dicto Franconi, suo filio, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XIX^{a} ianuarii.

R1270, fol. 241r
19 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Franco hereditarie vendidit Hermanno Collart, filio quondam Petri Collart, tinctori, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo, aureum florenum, pronunc per archiducem philippum noviter monetatum, iusti ponderis, dictum den nyewen philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et aliam pecuniam pro nunc valuatam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Conversionis Pauli Apostoli et per primo solutionis termino a Conversionis Pauli proxime futuro ultra annum de et ex medietate premissorum ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi atque hereditarie censu septem et dimidio librarum monete per prius annuatim ex premissis e iure solvendis deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 241r
19 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum et vigintiocto consimilibus florenis Renensibus et et *(sic)* cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 241r
15 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Goeswinus, filius quondam Henrici Goebels, promisit super omnia et habenda Johanni Knappart aut latori presentium undecim florenos, XX^{ti} stuvers aut valorem pro quolibet computando, ad dominicam Letare Iherusalem proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Bogart, datum XV^{ta} ianuarii.

R1270, fol. 241r-v
20 januari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Rutgerus dictus de Loen hereditariam pactionem unius maldri siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter duodecim vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Os inter hereditatem Nycolai Symons ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Johannis Dircxsoen, ex alio; insuper ex quadam pecia terre, unam maldratam terre vel circiter continentem, sita ibidem inter hereditatem Lamberti de Brakel ex uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici Andries ex alio, quam pactionem predictam Delyana, relicta quondam Henrici, filii Johannis Muyls, erga Gerardum, filium quondam Theoderici Costers, emendo acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem dicta Delyana in suo testamento inter cetera inibi contenta prefato Rutgero legaverat, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Deenkini dicti Byekens, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Delyane ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XX^{a} ianuarii.

R1270, fol. 241v
20 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Henricus, filius quondam Henrici Jacopssoen, palam recognovit et super omnia et habenda Theoderico, filio quondam Henrici Janss., multori, ad opus sui et suorum liberorum et heredum promisit quod ipse Henricus huiusmodi dimidiam libram pagamenti, quam dudum Gerardus dictus Corff capelle supra Dungen et huiusmodi duo sextaria siliginis hereditarie pactione, que idem Gerardus dudum pauperibus supra Dungen in suo testamento legaverat, exnunc deinceps perpetue dabit et persolvet necnon dare et persolvere tenebitur sic et taliter

quod dictis Theoderico ac suis liberis et heredibus ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 241v
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Arnoldi die Wyze, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Erpe, solvendam hereditarie Purificationis et in Erpe tradendam de et ex domo, area, orto et hereditatibus sibi adiacentibus, pariter sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum die Schilt, inter hereditatem Johannis et Henrici Doncker ex uno et inter communitatem alias videlicet adiacentem; item ex pecia prati, sex plaustratas feni vel circiter annue prestante, siti in dicta parrochia, ad locum dictum Darschot, inter hereditatem Arnoldi Henricxsoen ex utroque latere, quam pactionem predictam dictus Arnoldus erga Johannem, filium quondam Henrici dicti Arnt Meeuss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Woltero de Beeck, filio quondam Goeswini de Beeck, simul cum dictis litteris et iure et cum arrestadiis quatuor annorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 241v-242r
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Wolterus de Beeck hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Arnoldi die Wyse, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Erpe, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Erpe tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadicientibus, olim domini Andree de Broichoven, investiti de Erpe, nunc vero dicti venditoris, sitis in parochia de Erpe, inter hereditatem Godefridi Strick ex uno et inter hereditatem Johannis Herbertss. ex alio, tendentibus a communi platea ad quasdam hereditates, dictas After Eerlicom, divisorum hominum ibidem; insuper ex quodam manso dicti venditoris, sito in dicta parochia in loco dicto Int Luytscet, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis hereditario censu sex librarum monete ex primodicto domo, area, horreo et orto ac hereditatibus necnon vitalibus pactionibus quinque modiorum siliginis atque hereditariis pactionibus quatuor modiorum siliginis ex dicto manso ac suis attinentiis predictis per prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 242r
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum vigintiquinque peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromiserunt.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 242r
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Christianus, filius quondam Johannis Elens, Nycolaus, filius naturalis quondam Gerardi die Werdt, et Johannes, filius quondam Arnoldi Geritss., hereditarie vendiderunt Elisabeth, filie quondam Johannis Roelofss.. hereditarium censum quatuor et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii Confessoris et pro primo solutionis termino Remigii Confessoris proxime futuro et in Buscoducis absque omni precaria domini ducis ceterisque oneribus libere tradendum de et ex quodam hereditate dicta Moer, cum suis attinentiis, mediatim dicti Christiani et mediatim dictorum Nycolai et Johannis, decem lopinatas terre vel circiter continente, dictam communiter die Kerckemoer, sita in parochia de Venloen inter hereditates Moer vocatas Robberti de Grevenbroick, domini temporalis de Venloen, predicta circumquaque adiacente; item adhuc ex domo, area et orto dicti Christiani, sitis in dicta parochia ad communem plaetzam ibidem, inter hereditatem domicelle Katharine de Haestrecht ex uno et inter hereditatem dicti Robberti de Grevenbroick ex alio, tendentibus alias ad communem plateam; item adhuc ex omnibus bonis dicti Nycolai habitis en habendis; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Johannis, sitis in dicta parrochia, ad locum dictum Opt Afterlinge, inter hereditatem liberorum quondam Gerardi die Bastart ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii quondam Johannis Engbrechtss., ex alio, tendentibus cum finibus utrisque ad communem plateam, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi domino de Loen necnon hereditaria pactione trium modiorum siliginis ex domo, area et orto dicti Christiani necnon censu fundi ex domo, area et orto dicti Johannis per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra. Testes, datum supra. *(sic)*

R1270, fol. 242r-v
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue cum sexagintatribus consimilibus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione dicti census aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo aureis florenis, pronunc per archiducem Philippum noviter monetatis iusti ponderis, dictum den nyewen philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vuerysereren pro tribus blanccis et alia pecuniam pronunc valuatam nae advenande secundum eandem valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionis per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XX^{a} ianuarii.

R1270, fol. 242v
20 januari 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Goeswinus, filius quondam Gerongii Goessenss., et Willelmus, filius quondam Bernardi Goessenss., promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturum et soluturum magistro Henrico Heym, canonico in Buscoducis, ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum septem et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dictis annis durante ocassione locationis duorum camporum sibi mutuo finaliter adiacentium, quinque iugera terre vel circiter pariter continente, sitorum in parochia de Geffen, in loco dicto den Geffensche Vrede, ut dicebat, talibus annexis condicionibus quod dicti Goeswinus et Willelmus dictos duos campos interim conservabunt et conservare tenebuntur ab omnibus operibus demptis novis, hoc tamen salvo quod iidem Goeswinus et Willelmus eadem nova opera exponent si necesse fuerit et hoc quo ad proximum terminum eis defalcabitur atque quod ipsi eosdem duos campos in duobus ultimis annis non seminabunt, sed ad pascuam dimittent, vulgariter dicentem sullen laten liggen te dries ofte weyen.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 242v
20 januari 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Goeswinus, filius quondam Bernardi Goessens, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto magistro Henrico ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum quinque consimiles florenos Renenses Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dictis annis durante, occasione locationis unius campi, quatuor iugera continentis, siti in dicta parochia, in loco dicto den Geffenschen Vrede, cum condicionibus ut supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 242v
20 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Daniel de Vlierden Danielssoen quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, promissos dicto Daniel a Nycolao dicto Coel de Orthen, textore laneorum, prout in litteris, legitime supportavit michi ad opus Lamberti Millinc simul cum dictis litteris et iure.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 242v-243r
21 januari 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Anthonius, filius quondam Rutgeri dicti van den Eenquinckel, hereditariam pactionem tredecim lopinorum siliginis mensure de Vechel, solvendam hereditarie Remigii Confessoris et in Vechel tradendam ex quodam crampo terre, dicto den Moelencamp, octo lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Vechel, ad locum dictum Dorhout, inter hereditatem Arnoldi Lodewichss. ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, et ex edificiis in eodem

campo terre consistentibus, quam pactionem dictus Anthonius erga fratrem Wolterum Smolners, priorem conventus regularium beate Marie virginis, siti supra Dumum prope Eyndoven, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo dicto Roever Peterss. simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XXI[a] ianuarii.

R1270, fol. 243r
21 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Christianus dictus van den Grave, carnifex, promisit super omnia et habenda Laurentio Boden novem peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Jacobi apostoli et mediatim Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 243r
21 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Johannis dicti Glavymans, et Symon, filius Johannis filii Willelmi dicti Wyten, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Glavymans, filii dicti quondam Johannis Glavymans, peciam terre mericalis, sitam in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Opte Dyeze, inter hereditatem liberorum quondam Johannis die Leeuwe ex uno et inter hereditatem heredum quondam domini Goeswini dicti van den Doeren, presbiteri, ex alio, tendentem ab hereditate liberorum quondam Godefridi dicti Reymbouts ad communitatem de Oisterwyck ibidem, que pecia terre mericalis dicto quondam Johanni Glavyman mediante quadam divisione inter ipsum et quondam Johannem die Leeuwe predictum dudum habita in partem cesserat in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem palata iacet, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus domini Romboldi, filii dicti quondam Godefridi Reymbouts, presbiteri, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere cum conditione consueta.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 243r
deze akte is onvolledig

Gerardus, filius quondam Wolteri Colensoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Johannis Ponthenyers.

R1270, fol. 243r-v
21 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Willelmi de Rode Janssoen, ab eodem Willelmo et quondam Aleyde, filia quondam Johannis Blerinc, pariter genitus, usufructum seu ius vitalis possessionis ac totum ius hereditarium sibi competentes in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendo hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter quatuordecim

lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Hezelant, inter hereditatem Ghiselberti, filii quondam Wautgeri dicti Sgreven, ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Henrici dicti Spierinx, et hereditatem Margarete, relicte quondam Rutgeri dicti de Gemonden, ex alio, hereditarie supportasset Gerardo, filio Wolteri Colensoen, marito legitimo Johanne, sue uxoris, filie quondam Johannis Ponthenyers, filii dicti quondam Aleydis, filie dicti quondam Johannis Blerinc, relicte quondam Willelmi de Rode, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus, filius Wolteri Colenss., tamquam maritus et tutor dicte Johanne, sue uxoris, dictam pactionem dimidii modii siliginis hereditarie supportavit Petro Steenwech, filio quondam Petri Steenwech, pellifici, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Johanne, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Willelmi de Rode Janss. ac suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXI[a] ianuarii.

R1270, fol. 243v
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Gerardus, filius quondam Theoderici Michielss, hereditarie vendidit Woltero de Hall, pellifici, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex agro terre dicti venditoris, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Scynle, ad locum dictum Aent dWybosch, inter hereditatem Egidii dicti Claess. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Scoemeker ex alio, tendente a communi via ad hereditatem olim Arnoldi Jacopss. van den Hoevel, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Willelmus, filius quondam Wolteri dicti Hoernkenss., indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis uno stufero census fundi atque hereditario censu quatuor et dimidie librarum monete per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXII[ta] ianuarii.

R1270, fol. 243v
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante trigintaquinque peters, XVIII stuferos vel valorem eorundem in alia pecunia seu moneta secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni legitime prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 243v
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu A signato constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus palam recognovit et super omnia et habenda dicto

Willelmo promisit quod ipse Gerardus eundem Willelmum et eius bona de pretacta promissione atque dampnum indempnem servabit, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 243v-244r
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Jacobus dictus Marsmans, filius naturalis quondam domini Jacobi Marsmans, presbiteri ordinis Theutonicorum, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Thome dicti Teelen, ab eodem quondam Thoma et quondam Katharina, sua uxore, filia quondam Godefridi dicti van den Broeck, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in parochia de Bakel supra mansum, dictum die Hoeve, tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, insimul modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Neynsel, inter communem vicum ex uno et inter hereditatem filii quondam Symonis de Langel et hereditatem Johannis dicti Craen ex alio, quam pactionem predictam Katharina dicta van den Vesten, filia quondam Godefridi dicti van den Broeck erga dictum Arnoldum, filium quondam Symonis de Langel, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio primodicte Katharine per et post mortem secundodicte quondam Katharine van den Vesten, sue matertare, iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Danieli de Vlyerden, filio quondam Danielis de Vlierden, simul cum dictis litteris et iure et cum arrestadiis duorum annorum ultimo preteritorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Katarine, sue uxore, necnon ex parte dicte quondam Katharine van der Vesten ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 244r
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Jacobus promisit super omnia et habenda dicto Danieli quadragintasex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Johannis ante Portam Latinam proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 244r
22 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Thomas, filius quondam Johannis dicti die Mylde, hereditarie vendidit Herberto, filio quondam Arnoldi Herbertss., ad opus Mechtildis, filie quondam Johannis dicti van den Arennest, hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in parochia de Zonne, inter cymitherium ecclesie ibidem ex uno et inter hereditatem Godestodis dicte Swuesten, relicte quondam Leonardi Michiels, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Johannis Stevens, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem,

exceptis una libra hereditarii census atque quatuor vasis seminis raparum hereditarii census annuatim per prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 244r
22 januari 1501
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Thomas promisit ut debitor principalis dicto Herberto quod ipse dabit et solvet eidem Herberto hereditarium censum duarum librarum monete hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex quodam campo terre, sextariatam terre vel circiter continente, sito in parochia de Zonne, ad locum dictum Opte Herpenbeeck, inter hereditatem Johannis Steevens ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente alias ad quendam aqueductum ibidem, dictum die Beeck; item ex quodam prato, sito ibidem inter hereditatem investiture ecclesie de Zonne ex uno et inter hereditatem Anthonii dicti die Clerck ex alio, tendente a communi semita ecclesie ad hereditatem Johannis Stevens, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere ac omnes alias obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 244r-v
22 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere dictos pactionem et censum perpetue, videlicet dictam pactionem mediatim vel integraliter, scilicet integram pactionem cum octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et dictum censum cum decem consimilibus peters et cum pactione et censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Herbertus pro se et dicta Mechtilde hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Thome repromisit.
Testes Hynden et Bogart, datum XXII^{a} ianuarii.

R1270, fol. 244v
22 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Nycolaus, filius quondam Arnoldi Watermaels, et cum Rodolphus van den Kolck Dircxs. et Nycolaus, filius quondam Aelberti Claess., promsissent ut debitores principalis indivisi Franconi de Langel ad opus Yewane et Marie, sororum, filiarum quondam Tyelmanni, filii quondam Yewani Jacopss., quod ipsi darent et solverent eisdem sororibus vitalem pensionem duorum aureum florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dictorum Yewane et Marie, sororum, ac alterius earundem diucius viventi in humanis medietatim Nativitatis Baptiste et medietatim Nativitatis Domini ex domo, area et orto dicti Nycolai, sitis in Hyntham inter quendam viculum ibidem quo itur versus domum van den Eyendonck ex uno; item ex omnibus et singulis bonis dictorum Rodolphi et Nycolai, filii quondam Aelberti, mobilbus et immobilibus, hereditariis et paratis, prout in litteris, constitute igitur coram scabinis infrascriptis dicta Maria et cum ea Yda, eius mater, relicta dicti quondam Tyelmanni, cum tutore, palam recognoverunt se recepisse a primodicto Nycolao Watermaels quascumque pecuniarum summas que ipsus provenierunt solvendas ex causa seu occasione acquitationis

dicte vitalis pensionis duorum florenorum Renensium, clamans inde quitum, promittentes que super omnia et habenda dictum Nycolaum et dictos Rodolphum et Nycolaum Aelberts et omnes alios de dicta pensione et ulteriori solutione atque dampnum indempnem servare.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 244v
22 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Nycolaus, filius quondam Arnoldi Watermaels, relictus quondam Aleidis, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Zeberti Zebertss., pistoris, ex uno et inter hereditatem Lamberti dicti Loyen ex alio, tendentibus a communi via lapidea retrorsum ad communem plateam, ut dicebat, legitime supportavit Nycolao et Arnoldo, fratribus, necnon Elisabeth, eorum sorori, liberis Nycolai et quondam Aleydis predictorum, ad opus eorum et ad opus Anthonii, eorum fratris, ac Elisabeth, eorum sororis, liberorum eorundem Nycolai et quondam Aleidis, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 244v-245r
22 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Nycolaus et Arnoldus, fratres, necnon predicta Elisabeth, eorum soror, cum tutore, pro seipsis et pro dicto Anthonio, suo fratre, et Elisabeth, eius sorore, secundodicta, promiserunt ut debitores principales Rodolpho, filio quondam Johannis Toelinc, multori, quod ipsi dabunt et solvent eidem Rodolpho hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini de et ex domo, area et orto predictis. Promiserunt indivisi super omnia et habenda et cum eis primodictus Nycolaus, eorum pater, indivisi warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis duabus libris hereditarii census per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 245r
22 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterunt pater et liberi redimere perpetue cum decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Rodolphus Toelinc hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto patri et liberis repromisit .
Testes, datum supra.

R1270, fol. 245r
22 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Henricus, filius Petri Seskens, promisit super omnia et habenda Paulo dicto Raessen quatuordecim et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuwether, datum supra.

R1270, fol. 245r
22 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Arnoldus dictus Joirdens et Katharina, eius uxor legitima, filia quondam Gerardi van den Acker, cum eodem tamquam cum suo tutore domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis ad vicum Aen de Weverplaetze, inter hereditatem Ermgardis dicte Sanders et eius filie ex uno et inter hereditatem Fratrum Cellitarum, dictorum Celbruederen, commorantium in Buscoducis, ad locum dictum Triniteyt, ex alio, tendentes a communi platea *(hierna ontbreekt* ad*)* hereditatem heredum quondam Aelberti de Berze, ut dicebat, legitime supportaverunt Gerardo, filio quondam Mathie Dircxss., emptori bladorum, et effestucando resignaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, tali conditione annexa quod postquam dictus Gerardus de huiusmodi quinquaginta duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, in quibus dicti Arnoldus et Katarina sibi ex iusto debito, prout publice recognoverunt, obligantur plenarie persolutus fuerit atque eosdem inbursaverit et receperit de et ab annali locatione domus, aree et orti predictorum, quo extunc et non prius supportatio pretacta de cetero erit nulla nulliusque roboris et momenti, prout dictus Gerardus hoc publice recognovit et consentiit.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 245r-v
22 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Goeswinus de Brecht hereditarium censum undecim aureum florenorum, gouden enckel koervorstergulden communiter vocatorum, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum de et ex decem et dimidio hont terre Nycolai, filii quondam Nycolai die Roy, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Paelacker, inter hereditatem Johannis, filii Michaelis Zeynssen, ex uno et inter hereditatem Michaelis, filii quondam Nycolai die Roy, ex alio; item ex decem et dimidio hont terre de Michaelis, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem dicti Nycolai ex alio et inter hereditatem altaris Sancti Anthonii in ecclesia de Os ex alio; item ex uno et dimidio iugeribus terre Michaelis, filii Johannis Zeynssen, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Rushoevel, inter hereditatem dicti Nycolai ex uno et inter hereditatem heredum quondam Goeswini Loekens ex alio; item ex uno iugere terre Henrici, filii dicti Michaelis Jan Seynssen, sito in parochia predicta, ad locum dictum Den Opperen Poel, inter hereditatem Jacobi Marsmans ex utroque latere; insuper ex octo hont terre Johannis, filii dicti Michaelis Seynssen, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Paelecker, inter hereditatem Hermanni de Os ex uno et inter hereditatem dicti Nycolai die Roy ex alio; insuper ex octo hont terre, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Op ten Brant, Mathei, filii dicti Michaelis Jan Seynssen, inter hereditatem Henrici, filii quondam Arnoldi Emmen, ex uno et inter hereditatem Hermanni Coenen ex alio; item ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, pariter unam modiatam terre vel circiter continente, Willelmi Haertscheen, sitis in parochia de Zonne, ad locum dictum Espe, inter hereditatem Willelmi van den Hoeve ex uno et inter hereditatem cuiusdam dicti Vroonhoven Broeckman ex alio; item ex uno iugere terre Petri,

filii quondam Henrici Herberts de Herpen, sito in parochia de Os, ad locum dictum Crusenbeempt, inter hereditatem Willelmi die Loyer ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex alio, quem censum predictum dictus Goeswinus de Brecht erga Nycolaum et Michaelem, fratres, Michaelem Jan Seynssen, Henricum, Johannem et Matheum, eius liberos, Willelmum Haertschen et Petrum predictos emendo acquisierant, prout in litteris, hereditarie supportavit Jordano de Boert, simul cum dictis litteris et iure ac arrestadiis unius anni, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dictis venditoribus reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum literarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXII^{da} ianuarii.

R1270, fol. 245v
5 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinc

Dictus Jordanus dictum censum hereditarie supportavit michi ad opus Johannis de Vlyerden, filii quondam Johannis de Vlierden, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum quinta septembris.

R1270, fol. 245r-245v
24 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Henricus de Weilhusen promisit super omnia et habenda magistro Francisco Toelinc ad opus Mechtildis, relicte quondam Ghiselberti Toelinc, eius matris, octo florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando, necnon tres et dimidium consimiles stuvers Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXIIII^{ta} ianuarii.

R1270, fol. 245v-246r
28 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dominus Willelmus de Dommelen, presbiter, hereditarium censum viginti octo grossorum antiquorum, solvendum hereditarie Assumptionis Marie de et ex hereditate cum suis attinentiis, sita ad locum dictum Op geen Sliffart, que olim fuerat Priami dicti Moers et que Guedeldis dicta sHermer possidebat quocumque locorum illa hereditas in parochiis de Strype et Seelst sita est, quem censum predictum magister Godefridus de Dommelen ad opus dicti domini Willelmi de Dommelen erga Gerardum et Anthonium, fratres, liberos quondam Leonii, filii quondam Willelmi de Dynther, necnon Johannem Everitss., maritum et tutorem legitimum Godescalce, sue uxoris, Godefridum, filium quondam Johannis Goyarts, maritum et tutorem legitimum Katherine, sue uxoris, Jordanum, filium quondam Gerardus de Boeningen, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, et Rodolphum, filium Henrici Roelofss., maritum et tutorem legitimum Johanne, sue uxoris, filiarum dicti quondam Leonii, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Jordani de Boert simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali condicione annexa quod dictus Jordanus nec sui post ipsum successores proprietarii pro tempore census predicti quocumque

tempore futuro dictum censum non petent, monebunt nec via iuris prosequentur persequi promittent ad et supra bona Gerlaci de Nuwelant, situata in Strijpe.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXVIII[a] iulii.

R1270, fol. 246r
24 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Willelmi dicti van den Berge, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Arnoldi dicti Coelborneer, ab eodem quondam Arnoldo et Katherina, sua uxore, pariter genite, atque Mechtildis, relicta quondam Cornelii Coelborner, filii quondam Arnoldi et Katharine predictorum, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Cornelii, sui dum vixit mariti, ut dicebat, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate Godefridi Grotart de Os, Nycolai, filii quondam Hermanni Coenen Philipss., atque Johannis Coelborner tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis pretactorum necnon cum ea Willelmus et Mechtildis, eius soror, liberi Mechtildis et quondam Cornelii predictorum, cum tutore, hereditarium censum sedecim librarum monete, quem censum Willelmus dictus Vrieze promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Johanni dicto Neynsel, quamdiu idem Johannes vixerit in humanis et post decessum eiusdem Johannis Jacobo, filio eiusdem Johannis, ab eodem Johanne et Gherburge, quondam sua uxore, filia quondam Henrici dicti Moelen, pariter genito et precreato, hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini ex medietate domus, aree quondam Coenrardi dicti Writer, site ad forum opidi de Buscoducis contigue iuxta domum et aream que fuerat Henrici dicti Barbiers, depost ad Gerardum dictum de Berze spectantem, ex uno et inter hereditatem quondam Reyneri de Zonne, nunc ad magistrum Wolphardum de Ghiessen spectantem, ex alio, scilicet ex illa medietate primodictus domus et aree, que sita est contigue iuxta domum et aream, que fuerat Henrici Barbiers predicti, depost spectantem ad Gerardum de Berze, et quem censum predictum dicta Katherina, relicta dicti quondam Arnoldi Coelborner, ad opus sui et ad opus liberorum, ab ipsa et dicto quondam Arnoldo pariter genitorum, erga Bartholdum Back et domicellam Elisabeth, eius sororem, liberos quondam Johannis Back et Johanne de Kessel, maritum et tutorem legitimum domicelle Theoderice, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Back, dudum acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Goeswino van den Hezeacker simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Johanne necnon ex parte dictorum Katharine et eius liberorum ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXIIII[ta] ianuarii.

R1270, fol. 246r-v
24 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Mechtildis, relicta quondam Cornelii Coelbornere, filii quondam Arnoldi Coelbornere, filii quondam Johannis, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Cornelii, sui dum vixit mariti, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate dictorum executorum necnon cum ea Willelmus et Mechteldis, eius soror, liberi Mechtildis et quondam Cornelii predictorum, pro se ipsis et pro magistro Arnoldo, eorum fratre, filio eorundem Mechtildis et quondam Cornelii, cum tutore, medietatem ad ipsos, ut dicebat, spectantem in hereditario censu quatuor aureorum

denariorum antiquorum, aude scilde communiter vocatorum, monete regis Francie boni auri et iusti ponderis seu alterius pagamenti eiusdem valorem, solvendo hereditarie Nativitatis Domini ex duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Lytt, in loco dicto In den groten Liensvelt, inter hereditatem Arnoldi dicti de Hoemen ex uno et inter hereditatem Petri dicti de Maren ex alio, atque ex iugere terre, sito in parochia de Kessel in loco dicto In den Eftersten Eert, inter hereditatem quondam Goeswini dicti Loedekenssoen ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Herberti dicti Trudensoen ex alio; item ex decem et septem hont terre, sita in parochia de Kessel in loco dicto Int Stroobroick, inter hereditatem Henrici dicti Bouman de Kessel ex uno et inter hereditatem Goeswini, filii Goeswini dicti Keryss., ex alio, quem integrum predictum dictus Arnoldus Coelbornere, filius quondam Johannis, erga Willelmum van den Hezeacker, maritum et tutorem legitimum Adriane, sue uxoris, filie quondam Henrici de Rysingen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Willelmi van den Berge, tamquam marito et tutori legitimo dicte Johanne, sue uxoris, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicti magistri Arnoldi necnon ex parte dicti quondam Arnoldi Coelbornere ac quorumcumque suorum heredum et successorum in medietate predicti census deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXIIII[ta] ianuarii.

R1270, fol. 246v
26 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Ambrosii Meliss., pistor, hereditarie vendidit Geertrudi, relicte quondam Godefridi de Vechel, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Orthensi, inter hereditatem Willelmi Pieckevet ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Johannis Willemss., ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad communem aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi, hereditario censu septem librarum monete ac hereditaria pactione unius modii siliginis per prius annuatim exinde e iure solvendum, ut deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum XXVI[ta] ianuarii.

R1270, fol. 246v
26 januari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue quamlibet videlicet libram cum sex peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Geertrudis cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, venditori, repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Geertrudi legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 246v-247r
27 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Henricus dictus Clynge Henricxss. promisit super omnia et habenda se daturos et soluturos Lamberto van den Hezeacker ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum undecim et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dictorum annorum spacio durante occasione locationis quatuor et dimidii iugera terre, sitorum in parochia de Magno Lytt, que quatuor et dimidium iugera predicta ad dictum Lambertum spectare dinoscuntur, ut dicebat, tali annexa conditione quod dictus Lambertus quecumque opera ad dicta quatuor et dimidium iugera terre annuatim et interim e iure conservandi sic et taliter conservabit aut conservare faciet et procurabit quod dicto Henrico dampna exinde non eveniant in futuro, videlicet sic quod idem Henricus de singulis aliis oneribus erit quitus, prout Lambertus recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXVII^{a} ianuarii.

R1270, fol. 247r
27 januari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Mechteldis et Agnes, eius soror, filie quondam Judoci Knoden, super duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Littoyen in loco dicto In Hillenhoeve, olim spectantibus ad dictum Judocum, earum patrem, inter hereditatem Reyneri de Os ex uno et inter hereditatem Godefridi Ghysbertss. ex alio et fine uno, dudum venditis seu supportatis Henrico, filio quondam Reymboldi Spornyers, a Petro, Arnoldo et Johanne, fratibus, liberis dicti quondam Judoci; item super quodam campo terre arabilis, sito in parochia de Os, ad locum dictis Aen de Voirtstraet, inter communem plateam circumquaqua adiacentem, eciam dudum vendito Arnoldo, filio quondam Henrici Arntss., a Petro, Arnoldo et Johanne predictis; item super duodecim vasatas terre, eciam olim dicti quondam Judoci, sitas in dicta parochia in quodam campo dicto Lyefkenscamp, eciam dudum vendito Johanni dicto Sanders a Petro, Arnoldo et Johanne predictis; insuper adhuc super omnibus aliis huiusmodi hereditatibus quas dicti Petrus, Arnoldus et Johannes olim et ante datam presentium de bonis per dictum Judocum, eorum patrem, relictis, pro se ipsis ~~dicto~~ et nomine dictarum sororum vendiderant aut supportaverant, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, atque super toto iure ad opus dictorum Petri, Arnoldi et Johannis hereditarie renunciaverunt ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 247r-v
27 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Udo, filius quondam Johannis Wychens, pro se ipso Henrico, suo fratre, et Lamberto, filio quondam Henrici Willemss., Johannes, filius dicti quondam Johannis Wychens, pro se ipso et Mechtilde, sua sorore, et Theoderico, eorum fratri, Henricus, filius quondam Reymboldi Spornyerssoen, pro Mercelis, filio quondam Ghiselberti Valant alias dicti Lysscop, marito et tutori legitimo Mechteldis, sue uxoris, et Theoderico, filio quondam Gerardo die Bleser, Theodericus, filius quondam Johannis de Drueten, maritus et tutor legitimus Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Wychens, Marcelius, filius Henrici Ghysbrechss. alias dicti Beeckshoessen, pro Henrico Ruysschen, Johannes,

filius quondam Arnoldi Janss., Rodolphus, eius frater, necnon Maria, Yda, Adriana, eorum sorores, filie dicti quondam Arnoldi Janss., Elisabeth dicta Lyeken et Margareta, sorores, filie quondam Henrici Willemss., necnon Henricus, filius Petri Janss., fabri, maritus et tutor legitimus Cornelie, sue uxoris, filie quondam Rodolphi Janss., medietatem ad ipsos spectantem in uno iugere terre quondam Arnoldi, filii quondam Lamberti van den Hoeven, et Adriane, sue uxoris, sito in parochia de Os, ad locum dictum Huysmansbeempt, inter hereditatem Petri Henricxsoen ex uno et inter hereditatem Lamberti, filii quondam Gerardi Robben, ex alio; item in quatuor hont terre vel circiter, sitis in dicta parochia, ad locum predictum, inter hereditatem Arnoldi van den Hoeven ex uno et inter hereditatem heredum quondam Nycolai Daems ex alio, et que unum iuger terre et quatuor hont terre predicta iam una pecia terre esse dinoscitur et sita est ibidem inter hereditatem Petri Henricxss. ex uno et inter hereditatem Nycolai Nycolai Briens ex alio, illam scilicet medietatem premissorum seu iamdicte pecie terre, que sita est contigue iuxta hereditatem Petri Henricxss., hereditarie supportassent Theoderico, filio quondam Henrici Comans, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus dictam medietatem premissorum hereditarie supportavit Marie, relicte quondam Lamberti van den Hoeven, pronunc uxoris legitime Henrici, filii Johannis Bogarts, ad opus sui quo ad eius usufructum et ad opus liberorum Marie et Lamberti predictorum quo ad eorum ius heredum, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXVII[a] ianuarii.

R1270, fol. 247v
27 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Bartholomeus Bloyss dedit Nycolo, suo filio, ad opus sui et ad opus Godefridi et Henrici, liberorum Bartholomei predicti, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 247v
27 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Arnoldi Peterss., promisit ut debitor principalis Arnoldo dictus Colve, filio quondam Reyneri Colve, quod ipse dabit et solvet eidem Arnoldo hereditarium censum sex librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini de et ex pecia terre siliginee, modiatam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Aen den Moelengrave, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Hollant ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Johannis Eyckmans, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis tribus libris monete hereditarii census annuatim per prius exinde e iure solvendum, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 247v
27 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum triginta peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 247v
27 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Ghiselbertus de Hulst et Johanna, eius uxor legitima, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Ghiselberti, filii quondam Godefridi de Gestel, vigintiquatuor florenos Renenses, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Martini hyemalis proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 247v-248r
27 januari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinc

Mechteldis, relicta quondam Henrici, filii quondam Jacobi Sanders, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Henrici, ut apparebat, domistadium terre, tres vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, ad locum dictis Op Scadewyck, inter hereditatem Nycolai Bogart ex uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici Cuypers ex alio, quod domistadium terre predictus Arnoldus et Lambertus, fratres, liberi quondam Arnoldi van der Heyden, prefato Henrico dudum hereditarie supportaverunt, ut videbatur in litteris de Os contineri, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Goeswini dicti Bobben, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suis liberorum ac ex parte dicti quondam Henrici, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXVII ianuari.

R1270, fol. 248r
27 januari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis, dictus Theodericus promisit ut debitor principalis magistro Petro de Os, filio quondam Johannis Rutgers, quod ipse dabit et solvet eidem magistro Petro hereditarium censum duarum et dimidie librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex premissis necnon ex una sextariatam terre vel circiter sita ibidem, inter hereditatem Alardi Steynss. et Mercelii, eius fratris, ex uno et inter hereditatem Nycolai Bogart ex alio; item ex septem hont terre vel circiter, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Eesscharden, inter hereditatem Coenrardi Robben Claess. ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Romboldi Spornyers, ex alio. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 248r

27 januari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinc

Et poterit redimere ad spacium trium annuorum Purificationis proxime futuro sine medio sequentium semper dicto spacio durante cum duodecim peters, XIX stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu amni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 248r
27 januari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinc

Et tenebitur redimere infra spacium trium annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequentium cum duodecim consimilibus peters et cum censu et arrestadiis, prout Theodericus recognovit et super omnia et habenda dicto magistro Petro promisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 248r-v
27 januari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinc

Sorores Elisabeth de Herentals, procuratrix, et Elisabeth Scellens, soror conventualis sororum tercie regule Sancti Francisci domus Montis sancte Katharine, site in Oisterwyck, cum tutore nomine earum, et dicti domus ac quarumcumque sororum eiusdem, presentium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate domini Willelmi de Pomerio, presbiteri, confessoris pro tempore domus pretacte, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, iuxta portam Sancte Crucis, inter hereditatem Nycolai Scilder ex uno et inter hereditatem Willelmi Vosmoers ex alio; insuper ex medietate cuiusdam prati, dicti Dat Lepelbroeck, siti in parochia de Oirschot in pastoria de Spoerdonck, quem censum predictum magister Henricus Pelgrom ad opus Nycolai, filii quondam Johannis van der Stegen, erga Wolterum Neven, filium quondam Johannis Wouterss., emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum dictus Nycolaus in suo testamento prefatis sororibus legaverat, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni, filio dicti quondam Wolteri Neven, simul cum dictis litteris et instrumentis ac iure occasione, promittentes cum tutore sub obligatione omni bonorum dicte domus, presentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Nycolai ac suorum heredum necnon ex parte dicte domus et sororum eiusdem, presentium et futurorum, deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXVII[a] ianuarii.

R1270, fol. 248v
deze akte is onvolledig

Willem Pels Henricxsoen heeft geloeft als sculder principael op hem ende allen zyn gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende.

R1270, fol. 248v
27 januari 1502

Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Willem Pels Henricxss. heeft geloeft als sculder principael Lysbetten, dochter Jans van den Hout, synre maigt, dat hy sal geven ende betalen derselve Lysbetten een jairlycke lyfpensie van enen mud roggen der maten van Den Bosch, alle jair ten leven van der voirs. Lysbetten ende nyet langer, in den hoichtyde van Onser Lieven Vrouwen Lichtmisse ende voir den iersten taeldach in den hoichtyde van Lichtmisse ten iersten comende nae dode des voirs. Willems Pels ende Margrieten, zynre huysvrouwen, ende nyet eer, ende ten Bosch te leveren van ende vuyt den huyse, erve, hove ende afterhuse des voirs. Willems, gelegen in Shertogenbosche over die Geerlixebrugge in Scilderspoirt aldair, tusschen erffenisse der zusteren van Orthen aldaer aen deen zyde ende tusschen erffenisse der erfgenamen Jacops die Lu aen dander zyde ende metten eenen eynde, streckende metten anderen eynde aen die gemeyn straet, met condicien hierinne toegedaen oft alsoe geboirden, dat Got ummers verhueden moet, dat Lysbeth voirs. by den voirs. Willemen ende Margrieten, zynre huysvrouwen ,ten eynde toe van henre beyder levenen ende des lancxste leven van hen beyden nyet en bleeff woenen ende hen hoir gerieff nyet en dede van haveninge ende des dair toe behoert, dat in dien gevalle ten wille ende wederroepen des voirs. Willems oft zynre voirs. huysvrouwen, die voirs. geloeft ende veste van den mud lyfroggen voirs. zal zyn crachteloos, doot ende van onwerden.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 248v-249r
27 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Rodolphus, filius quondam Johannis Beysen, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis de Lynther, ad opus Geerlaci de Nuwelant hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currentis pro eodem computando, anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter unam et dimidiam modiatas terre vel circiter continentes, sitis in parochia de Zonderwyck, ad locum dictum Velthoven, inter quandam communem viam ibidem dictam den Molenwech ex uno et inter hereditatem Wolteri Symonss et liberorum quondam Wolteri Goyartss. ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis Blaerthems ad communem plateam; item adhuc ex agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Jacobi dicti Wreynss. ex uno et inter hereditatem Barthelomei dicti Lanen ex alio, tendente ab hereditate Johannis van der Lynden ad hereditatem Theoderici van den Berge, ut dicebat, promittens insuper super omnia et habenda warandiam et alias obligationem et impetitionem, exceptis censibus fundi atque hereditaria pactione quatuor modiorum siliginis per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 249r
27 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum decem et octo florenis Renensibus, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni

redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus nomine dicti Geerlaci palam recognovit et super omnia et habenda dicto Rodolpho repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 249r
27 januari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Laurencius, filius quondam Johannis Beysen, promisit super omnia et habenda dicto Rodolpho quod ipse Laurencius dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Rodolpho ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 249r-v
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Godefridis die Brouwer, filius quondam Johannis die Brouwer, medietatem ad ipsum spectantem in hereditarie pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendo hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendo ex campo terre, sita in parochia de Os, ad locum dictum Op Langendonck, inter hereditatem Coenrardi, filii Robberti Claess., ex uno et inter hereditatem heredum quondam Lamberti Doncker ex alio; item ex sex vasatas terre, sita in dicta parochia in loco dicto Lokart, inter hereditatem Coenrardi Keymp ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Bobben ex alio; item ex tredecim vasatas terre, sita ibidem inter hereditatem heredum quondam Rodolphi Mannarts ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii Nycolai Arntss., ex alio; item ex duobus iugeribus terre, sita in parochia de Tefelen in loco dicto Int Zaer, inter hereditatem fabrice ecclesie de Tefelen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Egidii van Os Dircxss. ex alio; item ex duobus et dimidio iugeribus terre, sita in parochia de Littoyen, ad locum dictum die Dystelweyen, inter hereditatem dictam den Dollendyck ex uno et inter hereditatem Gerardus de Maren ex alio, quam integram pactionem predictam Jacobus Voegel de Amsterdammis, filius quondam Barthelomei, dicto Godefrido die Brouwer et Johanni, filio Petri Willemss., dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus dicti Johanni, filio Petri Willemss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum X^{a} februarii.

R1270, fol. 249v
deze akte is onvolledig

Jan Robben ende Jan, zoen Michiel Zeynssen, als inres oft heffers van den geworven penninck tot Os als.

R1270, fol. 249v
27 januari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Jan Robben ende Jan, zoen Michiel Zeynssen, als gecoren inres oft heffers ten tyde tot Os van den penninck geworven in den iersten oirloge van Gelre, mechtelick dairtoe, zoe zy seeghden,

hebben oepelic bekent ontfangen te hebbene als van wegen der vryheit van Os voirs. van den weduwen wilneer Henricx Ghysselen doer handen heeren Jans, hairs soens, vyff ende twentich stuvers, die welke int afleggen van den voirs. geworven penninck tot Os voirs. nu geset zyn op drie mergen lants, toebehoerende der voirs. weduwen, gelegen tot Os in srentmeesters hoeve, ende scelden quit die voirs. weduwe ende drie mergen lants voirs als van den voirs. XXV stuvers ende van voirder betalinge des voirs. geworvens gelts als van den iersten oirloge voirs. dairinne die voirs. weduwe ten ocsuyne van den voirs. drie mergen lants gehouden mucht wesen.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXVII[a] januarii.

R1270, fol. 249v
28 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Geerburgis, relicta quondam Danielis, filii quondam Johannis Goyartss., cum tutore, et Johannes, filius quondam Gerardus Willemss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie dictis quondam Danielis, et ipsa cum eodem tamquam cum suo tutore domum et ortum ac quendam aggerem simul cum aggere, dicto den Uterdyck, ibidem in opposito situato ac protenso usque quandam insulam ibidem sitam in parochia de Empel et Meerwyck, ad locum dictis Henxthem, inter hereditatem Willelmi Claess. cum uno et cum alio latere ad hereditatem Luce Jan Goyartss., dudum venditis seu supportatis dicto Danieli, filio quondam Johannis Goyartss., ab Hermanno, filio quondam Arnoldi de Malsen, prout in litteris de Empel et Meerwyck videbatur contineri, hereditarie supportaverunt Johanni, filio quondam Theoderici, filii quondam Johannis Goyartss., ad opus sui quo ad eius usufructum necnon ad opus Theoderici, Katharine et Marie, suorum liberorum, ab ipso et Anthonia, sua uxore, pariter procreatorum, quo ad eorum ius hereditarium simul cum dictis litteris et iure, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Danielis ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, salva tamen et dicto Johanni, filio quondam Theoderici Jan Goyartss., reservata quamdiu in humanis vixerit sua libera potestate premissa in toto vel in parte vendendi, alienandi, obligandi seu transportandi premissos non obstante.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXVIII[a] ianuari.

R1270, fol. 250r
28 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Johannes, filius quondam Theoderici Jan Goyartss., promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicte Geerburgi ad spacium quatuor annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequentium quolibet dictorum annorum duos florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et quartam partem unius huiusmodi floreni Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dictis annis durante, et adhuc in ultimo termino dictorum quatuor annorum triginta tres et dimidium consimiles florenos Renenses et quinque consimiles stuvers.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 250r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu .A. signato constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Theoderici Jan Goyartss., promisit ut debitor principalis dicte Geerburgi quo ad eius usufructum et dicto Johanni, tamquam marito et tutori dicte Katharine, sue uxoris, quo ad hereditarium censum duorum florenorum Renensium consimilium et quarte partis unius huiusmodi floreni.

R1270, fol. 250r
28 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu .A. signato constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Theoderici Jan Goyartss., promisit ut debitor principalis dicte Geerburgi et Johanni, filio quondam Gerardus Willemss., tamquam marito et tutori dicte Katharine, sue uxoris, quod ipse dabit et solvet eidem Geerburgi quo ad eius usufructum necnon dicto Johanni quo ad ius hereditarium annum et hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et quarte partis unius huiusmodi floreni anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 250r
16 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Johannes, filius quondam Gerardus Willemss., tamquam marito, ultra palam recognovit se recepisse a dicto Johanni Dircxss. quindecim et dimidium consimiles florenos Renenses et hoc in defalcationem summe, qua mediante dictus census redimi potest, clamans inde quitum, salvo tamen dicte Geerburgi et sibi reservato suo usufructu in censu predicto iuxta continentiam suarum litterarum, recognitione pretacta non obstante.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVI^{ta} augusti.

R1270, fol. 250r
28 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta tribus et dimidio consimilibus florenis Renensibus et quinque consimilibus stuveris et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicte Geerburgis et Johannes Gerit Willemss., cum tutore, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Theoderici Jan Goyartss., repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 250r-v
28 januari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Lambert Millinc een hoeve met allen haren toebehoirten, gelegen in de prochie van Doerne, ter plaetzen geheiten Bernheze, geheiten die Cleyne Hoeve van Bernheze, gelyc ende in alder manieren Jan van den Sande dieselve hoeve tanderen tyden gebruyct ende in zynre toelingen

gehadt heeft, als hy seeghden, heeft hy verhuert in rechter hueringe den voirs. Jannen van den Zande enen tyt van acht jaren duerende, aengaende in den hoichtyde van Pinxten nu naestcomende ende alsoe duerende die acht jaren voirs. jairlix te hebbene ende te besittene voir die grontchynsen, jairlix dair vuyt te vergeldene, gedragende omtrent enen enckelen gouden gulden, te geven ende te betalen van Jannen voirs. ten tyde dairtoe gewoentlic, ende noch voir enen jairlycken pacht van vierthien mudden roggen ende acht mudden garsten der maten van Helmont ende noch voir een jairrente van twentich gouwen peters, elcken peter tot negentien stuvers gerekent, te geven ende te betalen alle jaer den voirs. tyt van jaeren geduerende in den hoichtyde van Lichtmisse ende voir den iersten termyn van betalinge van den hoichtyde van Lichtmisse nu naestcomende over een jair, ende alsoe voirts van jaer te jaer die voirs. jaren geduerende, gelovende die voirs. Lambert super omnia et habenda de premissis warandiam pro premissis oneribus dicto spacio durante ac omnes alias obligationem et impetitionem deponere. Ende desen gesciet heeft wederomme geloeft die voirs. Jan super omnia et habenda te geven ende te betalen den voirs. Lamberden die voirs. jaerpachten van XIIII mudden roggen ende acht mudden garsten ende die voirs. jaerrente van XX gouden peters alle jaer der voirs. jaeren ten termyne voirs.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXVIII[a] ianuarii.

R1270, fol. 250v-251r
28 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Wy Bogart et Paeuweter, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is Ghysbert van der Asdonck, seggende hoe dat hij in den hove van Brabant voir den eerwerdigen heren cancellier ende anderen heren van den edelen Raide ons aldergenedichte heren des eershertogen, geordineert in zynen genaden lande van Brabant voirs., te doen sal hebben een zake tegen Willemen ende Geritden, gebrueders, kynderen van Uden van Gerwen, welke zake hy overmits andere occupacien die hy te doen heeft in zynen properen persoene nyet vervolgen en can noch en mach ende heeft dair omme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert Claessen Steeuwech, zynen procureur ende facteur, gevende ende verlenende denselven Claessen vry ende volcomen macht ende sunderlinge bevele in zynen name ende van zynre wegen voir den voirs. heren cancellier ende anderen heren in den hove voirs. te compareren ende aldair zyne zake voirs. te verweren, het zy in aenleggers oft verwerders stad, ende generalic allet dairinne ende voirt te keren dat die voirs. Ghysbert, constituent, selver soude moigen doen indien hy present ende tegenwoirdich weer metter machten oick te moigen substitueren enen oft meer procureur oft procureurs die deselve macht zullen hebben die de voirs. Claes heeft, gelovende super omnia et habenda den voirs. Claess. ende allen anderen dair toe interest hebbende vast ende stedich te houden ende in zynen name onverbrekelic te doen houden allet geen ende zoe was by den voirs. Claessen, zynen substituyt oft substituyten oft den enen van hen hierinne gedaen ende voirtgekeert sal werden ende dieselve van allen scaide die hen ten ocsuyne van desen eenichsyns toecomen mucht te releveren en scaideloos te houden.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hieraen doen hangen.
Datum supra.

R1270, fol. 251r
29 januari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Emondi Arntss., duo bonaria terre paludialis, sita in parochia de Rode Sancte Ode in loco dicto in Elde, inter hereditatem conventus fratrum Carthusiensium in Vucht ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi die Bever ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis de Oirschot in ea quarte qua dicta duo bonaria terre ibidem sita sunt, simul etiam cum iure viandi a dictis duobus bonariis terre per hereditatem dictorum heredum quondam Johannis de Oirscot usque ad plateam ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit Martino, filio quondam Henrici Theeuss. de Bakelair, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad quinque stuvers ascendente atque uno sextario siliginis hereditarie pactione mensure de Rode annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XXIX[a] ianuarii.

R1270, fol. 251r
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes de Hedel, tamquam magister et rector Maioris Hospitalis, siti in Buscoducis, in presentia et de expressis et voluntate Theoderici de Hynden, provisoris dicti Hospitalis, unum denarium, communiter nobel vocatum, monete regis Anglie, annui perpetui et hereditarii pactus sive census levandi et solvendi de et ex singulis bonis domicelle Leonie de Kessel, uxoris quondam legitime Theoderici, filii Johannis dicti de Driel, sitis in parochia de Kessel, quod nobile annui perpetui et hereditarii pactus sive census Lambertus de Dornen, filius Christiani, ad opus dicti Hospitalis erga Rutgerum de Arkel dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Godefrido Grotart de Os simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dictis Hospitalis ab ad presens habitorum et habendorum ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti et hospitalis deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum ultima ianuarii.

R1270, fol. 251r
29 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Rutgerus, filius quondam Henrici Peterss., relictus quondam quondam *(sic)* Aleidis, sue uxoris, filie quondam Henrici van den Lande, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domus et area, sita in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, iuxta pontem dictum die Zwengelbrugge, ab ista parte eiusdem pontis inter hereditatem Nycolai dicti de Goch, filii quondam Arnoldi de Goch, ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Thome dicti Leersmekers et eius liberorum, ex alio, tendente a dicto vico ad hereditatem Yde et liberorum predictorum; item in pecia terre arabilis, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen den Berch, inter hereditatem Ghiselberti de Tuyl ex uno et inter hereditatem heredum quondam Rutgeri dicti Aen den Berch ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem reliquam dicti Rutgeri, ut dicebat, legitime supportavit Delyane, filie Rutgeri et quondam Aleidis predictorum, necnon Bernardo, filio quondam Willelmi dicti Brouwers, tamquam marito et tutor legitimo Henrice, sue uxoris, filie eorundem Rutgeri et quondam Aleidis, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXIX[a] ianuari.

R1270, fol. 251v

29 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Delyana et Bernardus, tamquam maritus et tutore legitimus dicte Henrice, sue uxore, cum tutore, hereditarie vendiderunt Margarete, filie quondam Johannis Robbrechtss., begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradendam de et ex premissis, promittentes et cum eis dictus Rutgerus indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi, hereditaria pactione unius sextarii pisorum, quatuor stuferos et quarta parte unius stuferi hereditarie pactione et hereditario censu sex librarum monete ex dicta domo et area prius exinde solvendis deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXIX[a] ianuarii.

R1270, fol. 251v
29 januari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetuo cum trigintasex peters, XIX stufers pro quolibet computando, dando videlicet in acquitatione dicti pactionis aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII, aureum florenorum cum cruce Sancti Andree iusti ponderis, dictum den gouden Andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XXIX stuferis, novos aureos florenos iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel dobbel *(sic)* vueryseren, pro tribus blanccis et aliam pecuniam pronunc valuatam nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Margareta cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et Rutgero repromisit.
Testes datum supra.

R1270, fol. 251v
31 januari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Henricus, filius Rodolphi dicti Roeff, filii quondam Johannis Roeverss., promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Henrici dicti Heyman, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico Heyman hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis futuro ultra annum de et ex pecia terre, dicta den Kesselacker, sita in parochia de Vechel,inter hereditatem reliquam primodicti Henrici Roeff ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Symonis van den Graft alias de Lytt, ex alio, tendente a quadam communi via ad communitatem de Vechel ibidem, ut dicebat. Promiserunt desuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis per prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima ianuarii.

R1270, fol. 251v-252r
31 januari 1502

Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum illiam valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus, filius Henrici Heyman, hoc palam recognovit et super omnia et habenda primodicto Henrico repromisit, hoc tamen salvo quod idem primodictus Henricus huiusmodi redemptionis per spacium dimidi anni prefato secundodicto Henrico legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 252r-v
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Henrici, filii quondam Wolteri van der Heyden, relictus quondam Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Johannis Scellekens, necnon Wolterus, Johannes, Henricus et Anthonius, fratres, liberi primodicta Henrici et Geertrudis, pro se ipsis et pro Paulo, filio eorundem Henrici et quondam Geertrudis, terciam partem ad ipsos, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto, ceteris edificiis ac hereditatibus sibi coadiacentibus cum suis attinentiis, sitis in parochia de Oirscot, pastoria de Spoerdonck, inter hereditatem Andree, filii quondam Lodovici de Berze, carpentarii, atque Johannis, eius fratris, et Katharine, eius sororis, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Leemans ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Jordani van der Vloet; item in quodam agro terre, dicto den Luytenacker, sito in parochia et pastoria predicta, inter hereditatem dictorum Andree, Johannis et Katharine ex utroque latere, tendente a communi platea ad hereditatem dicti Jordani van der Vloet; item in tribus peciis hereditatum, sitis ibidem inter hereditatem Andree, Johannis et Katharine predictorum ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti Loyen, tymmermans, ex alio, tendentibus ab hereditate domini de Meerode ad communem plateam; item in pecia terre, dicta die Streep, sita ibidem inter hereditatem dicti domini de Meerode et olim dicti Willelmi van der Heyden ex utroque latere, tendente ab hereditate Petri Gieliss. ad communem plateam; item adhuc terciam partem ad ipsos spectantem in duobus bonariis prati de sex bonariis prati, sitis in parrochia et pastoria predicta inter hereditatem Henrici Janss. de Aelst et Willelmi die Decker de Berze ex uno et inter hereditatem domus de Postula et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendente a quisdam hereditate dicta die Langhdonck et quorundam aliorum ad communem plateam, que duo bonaria predicta annuatim dividentur, quod exponetur ryden, erga dicta reliqua bona ibidem sita; item adhuc terciam partem ad ipsos, ut dicebat, spectantem in duabus peciis prati sibi mutuo adiacentibus, sitis in parochia et loco iamdicta inter hereditatem Jordani van der Vloet predicti ex utroque latere, tendentibus ab hereditate liberorum quondam Willelmi van der Vloet ad communitatem de Oisterwijc; item in dimidio bonario prati de duobus et dimidio bonariis prati, sitis ibidem inter hereditatem dicti Jordani van der Vloet ex uno et inter hereditatem Pauli dicti Vlemicx ex alio, tendente ab hereditate dictorum liberorum quondam Willelmi van der Vloet ad dictam communitatem de Oisterwyck; item adhuc in dimidio bonario, dicto den Audenbeempt, sito in parochia et pastoria predicta inter hereditatem dicti Jordani van der Vloet ex utroque latere et fine uno, tendente cum reliquo fine ad communitatem ibidem, que tercia pars premissorum primodicto Henrico et suis liberis predictis per et post mortem secundodicti quondam Henrici sui patris, iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicto Andree et Johanni, fratribus, liberis quondam Lodovici van Berze, ad opus eorum et ad opus

Katherine, eorum sororis, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis tercia parte census fundi ad duos et dimidium stuvers et quartam unius stuferi ascendente, tercia parte quinque lopinorum siliginis hereditarie pactionis atque tercia parte quatuor librarum monete hereditarii census annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, necnon hereditaria pactione trium modiorum siliginis mensure de Oirscot, quam pactionem dicti emptores prefatis venditoribus hodierna die ex premissis promiserant iuxta continentiam literarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Bogart et Paeuweter, datum ultima ianuarii.

R1270, fol. 252v
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Andreas et Johannes, fratres, pro se ipsis et dicta Katharina, eorum sorore, promiserunt indivisi ut debitores principales primodicto Henrico necnon Woltero, Johanni, Henrico et Anthonio, eius liberis, ad opus eorum et ad opus dicti Pauli, eorum fratris, quod ipse dabunt et solvent eisdem Henrico necnon Woltero, Johanni, Henrico, Anthonio et Paulo, suis liberis predictis, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Oirscot anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra duos annos notanter de et ex dicta tercia parte premissorum et in Oirscot tradet. Promiserunt insuper super omnia et habenda indivisi warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 252v
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue simul una pariter aut mediatim videlicet integram pactionem cum octuaginta quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Henricus et eius liberi hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dictis promittentibus repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 252v
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Lamberti die Vrieze, promisit super omnia et habenda domino Johanni de Platea, presbitero, triginta duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando in pecunia pronunc valuata, a Purificationes proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 252v
7 april 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus dominus Johannes premissa legitime supportavit Johanni de Berkel ad opus sui pro una medietate necnon ad opus Johannis de Ouden et magistri Petri de Os pro alia medietate simul cum dictis litteris et iure.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII aprilis, quarta post Quasimodo.

R1270, fol. 252v
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Johannes, filius quondam Lamberti, promisit super omnia et habenda dicto domino Johanni undecim peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 252v-253r
31 januari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Reynerus, filius quondam Johannis Daemss., tres quartas partes ad ipsum spectantes in domo, area et orto, olim Goeswini et Petri, fratrum, liberorum quondam Theoderici Steenwech, sitis in Buscoducis in vico Sancti Georgii martiri, inter hereditatem fabrice cappelle eiusdem beati Georgii ibidem ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Snoecx ex alio, de quibus tribus quartis partibus predictis dictus Reynerus unam quartam partem erga Henricum, filium quondam Petri Reeuwe, reliquam quartam partem erga Tyelmannum, filium dicti quondam Petri Reeuwe, et terciam quartam partem erga Petrum et Marcellum, fratres, liberos quondam Johannis Snoecx, dudum acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Bernardo, filio quondam Johannis de Overmeer, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione que dictus Bernardus hereditarium censum duarum librarum monete, ex domo, area et orto predictis annuatim et iure solvendum, exnunc deinceps dabit et solvet dareque et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Reynero ad et supra se ac reliqua bona olim dictorum quondam Goeswini et Petri Steenwech, fratrum, nunc dicti Reyneri, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Bernardus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Reynero repromisit.
Testes datum, supra.

R1270, fol. 253r
1 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Zegerus, filius quondam Arnoldi van Capellen, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Johannis dicti Fuussels, qoud ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex quodam prato dicti Zegeri, duo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum die Oetheren, inter hereditatem Theoderici Arntss. ex uno et inter hereditatem Yde, filie quondam Johannis Wyers, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ex alio, tendente a communi platea ad quosdam campos ibidem dictos die Cruyscampen, heredum quondam Godefridi van den Aelsvoirt, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere alias obligationem et impetitionem deponere.

Testes Bogart et Paeuweter, datum prima februari in profesto Purificationis.

R1270, fol. 253r
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Zegero repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 253r
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Bartholomeus, filius quondam Willelmi Henricxsoen, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Theoderici dicti Scoemekers, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Op Strypt, inter hereditatem Arnoldi dicti Vlemmix ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Willelmi Bloemkens, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem domini de Bucstel ibidem, adhuc ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sitas in dicta parochia de Bucstel inter hereditatem domini Johannis de Vynckenrode, canonici Boxtellensis, ex uno et inter hereditatem Adriani, filii quondam Henrici Dirck Janness., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Katharine, relicte quondam Bartholomei Symonss., et eius liberorum; item ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in pecia terre pascualis, duos pastus dictos scarenweyen vel circiter continente, sita in parochia predicta, ad locum dictum Lennenshoevel, inter hereditatem domini de Bucstel ex utroque latere, tendente a communi platea ad Dommellam ibidem currrentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi, hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Bucstel atque quatuor libris hereditarii census monete per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 253v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Hynden et Paeuweter, datum primo februarii in profesto Purificationis.

R1270, fol. 253v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes, comitis de Borchloen, potens ad hoc quoscumque census, pactiones et redditus Margarete Belartss. de tribus annis ultimo elapsis restantibus monuit de eisdem tribus annis. Testes, datum supra.

R1270, fol. 253v
1 februari 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Arnoldi de Vladeracken, Adrianus, filius quondam Petri Willemss., et Hector die Bever, filius naturalis quondam Rodolphi die Bever, palam recognoverunt se recepisse a Jordano, filio quondam Andree Joirdenss., septuaginta quinque peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, in acquitationem seu redemptionem trium modiorum siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione sex et dimidii modiorum siliginis, quam pactionem sex et dimidium modiorum siliginis predictam dictus Joirdanus de et ex suis hereditatibus in Vessem situatis annuatim solvere tenetur et dudum promiserat primodicto Arnoldo iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, clamans igitur dictum Jordanum et eius bona seu hereditates pretactos de dictus tribus modiis siliginis hereditarie pactionis quitum, promittentes super omnia et habenda dictum Jordanum et eius hereditates pretactos ab ulteriori solutione eorundem trium modiorum siliginis atque dampnum indepnum servare, salvis tamen et dicto Arnoldo, Adriano et Hectori reservatis reliquis tribus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis iuxta suarum litterarum continentiam.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 253v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Jacobi Haertscheen, hereditarium censum quatuor aureum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et ex domo et area cum suis iuribus et attinentiis olim Jacobi Knoden, filii quondam Jacobi, sitis in Buscoducis apud forum inter longas cameras ibidem, inter hereditatem Luce Pyeck, filii Jacobi, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johan Rolofssoen ex alio, quem censum predictum magister Willelmus de Busco ad opus Willelmi Haertscheen, filii quondam Willelmi, erga dictum Jacobum Knoden, filium quondam Jacobi, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dicto Arnoldo via testamentarie dicti quondam Willelmi Haertscheen, sui avunculi, hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Hermanni de Davantria, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Willelmi Haertscheen, sui avunculi, ac suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum prima februarii.

R1270, fol. 254r
1 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes Heym promisit super omnia et habenda Theoderico de Hynden quinquaginta florenos Renenses, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 254r
deze akte is onvolledig

Henricus, filius quondam Johannis Daemssoen.

R1270, fol. 254r
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Arnoldus dictus Enoden, filius quondam Johannis de Houweningen, tamquam maritus et tutor legitimus Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Wolteri de Os, pannicida, hereditarium censum sexaginta librarum denario aureo, cruyskensmottoen communiter vocato, boni auri et iusti ponderis, pro XXVI grossos in hiis computando, vel alterius pagamenti eiusdem valoris, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex bonis dictis communiter Ten Velde, que fuerant quondam Beertkini dicti van den Velde, de post ad Emondum die Roever, filium quondam Johannis de Hellu, spectantibus, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, contigue iuxta bona quondam Arnoldi van den Velde atque ex attinentiis dictorum bonorum singulis et universis ubicumque locorum, tam in humido quam in sicco, duro et molli consistentium, situm aut reperiendium et in Buscoducis tradendum, hereditarie vendidisset Woltero, filio quondam Wolteri de Os, pannicide, prout in litteris, cumque vero loco et vice dictarum sexaginta librarum a multis retroactis temporibus usque nunc soluti sunt, adhuc solveruntur annuatim trigintaseptem denarios aurei, dicti gwillelmusscilde, computando XX^{ti} unum denarium stuvers communiter vocatos aut valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet huiusmodi aureorum denarium gwillelmusscilde vocatorum, de quibusquidem trigintaseptem denariis, gwillelmusscilde vocatis, triginta unus denarii, gwillelmusscilde vocati, ad magistrum Johannem Sampson, tamquam relictum legitimum quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi Loyer, quo ad eius usufructum necnon ad Johannem, Jacobum et Nycolaum, fratres, liberos magistri Johannis et quondam Hillegondis predictorum, quo ad eorum ius hereditarium nunc devoluti sunt et pertinere dinoscuntur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis idem magister Johannes Sampson, tamquam relictus legitimus dicte quondam Hillegondis, sue uxoris, usufructum ac totum ius vitalis perceptionis sibi, ut dicebat, competentem in novem aureis denariis, gwillelmusscilde vocatis, hereditarii census de dictis triginta uno consimilibus denariis aureis, gwillelmusscilde communiter vocatis, legitime supportavit dictis Jacobo et Nycolao, fratribus, liberis magistri Johannis et quondam Hillegonde predictorum, ad opus eorum et ad opus dicti Johannis eorum fratris, filii eorundem magistri Johannis et quondam Hillegonde, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 254r-v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Magister Johannes Sampson, tamquam relictus legitimus dicte quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi Loyer, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus terciis partibus cuiusdam mansi, sita in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, atque in iuribus et attinenciis earundem duarum terciarum partum mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentium situm ac reperiendium, illius scilicet mansi ac suarum iurium et attinenciarum in quo dicta quondam Hillegondis decessit, et dictus

magister Johannes suum ad presens adhuc habet et possidet usufructum atque in illis videlicet duabus terciis partibus mansi et attinentiis predictorum, que Jacobo et Nycolao, fratribus, liberis magistri Johannis et quondam Hillegondis predictorum, per et post mortem dicte quondam Hillegondis, eorum matris, iure successionis hereditarie advolute sunt necnon eiusdem Jacobo et Nycolao per et post mortem dicti magistri Johannis, eorum patris, adhuc advolvende sunt, ut dicebat, legitime supportavit eisdem Jacobo et Nycolao, suis liberis et effestucando resignavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum prima februari.

R1270, fol. 254v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus immediate precedentibus ambobus videlicet, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus et Nycolaus, fratres, pro se ipsis et pro dicto Johannne, eorum fratre, dictos novem aureos denarios, gwillelmusscilde communiter vocatos, hereditarii census de dicto censu triginta unius aureorum denariorum, gwillelmus scilde communiter vocatorum, hereditarie supportaverunt Johanni Heym, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes dicti Jacobus et Nycolaus, fratres, et cum eis dictus magister Johannes, eorum pater, indivisi super omnia et habenda necnon iidem Jacobus et Nycolaus ad maiorem specificationem suorum bonorum adhuc sub obligatione dictarum duarum terciarum partem mansi et suarum iurium et attinenciarum predictorum ad dictum locum Enode situati, ratam servare, obligationem et impetitionem omnes deponere sunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 254v
1 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus tribus precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus et Nycolaus promiserunt indivisi sub obligatione dictarum duarum terciarum partem dicti mansi in Enode situati ac suarum attinentiis predictarum atque super omnia et habenda dicto Johanni Heym quod ipsi Jacobus et Nycolaus, fratres, dicti Johannem, eorum fratrem, pronunc extra patriam existentem dum eium ad patriam iterum redierit et reversus fuerit, super dictis novem aureis denariis, gwillelmusscilde communiter vocatis, hereditarii census atque iure ad opus dicti Johannis Heym coram scabinis in Buscoducis hereditarie facient renunciare atque huiusmodi promissiones desuper facere, prout et quemadmodum iidem Jacobus et Nycolaus hodierna die desuper fecerant et promiserant absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. .254v-255r
3 februari 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Johannis Daemssoen, hereditarie vendidit Ottoni Bollix, filio quondam Johannis Bollix, hereditarium censum trium librarum monete, videlicet dando septem denarios, stuvers communiter vocatos, monete pronunc valuata vel valorem eorundem

in alia pecunia pro qualibus huiusmodi librarum, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duo hont terre vel circiter pariter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Maren, ad locum dictum Opte Wiin, inter hereditatem domini Johannis Back, mulitis, ex uno et inter hereditatem Goeswini, filii Mercelii dicti Graets, ex alio, tendente a communi platea ad Antiquum Mosam ibidem; item adhuc ex quatuor hont terre vel circiter, sita in dicta parrochia, ad locum dictum Op die Loeten, inter hereditatem heredum quondam Jacobi Egens ex uno et inter hereditatem Ghiselberti, filii Lodovici Gybenss. ex alio et fine uno, tendente ad hereditatem Goeswini Ceelen cum reliquo fine, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis tribus libris hereditarii census monete per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Bogart, datum tercia februarii.

R1270, fol. 255r
4 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Godefridi Gieliss de Gestel, promisit ut debitor principalis michi ad opus Henrice, filie quondam Johannis Henrick Wouterss., quo ad eius usufructum et non alias necnon ad opus Adriani, filii eiusdem Henrice de primo thoro, atque ad opus aliarum prolium legitimarum eiusdem Henrice genitarum et generandarum quo ad ius heredum pro una medietate atque ad opus Henrici, filii naturalis quondam Henrici Tyelmans, ab eodem quondam Henrico et quondam Katharina, filia quondam Henrici Wouters, pariter geniti, et ad opus Margarete, filie naturalis iamdicte quondam Katharine, ab ipsa Katharine et quondam Johanne die Mollenaer, pariter genite, pro reliqua medietate, quod ipse dabit et solvet dictum Henrice quo ad dicte suum nudum usufructum ac Adriano et aliis prolibus legitimis eiusdem Henrice quo ad ius hereditarie pro una medietate, necnon dicto Henrico et Margarete pro reliqua medietate, omnino iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii quondam Henrici Wouterss. de Bucstel et Katarine, sue uxore legitime, filie quondam Godefridi Goben de Helmont, hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto cum suis attinentiis predicti Johannis, sitis in Buscoducis in vico dicto die Thorenstraet, inter hereditatem Henrici Reeuwe ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Johannis de Auwen, ex alio, tendente a dicto vico ad hereditatem Anthonii dicti die Wael, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepto hereditario censu sex librarum monete per prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere, tali annexa condicione quod dictus Johannes dictum censum quatuor librarum redimere et acquitare poterit perpetue cum vigintiquatuor peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et sedecim consimilibus stuveris cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus, filius naturalis quondam Henrici Tyelmans, pro se et aliis quibus supra nominibus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes Hynden et Paeuweter, datum quarta februarii.

R1270, fol. 255r-v
4 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Arnoldi de Vladeracken, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis

in vico dicto die Hynthamerstraet, inter hereditatem Arnoldi die Greve ex uno et inter hereditatem Henrici die Cremer alias die Huedemeker ex alio; item ex domo, area et orto, dimidium bonarium terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem maioris hospitalis in Buscoducis ex uno et inter communem plateam ex alio, quem censum predictum dictus Johannes erga Gerardum, filium dicti quondam Arnoldi de Vladeracken, maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie quondam Willelmi Andriess., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Bruystino, filio quondam Wellini de Hanenberch, institori, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto Gerardo reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum literarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quarta februarii.

R1270, fol. 255v
4 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Elisabeth, relicta quondam Arnoldi Wevers, necnon Elisabeth et Katarina, eius sorores, promisissent indivisi super omnia et habenda Henrico, filio quondam Heymerici Peterss. et Elisabeth, eius sorori, Jacobo, filio quondam Jacobi Wautgerss. et Christiano, filio quondam Danielis Michiels van Tardwyck, undecim sextaria siliginis mensure de Buscoducis; item adhuc undecim sextaria siliginis eiusdem mensure atque undecim sextaria siliginis et quinquaginta unum peters, XIX stuvers vel valorem in pecuna pronunc valuata pro quolibet computando, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus quartam partem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in siligine et denariis pretactis, legitime supportavit dicte Elisabeth, sue sorori, filie dicti quondam Heymerici, simul cum dictis litteris et iure.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 255v
16 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Gerardus van der Zantvoirt, pannicida, filius quondam Thome van der Zantvoirt, viginti libras hereditarii census de hereditario censu quinquaginta librarum monete, solvendas hereditarie Nativitatis Domini de et ex medietate ad Mechtildem, relictam quondam Willelmi van den Velde, spectante in medietate Porte Captivorum cum suis iuribus et attinentiis, sita in Buscoducis, circa vicum Hynthamensem, inter reliquam medietatem dicte porte, ad heredes quondam Leonii van den Velde spectante, ex uno et inter hereditatem Gerardi die Hantscoemecker ex alio; insuper ex medietate domus et aree, site ibidem subtus medietate dicte porte, tendentis ad hereditatem liberorum quondam Johannis Heren, carnificum; item ex medietate domus et aree, site iuxta medietatem dicte porte versus vicum Hynthamensis ex uno et inter duas cameras eiusdem Mechtildis et eius liberorum ibidem stantes ex alio; insuper ex medietate dictarum duarum camerarum, sitarum ibidem, quem censum quinquaginta librarum predictum dictus Gerardus van der Zantvoirt erga dictam Mechtildem, relictam quondam Willelmi van den Velde, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Franconi, filio quondam Franconis de Langel, secretarii dum vixit, opidi de Buscoducis, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, exceptis et dictis Gerardo et Mechtilde

reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum literarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVI^{ta} februarii, quarta post Invocavit.

R1270, fol. 255v
16 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Gerardus van der Zantvoirt triginta libras hereditarii census de dicto censu quinquaginta librarum monete ut iam supra, hereditarie supportavit dicto Franconi ad opus Mathei, filii quondam Aelberti de Berse, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, exceptis tamen Gerardi et dicte Mechtildi reservata ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 256r
16 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit dictus Berardus dictum integrum censum redimere semper cum ducentis et quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuveris pro quolibet computando, dandis videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII aureos, florenos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictum den nyewen Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatam secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Franco pro seipso et Arnoldus Paeuweter ac adhuc idem Franco nomine dicti Mathei hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Gerardo repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem Gerardus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Franconi et Matheo legitime preintimabit.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 256r
16 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus .A. et .b. signatis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus palam recognovit et super omnia et habenda dicti Franconi ad opus eorum et ad opus dicti Mathei adhuc promisit in casu quo dicto Franconi dictas viginti libras hereditarii census atque adhuc eisdem Arnoldo et Franconi dictas XXX^{ta} libras hereditarii census nomine dicti Mathe aliquo tempore futuro non placuerit retinere, primo libentius resupportare et hoc eidem Gerardo legitime preintimaverit aut preintimaverit eorum alter, quod extunc idem Gerardus infra dimidium annum huiusmodi preintimationem immediate subsequentem dictas XX^{ti} et XXX^{ta} libras hereditarii census simul una pariter redimet et acquitabit atque refundet, necnon redimere acquitare ac refundere tenebitur dictis Franconi et Arnoldo summa vero ducentorum et quinquaginta consimilium florenorum Renensium in moneta ut in contractu immediate precedente, unacum censu annali dictarum XX^{ti} et XXX^{ta} librarum et arrestadiis protunc restantibus, quibus sic refusis iidem Franco et Matheus easdem XX^{ti} et XXX^{ta} libras prefato Gerardo ad eius requestam

resupportabunt et resupportare tenebuntur cum dictis litteris, aliis et iure ac obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere promittent.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 256r
5 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Wilhelmus, filius quondam Mathei dicti die Monic, et Andreas, filius quondam Pauli Roelofssoen, hereditarie vendiderunt magistro Iohanni van der Stegen hereditarium censum quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam agro terre, sex lopinatas terre vel circiter continente dicti Willelmi, sito in parochia de Hezewyck, ad locum dictum Opt Heeswycsche Velt, inter quandam communem viam dictam den Gruenendriess ex uno et inter hereditatem Johannis Spierinx ex alio, tendente a quandam platea dicta die Veldstraet ad quandam communem viam ibidem dictam den Myddelwech; item adhuc ex domo, area ac domo posteriori dicti Andree, sitis in Buscoducis in vico dicto die Postelstraet, inter hereditatem Nycolai dicti die Sloetmecker ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis dicti die Becker ex alio, tendentibus cum reliquo fine ad dictam communem plateam die Postelstraet vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem, exceptis hereditario censu septem librarum monete et hereditario censu sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quinta februarii.

R1270, fol. 256v
5 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue quemlibet videlicet dictorum peters cum quindecim consimilibus peters monete pronunc valuate et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quinta februarii.

R1270, fol. 256v
deze akte is onvolledig

Wolterus, filius quondam Erberti Loyen, promisit ut debitor principalis Marie, filie quondam Everardi dicti Colen de Berlykem, quod ipse dabet et solvet eidem Marie hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradet de et ex quodam camp.

R1270, fol. 256v
5 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Lucas et Aelbertus, fratres, liberi quondam Johannis die Mombaer, medieatem ad ipsos, ut dicebant, spectantem in quodam campo prati, dicto den Nyewen Camp, sito in parochia de

Bucstel, ad locum dictum den Luyssel, inter hereditatem Gerardi dicti van den Loo ex uno et inter hereditatem Petri dicti Roempot cum quibusdam aliis ibidem ex alio, tendente a communi aqua ibidem currentem ad quandam hereditatem, dictam die Gagelsrysch, ad Wolterum, filium quondam Erberti Loyen, spectantem, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicto Woltero ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem, excepto uno grosso antiquo census fundi annuatim ex dicto integro campo e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 256v
5 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterunt redimere perpetue dictam medietatem cum septuaginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, salvis dicto emptori et eidem reservatis fructibus et emolumentis anni redemptionis, prout idem emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus promisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 256v
5 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Wolterus, filius quondam Erberti Loyen, promisit ut debitor principalis Marie, filie quondam Everardi Colenss de Berlykem, quod ipse dabet et solvet eidem Marie hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradet de et ex quodam campo prati, dicto den Nyewen Camp, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Luyssel, inter hereditatem Gerardi dicti van den Loo ex uno et inter hereditatem Petri dicti Roempot cum quibusdam aliis ibidem ex alio, tendente a communi aqua ibidem fluente ad quandam hereditatem dictam die Gagelrysch, ad Wolterum, filium quondam Erberti Loyen, spectantem, de quoquidem campo predicto dictus Wolterus unam medietatem erga Lucam et Aelbertum, fratres, liberos quondam Johannis die Mombaer, hodierna die acquisierat, promittens insuper super omnia et habenda warandiam,, alias obligationem et impetitionem, excepto uno grosso antiquo census fundi per prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 256v-257r
5 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue quamlibet libram cum sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronuc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Maria cum suo tutore, ad hoc ab ea electo et ei a iudice rite dato, hoc palam recognovit et ut debitrix principalis super se et bona sua omnia ab ea ad presens habita ac imposterum ab ea habenda et acquirenda dicto Woltero repromisit.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 257r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius Johannis Pynappel.

R1270, fol. 257r
11 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes dictus Pynappel, filius quondam Mathei dicti Pynappel, quinque iugera quatuor hont et duas virgatas terre quondam Heymerici dicti de Dordrecht, sita in parochia de Macharen contigue iuxta hereditatem, dictam communiter Busen Kynder Lant, que quinque iugera quatuor hont et duas virgatas terre dictus Johannes Pynappel erga Mathiam, filium quondam Pauli Hoefkens, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Johannis Pynappel Boudewynssoen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XI[a] februarii.

R1270, fol. 257r
11 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes Pynappel, filius quondam Mathei Pynappel, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo et area olim Godefridi Pynappel, filii quondam Engberti Ludinc Pynappel, sitis in Buscoducis ad forum, inter hereditatem Nycolai de Uden ex uno et fine uno et inter communem vicum ex alio, quem censum predictum dictus Johannes Pynappel, filius Mathei erga Nycolai, filii quondam Henrici dicti Lyevens, maritum et tutorem legitimum Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti de Roesmalen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Johannis Pynappel Boudewynssoen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suum heredum deponere.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 257r
9 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Aleydis, relicte quondam Andree Loyens van den Strypt, Mechteldis, eius filia, necnon Petrus, filius Wolteri Janss. tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Andree Loyen, predicti huiusmodi triginta tres oves, ad ipsos pronunc spectantes et quas pronunc in eorum custodia habent, ut dicebat, legitime supportaverunt Johanni, filio quondam Arnoldi Robbensoen, et effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum IX[a] februarii.

R1270, fol. 257r-v
deze akte is onvolledig

Daniel, filius quondam Gerardi Fykenssoen, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, tres lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Dynther, inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex uno et inter communem plateam ex alio, quos

domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Daniel erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris; insuper hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area, orto et hereditatibus predictis, quem censum iamdictus Franco de Langel ad opus dicti Danielis erga Theodericum, filium quondam Hermanni, filii quondam Chistiani van den Hoevel, emendo acquisierat, prout in aliis, litteris, hereditarie supportavit.

R1270, fol. 257v
9 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Daniel, filius quondam Gerardi Fykenssoen, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, tres lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Dynther, inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex uno et inter communem plateam ex alio, quos domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Daniel erga Henricum Bredebaert per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Rodolphi van den Ham, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepto tamen et dicto Danieli reservato suo hereditario censu duarum librarum monete, quem censum dictus Daniel de et ex premissis annuatim solvendum habet iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Hynden et Bogart, datum IX^{a} februarii.

R1270, fol. 257v
9 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Rodolphi van den Ham, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Dynther, inter hereditatem Henrici Gheck ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentem, quem censum predictum dictus Johannes erga Willelmum, filium quondam Florencii Willemss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Danieli, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, excepta tamen et dicto Willelmo reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 257v
9 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Johannes, filius quondam Rodolphi van Ham, duas libras pagamenti tempore solutione in Buscoducis ad bursam communiter currentis, solvendos perpetue Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Dynther, inter hereditatem Henrici van den Eeck ex uno et inter communem plateam ex alio, quas duas libras predictas Andreas, filius legitimus Johannis Spierincx, prefato Johanni hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris de Dynther contineri, hereditarie supportavit dicto

Danieli simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 257v
9 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Arnoldus, filius quondam Theoderici de Baerlaer, promisisset super omnia et habenda Johanni van den Ham, filio quondam Rodolphi, tres libras monete; item adhuc totidem libras; item adhuc totidem ac totidem *(sic)* necnon quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, dandos videlicet in hiis denariis dictum dat dobbel vueryseren ad duos stuvers et alios denarios nae advenande, ad diversos terminos persolvendos, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes terminos et denarios, sibi de premissis adhuc restantes, legitime supportavit dicto Danieli simul cum dictis litteris et iure.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 258r
10 februari 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Henrici Janss., promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Wynrico dicto Wyntken Goyartss. ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis currentis pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante occasione locationis cuiusdam orti dicti Wynrici, siti in parochia de Littoyen. Promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse duas et dimidiam pedatas aggeris Mose, ad dictum ortum e iure conservandi spectantes et in Littoyen predictum situatos, atque adhuc quoscumque circumspectiones ad dictum ortum spectantes dictis annis durantibus conservabit et conservare tenebitur sic et taliter quod dicto Wynrico ad et supra se et ortum pretactum dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Bogart et Toelinc, datum X februarii.

R1270, fol. 258r
10 februari 1502
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

R1270, fol. 258r
deze akte is onvolledig

Johannes, dictus.

R1270, fol. 258r
10 februari 1502
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Willelmus, filius quondam Henrici dicti van den Staeck, et Henricus, filius quondam Johannis Willemss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico de Uden et Aelberto

Kethelen, magistris pro tempore fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ad opus eiusdem fabrice quod ipsi dabunt et solvent eisdem magistris ad spacium sex annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis valuata pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum et sic deinceps de termino ad terminum dictis annis durante occasione locationis decem iugerum terre dicte fabrice sitorum ante Vlymen, in loco dicto In den Ham, tali conditione annexa quod dicta locatio ad finem trium primorum annorum ad voluntatem alterius partum exspirabit, hoc tamen salvo quod id alter alteri per spacium dimidii anni preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum X^{a} februarii.

R1270, fol. 258r
10 februari 1502
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Ghiselbertus dictus van den Polle, filius quondam Arnoldi dicti van den Polle, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Johanna, filia quondam Nycolai dicti Boumans, sua dudum uxore, pariter genitus, hereditarium censum triginta florenorum denariorum aureorum, dictorum andriesguldene, aut duodecim denarios argenteos, dictos vuerysers, ante diem datam presentium monetatos pro quolibet eorundem florenorum denariorum aureorum, dictorum andriesguldene computando, quem hereditarium censum predictum magistri civium, scabini, receptores, consules ceterique oppidani et incole universi opidi Bruxellensis et quilibet eorum ut debitores principales se obligatos esse recognoverant ac dare et solvere promiserant dicto Ghiselberto van den Polle aut eius certo nuncio latori presentium seu copie, earundem sigillo alicuius auctentici sigillate, annuatim in denariis paratis in cambio opidi Bruxellensis, mediatim decimaquinta die mensis maii et medietate decimaquinta die mensis novembris aut saltem infra tres menses post quemlibet terminum solutionis, ut videbatur in litteris sigillo ad causas dicti opidi Bruxellensis necnon sigillos dictorum magistrorum civium, scabinorum, receptorum et consiliarum eotunc dicti opidi Bruxellensis sigillatis, super hoc confectis latius contineri, hereditarie supportavit Gerardo dicto Zandelingh et eidem assignavit cum domicella Johanna, sua uxore, filia dicti Ghiselberti van den Polle, nomine dotis et in subsidium eorum matrimonii, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 258v
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Symon, filius quondam Arnoldi van den Stegen, domum, aream et ortum, olim ad Mercelium de Hees, nunc ad ipsum, ut dicebat, spectantem, sitos in parochia Lytt, ad locum dictum Opte Poelstucken, inter hereditatem personatus de Lytt ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Mercelii Wouterss., ex alio, tendentes a quadam communi stega ad quandam ibidem, dictam eenen wyel, prout iam premissa cum suis attinentiis ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Willelmi dicti Bucken, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis dimidio denario, halven vlemsschen vocato, census fundi, necnon hereditario censu duarum librarum pagamenti annuatim exinde e iure solvendis, necnon aggeribus, dictis

zegedycken, sluysis et aqueductibus necnon circumspectionibus, dictis scouwen, infra terram situatis et ad premissa e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Hynden et Bogart, datum X[a] februarii.

R1270, fol. 258v
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Arnoldus, filius quondam Willelmi Bucker, promisit super omnia et habenda dicto Symoni decem et octo florenos Renenses, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet huiusmodi florenorum computando, a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 258v
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Wolterus, Lambertus, Paulus et Godefridus et Maria, eorum sorores, liberi quondam Wolteri dicti Stickers, filii quondam Wolter Stickers, necnon Anthonius, filius quondam Petri Brocken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Wolteri Stickers, cum tutore, pratum quoddam olim ad dictum quondam Wolteri, nunc vero ad dictos venditores spectantem, duo bonaria terre vel circiter continente, situm in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, iuxta locum dictum die Esschervoirt, inter hereditatem Laurencii Boyen Philipssoen ex uno et inter hereditatem liberorum seu heredum quondam Johannis dicti Smeyers ex alio, tendentem ab hereditate Engberti van den Hezeacker ad quendam aqueductum ibidem, dictum die Leye, prout dictum pratum pronunc ibidem circumfossatum iacet, simul cum iure viandi a dicto prato per et trans dictam hereditatem dicti Laureyncii Boyen ibidem sitam usque ad communem plateam ibidem, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Lamberto van den Hezeacker, filio dicti Engberti, ab eodem, promittentes indvisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis vigintisex denariis, stuvers communiter vocatis, conventui Predicatorum in Buscoducis atque hereditaria pactione septem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis hereditatibus quondam Gerardi van den Wyel annuatim ex dicto prato e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 258v-259r
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Wolterus, filius quondam Lodovici Tymmermans, promisit ut debitor principalis domino Henrico de Essche, presbitero, Petro, filio Egidii dicti Snellartss., et Henrico, filio quondam Gerardi Hollen, cultellifici, quod ipse dabit et solvet eisdem domino Henrico, Petro et Henrico hereditariam pactionem sedecim lopinorum siliginis mensure de Oirschot, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Oirscot tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter simul continente, sitis in parochia de Oirscot in pastoria de Spoerdonck, inter hereditatem Johannis Leenmans ex utroque latere, tendente a communitate ad hereditatem liberorum quondam Lodovici Tymmermans; item ex pecia terre, dicta die Hoeven, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, ex duabus peciis terre pascualis dicta die Byesen, et ex pecia terre, dicta den Heynenacker, quinque lopinatas terre

vel circiter continente pariter, sitis in parochia et pastoria predictis inter communitatem ibidem ex uno et fine utroque et inter hereditatem dictorum liberorum quondam Lodovici Tymmermans et Johannis Leenmans ex alio; item ex pecia terre seu prati, dimidium bonarum terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictum inter hereditatem Jordani van den Vloet ex uno et inter communitatem alias undique adiacentem, die Vloet vocatam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 259r
10 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum triginta septem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon sex consimilibus stuvers et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti dominus Henricus, Petrus et Henricus hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Woltero repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 259r
10 februari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Johannes dictus Buckinx, filius quondam Petri Buckinx, hereditarie vendidit Laurencio, filio quondam Henrici van den Hout, carpentario, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis termino Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro notanter et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area et orto cum suis attinentiis, sitis infra libertatem de Oisterwyck iuxta Tyeleam ibidem, inter hereditatem Werneri Janss., rasorum pannorum, ex uno et inter hereditatem Wytmanni dicti Wyt Stevens ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi Lombarts, et eius liberorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepta hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Oisterwyc annuatim per prius e iure solvendo ex premissis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 259r
10 februari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censum anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 259r
11 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Lucas, filius quondam Luce Boest, hereditarie vendidit Johanni Pynappel Boudewynssoen hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie decima quinta iunii et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam manso, olim ad dictum quondam Lucam Boest, nunc vero ad ipsum venditorem spectante, sito in parochia de Hees, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinenciis dicti mansi, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Emondus dictus Boest, filius naturalis quondam Adriani Boest, et Nycolaus, filius Hermanni Coenen Philipss., indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetetitionem, exceptis censibus fundi annuatim exinde e iure solvendum, deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum XI^{a} februarii.

R1270, fol. 259v
11 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter quemlibet videlicet dictorum florenorum Renensium cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte pro XX^{ti} octo stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum illam valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Hynden et Bogart, datum XI^{a} februarii.

R1270, fol. 259v
11 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Alardus, filius quondam Constantini dicti Stanss, filii quondam Ghiselberti dicti sHoessen, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Goeswini van der Lairscot, hereditarium censum sex florenorum Renensium Renensium *(sic)*, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenorum Renensum, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuvers, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum illam valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex medietate ad dictum venditorem spectante in decem lopinatas terre vel circiter, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Aent Laer, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Wouterss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Aleidis, relicte quondam Johannis Lockens; item ex medietate ad dictum venditorem spectante in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Macharen, in loco dicto Int Oesterlinge, inter hereditatem domicelle Johanne de Spralant ex uno et inter hereditatem Willelmi Snavels Henricxsoen ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Zeberti Hoevels ad hereditatem Johannis de Ghent; item adhuc ex medietate ad ipsum venditorem, ut dicebat, spectante in quatuor iugeribus terre, sitis in parochia de Haren, territorii de Megen, in quodam campo ibidem dicto den Alvendonck, inter hereditatem fabrice ecclesie de Haren ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad quendam aqueductum ibidem dictum die weteringe, ut dicebat,

ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi, hereditario censu octo librarum monete atque una libra hereditarii census per prius annuatim ex dicta medietate decem lopinatarum terre e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 259v
11 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue quemlibet dictorum florenum cum quatuordecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc pala recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem huiusmodi per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 260r
14 februari 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Henrici Scoemekerss., promisisset super omnia et habenda Theoderico Jan Struycxsoen, vigintitres peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, solvendos a Purificationis eotunc proxime futuro ultra annum et interim ad quodlibet Purificationis quatuor libras pagamenti, ut videbatur in litteris de Sciinle contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus premissa legitime supportavit Lamberto, filio quondam Griffonis van den Berge, fabro, simul cum dictis litteris et iure et cum termino ultimo cesso, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum XIIII^{ta} februarii, secunda post Invocavit.

R1270, fol. 260r
14 februari 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Theoderici Dircxs. van den Hoevel, hereditarie vendidit domino Theoderico Kyevit, presbitero, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis termino a Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam campo prati, duo bonaria vel circiter continente dicti venditoris, sito in parochia de Sciinle in loco dicto In Eylde, inter hereditatem conventus fratrem Carthusiensis, siti in Vucht, ex uno et inter hereditatem Reyneri Janssoen, tendente ad hereditatem Nycolai Lybertss. cum uno fine vero, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis census fundi per prius annuatim exinde e iure solvendis et satisfacere cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 260r
14 februari 1502

Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Et poterit redimere simul et semel cum quinquaginta consimilibus florenis Renensibus in moneta seu pecunia secundum modernam valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout emptor recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 260r
15 februari 1502
Goesen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Sanderus, filius quondam Petri dicti Jongh Ghyben, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Symone, sue uxoris, filie quondam Symonis, filii quondam Ghibonis Symonss., domum, aream et ortum ac heredetatem sibi adiacentem, olim dicti quondam Symonis, sitos in parochia de Os, ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem Lamberti, filii quondam Nycolai de Goederheyl, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Jacobi dicti Sgreven ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Aelberti Jan Bollenss., prout premissa pronunc ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Reymboldo, filio quondam Ghysberti Symonss., simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XV^{ta} februarii, tercia post Invocavit.

R1270, fol. 260r
15 februari 1502
Goesen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Ghiselbertus, filius quondam Boudewini Goyartss., in presentia dicti Reymboldi prebuit Reymboldus cessit et optinuit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 260r-v
15 februari 1502
Goesen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Dictus Ghiselbertus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Sandero ad spacium trium annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum duas libras monete Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante et in ultimo termino dictorum annorum adhuc quatuordecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando.
Testes Hezeacker et Vladeracken datum XV^{ta} februarii, tercia post Invocavit.

R1270, fol. 260v
15 februari 1502
Goesen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Ghiselbertus, filius naturalis quondam Martini de Broichoven, totum ius sue vitalis possessionis seu perceptionis ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditario censu decem aureorum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem

pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto cum suis iuribus et attinentiis Lamberti, filii quondam Christiani Rutgerss., sitis in parochia de Os, ad locum dictum Aen den Hoevel, inter communem vicum die Peperstraet vocatum et hereditatem quorundam vicinorum ibidem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Sanders et quorundam aliorum ex alio; item ex pecia terre, tres modiatas terre vel circiter continente, sita in dicta parrochia, ad locum dictum Osserscadewyck, inter hereditatem Henrici die Bruyn et communem plateam ex uno et inter hereditatem Henrici de Os ex alio, quem censum decem florenorum Renensium Martinus de Broichoven, filius quondam Egidii die Cangieter, erga dictum Lambertum, filium quondam Christiani Rutgerss., emendo acquisierat, prout in litteris legitime, supportavit Marcelio van Ekart, filio quondam Mercelii de Ekart, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 260v-261v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Goeswini Heer, Aelbertus, filius quondam Johannis Willelmssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, Laurencius, filius quondam Johannis de Bladel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Lane, sue uxoris, et Petrus, filius Theoderici Goyartssoen, cangieter, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, suo uxoris, filiarum dicti quondam Goeswini Heer, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam inter se mutuo fecisse de quibusdam bonis, ipsis per et post mortem dicti quondam Goeswini advolutis seu per eundem relictis, mediante qua divisione mansus quidem situs in parochia de Nystelre, prope molendinum venti, simul cum omnibus et singulis suis iuribus et attinentiis, prout ibidem situs est et ad dictum quondam Goeswinum Heer pertinere consueverat et idem in eisdem decessit; item quecumque huiusmodi hereditates, sita in parochia de Lyt, que ad dictum quondam Goeswini Heer spectare consueverant et idem quondam Goeswinus in eisdem decessit; item hereditaria pactio unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam Nycolaus, filius quondam Hermanni Scuwinc, promiserat se daturum et soluturum Johanni, suo fratri, hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendum ex pecia terre, sita in parochia de Roesmalen in loco dicto Hynden, dudum supportata Goeswino, filio quondam Andree de Bruheze, a dicto Johanne, filio quondam Hermanni Scouwinck; item duo pulli censuales atque hereditaria pactio duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quos duos pullos et pactionem predictos Gerardus dictus Wever, commorans in loco dicto Engelant, promiserat se daturum et soluturum Mechtilde, filie Johannis de Boert, hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendos ex quadam pecia terre, sita in parochia de Roesmalen, in loco dicto Hyne; item hereditarius census sex denariorum, cronen communiter vocatorum, quem censum quondam Johannes Balyart, de post vero eius heredes, prefato Goeswino Heer solvere consueverant et tenentur iuxta continentiam diversarum litterarum desuper confectarum, simul cum onere solvendam hereditariam pactionem trium modiorum siliginis conventui de Westroyen, hereditariam pactionem novem sextariorum siliginis relicte quondam Johannis die Wolff, hereditariam pactionem unius modii siliginis Johanne dicte Peterens, unum sextariam seminis raparum heredibus quondam Martini de Rode, duodecim denarios, alde boddregers vocatos, atque census fundi de et ex dicto manso seu eius attinentiis necnon de et ex dictis hereditatibus, in Lytt situatis, censum dominorum Sancti Lamberti Leodiensis, dictum sancte Lamberts thiins, annuatim et iure solvendum atque cum onere conservandi aggeres, dictos zegedycken, sluysas, fossatis et aqueductus, infra terram situatos et ad dictas hereditates in

Lytt situatas, e iure conservandi spectantibus, simul etiam cum onere solvendi hereditariam pactionem sex sextariorum siliginis, quam pactionem dictus Johannes prefato Aelberto post mortem ex premissis vendiderat, atque hereditarium censum trium florenorum Renensium, quem idem Johannes cuidam begine ex premissis etiam post mortem dicti quondam Goeswini vendiderat aut dare promiserat, ut dicebat, videlicet supradicti mansus cum suis attinentiis, hereditates in Lytt situate, pactiones unius modii duorum pullorum et duorum sextariorum siliginis prefatis Johanni et Aelberto, tamquam marito et tutori legitimo dicte Mechtildis, sue uxoris, pariter necnon dictus census sex denariorum, cronen vocatorum, eidem Johanni dumtaxat cesserunt in partem, prout alii recognoverunt super quibus bonis atque iure alii ad opus dictorum Johannis et Aelberti hereditarie renunciaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechtildis deponere.
Et mediante qua divisione domus, area, ortus ac domus posteriori cum suis iuribus et attinentiis, olim dicti quondam Goeswini Heer, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Henrici die Meester ex uno et inter hereditatem Ghiselberti van den Polle ex alio, tendentes a communi platea retrorsum ad hereditatem conventus fratrem Cruciferorum ibidem; item omnes huiusmodi hereditates in parochia de Os consistentes, que ad dictum Goeswinum Heer spectare consueverant et idem quondam Goeswinus in eisdem decessit; item hereditarius census quinque librarum monete, solvendus hereditarie mediatim Nativitatis Domini et medietatim Baptiste ex domo, area et orto olim quondam Godefridi de Luet, filii quondam Henrici dicti Houwer, sitis in Buscoducis extra portam dictam Pynappelpoirt, dudum venditus Jacobo, filio quondam Johannis Arntss., ad opus sui et ad opus Elisabeth, filie quondam magistri Johannis de Zeelant, a Johanne et Godefrido, fratribus, liberorum dicti quondam Godefridi de Luet; item hereditarius census trium librarum monete, solvendus hereditarie Baptiste ex una octava parte et ex media octava parte ad Johannem dictum Delyen, filium quondam Gerardi de Casteren, spectante in quadam pecia prati, siti in parochia de Bucstel, in iurisdictione de Lyemde, ad locum dictum In Azeer Beempde; item ex pecia prati, dimidium bonarium prati continente, sita in dicta parochia, in iurisdictione de Lyemde, in loco dicto die Hamsfoirt; item ex una et dimidia lopinatas terre siliginee, sita in parochia et iurisdictione predictum, ad locum dictum Hezelaer, atque ex domistadio, domo et orto, sitis in dicta iurisdictione de Lyemde, dudum supportatus dicto Goeswino Heer a Goeswino, filio quondam Ghiselberti Dircxss.; item hereditaria pactio duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex tribus iugeribus et duobus hont terre, sita in parochia de Lyt in de Lyensvelden; item ex quodam manso, olim Willelmi de Beest, sito in parochia de Geffen iuxta hereditatem Johannis de Nuwelant atque ex attinentiis eiusdem mansi singulis et universis, dudum supportata Rutgero de Arkel ad opus Margarete, relicte quondam Jacobi, filii quondam Johannis Arntss., ab Arnoldo Heym, filio Johannis, filii naturalis quondam Arnoldi Heym, prout hec omnia in diversis litteris continentur, simul cum onere solvendi de et ex domo, area, orto ac domo posteriori predictus census fundi ad tres stuvers ascendente, hereditarius census duorum denariorum antiquorum, dictorum alde scilde aut ponden audts, Domui Leprosorum, dictum Ter Eyendonck, hereditarium censum sex librarum monete et hereditarium censum quatuor librarum monete diversis personis, annuatim exinde e iure solvendis, simul eciam cum onere solvendi ex domo, area et orto predictis hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis, quam pactionem dicta Margareta, filia Goeswini Heer, et Laurencius de Bladel exinde post mortem dicti Goeswini Heer Hadewigi de Berze vendiderant, ut dicebat, supradictis Laurencio et Petro, tamquam mariti et tutores dictarum suarum uxorum, cesserunt in partem, prout alii recognoverunt super quibus alii atque iure ad opus eorundem Laurencii et Petri hereditarie renunciaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum uxorum deponere, talibus annexis conditionibus quod

dicti condividentes dicta sua onera in sua portione, ut premittitur, narrata, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur quod uni ab alio dampna exinde non eveniant in futuro atque quamvis eorundem condividencium pretactos census et pactiones, ut premittitur, et quecumque alia onera per ipsos seu eorum alterum post mortem dicti quondam Goeswini Heer, venditis et factis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, persolvet sic et taliter quod alteri suo condividenti dampna exinde non eveniant, atque si ex premissis inventum fuerit via iuris plus fore solvendus quam dictum est aut in casu quo alicui dictorum condividentium de premissis, ei in partem, ut premittitur, cessis, aliquid imposterum via iuris evinceretur, aut si contrapignora dictorum censum et pactionum insufficiencia inventa fuerint et non satissecura, quod dicti condividentes hoc plus et huiusmodi dampna et insufficiencia inquantum non evenerint solvenda ex parte eorundem condividentium aut suarum uxorum proportionabiliter portabunt et solvent necnon portare et solvere tenebuntur videlicet quivis eorum pro una quarta parte, prout iidem condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt, omnibus dolo et fraude in hiis seclusis.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XV^{ta} februarii, tercia post Invocavit.

R1270, fol. 261v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus Petrus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Margarete, sue uxoris, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in domo, area et orto ac domo posteriori cum eius iuribus et attinentiis, olim dicti quondam Goeswini Heer, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Henrici die Meester ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van den Polle ex alio, qui domus, area, ortus et domus posterior cum suis iuribus et attinentiis predicti Petro, tamquam marito dicte Margarete, sue uxoris, necnon Laurencio de Bladel, filio quondam Johanni, tamquam marito et tutori legitimo Lane, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini, pariter mediante quadam divisione hereditaria inter ipos et suos coheredes hodierna die habita in partem cesserunt, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit dicto Laurencio de Bladel simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete, sue uxoris, deponere, exceptis tamen conditionibus, recognitionibus et promissionibus in dictis litteris divisionum contentis et eisdem salvis reservatis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 261v-262r
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus Laurencius, tamquam maritus et tutor dicte Lane, sue uxoris, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in dicto hereditario censu quinque librarum monete, solvendo hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, olim quondam Godefridi de Luet, filii quondam Henrici dicti Houwer, sitis in Buscoducis extra portam dictam Pynappelspoert, dudum vendito Jacobo, filio quondam Johannis Arntss., ad opus sui et ad opus Elisabeth, filie quondam magistri Johannis de Zeelant, a Johanne et Godefrido, fratribus, liberis dicti quondam Godefridi de Luet, prout in litteris et qui census quinque librarum predictus dicto Laurencio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Lane, sue uxoris, et Petro, filio Theoderici Goyartss. Cangieter, tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini Heer, pariter mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes hodierna die habita

in partem cessit, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit dicto Petro Cangieter simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Lane, sue uxoris, deponere, exceptis tamen conditionibus, recognitionibus et promissionibus in dictis litteris divisionum contentis et eisdem salvis reservatis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262r
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus Laurencius, tamquam maritus et tutor ut iam supra, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex una octava parte et media octava parte ad Johannem dictum Delyensoen, filium quondam Gerardi de Casteren, spectantem in quadam pecia prati, siti in parochia de Bucstel, in iurisdictione de Lyemde, in loco dicto in Azeer Beempde; item ex pecia prati, dimidium bonarium prati continente, sita in dicta parochia in iurisdictione de Lyemde, in loco dicto die Hamsvoirt; item ex una et dimidia lopinatas terre siliginee, sita in parochia et iurisdictione predictis, ad locum dictum Hezelair, atque ex domistadio, domo et orto, sitis in dicta iurisdictione de Lyemde, dudum supportato dicto Goeswino Heer a Goeswino, filio quondam Ghysberti Dircxsoen, prout in litteris et qui census trium librarum predictus dicto Laurencio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Lane, sue uxoris, et Petro, filio Theoderici Goyartss. Cangieter, tamquam marito et tutori legitimo dicte Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini Heer, pariter mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes hodierna die habita in partem cessit, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit dicto Petro Cangieter simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Lane, sue uxoris, deponere, exceptis tamen condicionibus, recognitionibus et promissionibus in dictis litteris divisionum contentis et eisdem salvis reservatis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262r-v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Idem Laurencius, tamquam maritus et tutor ut supra, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex tribus iugeribus et duobus hont terre, sitis in parochia de Lytt in de Lyensvelde, atque ex quodam manso, olim Willelmi de Beest, sito in parochia de Geffen, iuxta hereditatem Johannis de Nuwelant, atque ex attinentiis eiusdem mansi singulis et universis, dudum supportata Rutgero de Arkel ad opus Margarete, relicte quondam Jacobi, filii quondam Johannis Arntss., ab Arnoldo Heym, filio Johanni, filii naturalis quondam Arnoldi Heym, prout in litteris et que pactio duorum modiorum siliginis predictum dicto Laurencio, tamquam marito et tutori dicte Lane, sue uxoris, et Petro, filio Theoderici Goyartss. Cangieter, tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini Heer, pariter mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes hodierna die habita in partem cessit, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit dicto Petro simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare omnes obligationem et impetitionem ex

parte sui et dicte Lane, sue uxoris, deponere, exceptis tamen condicionibus, recognitionibus et promissionibus in dictis litteris divisionum contentis et eisdem salvis reservatis
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XV^{ta} februarii, tercia post Invocavit.

R1270, fol. 262v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus Laurencius de Bladel promisit super omnia et habenda dicto Petro trigintaquinque peters XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Idem Laurencius promisit adhuc super omnia et habenda dicto Petro triginta libras monete necnon centum et quinque consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra anni persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262v
15 februari 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Idem Laurencius promisit super omnia et habenda dicto Petro quindecim libras monete necnon centum et quinque consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262v
16 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Zegerus, filius quondam Willelmi de Haestrecht, et Johannes de Scouwen, scultetus in Loen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni, filio Johannis van den Wouwer, centum florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVI^{ta} februarii, quarta post Invocavit.

R1270, fol. 262v
16 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Robbertus de Malsen promisit super omnia et habenda dictos Zegerum et Johannem de premissis atque dampnum indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 262v-263r

16 februari 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Wy Vladeracken et Bogart, scepenen in Shertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen is geweest here Willelmus van Drongelen, priester, seggende hoe dat Wouter Stoock met seker getale van ossen beweydt heeft een deel lants gelegen tot Eethen, dwelck hy hem verhuert hadde voir een seker somme van penning die voirscreven voirscreven (*sic)* hem dairvoir geloefden te betalen tot sekeren daigen ontleeden ende hem noch nyet betaelt en zyn ende dairomme zoe hy hem beducht rechs sal moten plegen ende vervolch doen, het zy aen Wouteren voirscreven oft aen die voirscreven ossen, oft zoe dat van noode zal wesen, dwelcke hy in zynen properen persoen, overmits andere occupacien die hy te doen heeft, nyet vervolgen en can, ende heeft dairomme constitueert, geset ende ordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert Lucas van Orthen, zynen procureur ende facteur, gevende ende verlenende denselven Lucas vrij ende volcomen macht ende zunderlinghe die voirscreven penningen te manen, te heysschen, opte voeren ende tontfangene, van den ontfange quitancie te gevenen ende die ofs noot zy met recht te vervolgen voir allen gerichten dair ende alsoe dat behoeren sal ende generalic allet dair inne te doen dat die voirscreven constituent selver soude mogen doen, oft hy present ende iegenwoirdich weer, geloevende die voirscreven constituent op verbyntenisse van allen zynen gueden, hebbende ende vercrigende, vast ende stedich te houden allet geen des byden voirscreven Lucas hierinne gedaen ende voirtgekeert sal werden ende denselven van allen scade ende commer die hem ten ocsuyn van dien toecomen mucht te releveren, scadeloos sonder fraude.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirscreven onse zegelen hier aen doen hangen.
Datum supra.

R1270, fol. 263r
17 februari 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Godefridus, filius quondam Johannis Gielissoen, promisit ut debitor principalis michi ad opus Petri, filii quondam Michaelis de Hall, quod ipse dabit et solvet eidem Petro hereditarium censum quatuor et dimidie librarum monete anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram, et pro primo solutionis termino a Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro ultra annum de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac quadam pascua sibi adiacente, duos pastus dictos scharenweyen vel circiter continente, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Lennenshoevel, inter hereditatem Henrici et Yde, sue sororis, liberorum dicti quondam Johannis Gieliss., ex uno et inter hereditatem Wolteri et Katarine, eius sororis, liberorum quondam Theoderici Gielissoen, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem dictorum Henrici et Yde; item ex medietate ad ipsum, ut dicebat, adhuc spectante in quodam prato, duas diurnatas prati vel circiter continente, sito in parochia et loco predictis, in loco dicto In Oettendonck, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Bucstel ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Gerardi Hessels, ex alio, tendente ab hereditatem domini de Bucstel ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi, hereditaria pactione unius modii siliginis et hereditaria pactione unius modii siliginis ex integris domo, area, orto et pascua predictis necnon quinque stuvers ex dicto integro prato annuatim exinde e iure per prius e iure solvendo deponere et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus Godefridus dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue

quamlibet videlicet libram cum quinque et dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout Katherina, uxor legitima dicti Petri, filii quondam Michaelis de Hall, nomine eiusdem Petri, sui mariti, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido repromisit.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVII[a] februarii, quinta post Invocavit.

R1270, fol. 263r-v
17 februari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Frater Hermannus Roelofssoen, ordinis Predicatorum rector, magister et confessor conventus Sororum de Penitentia Beati Dominici in Wouderichem, nomine dicti conventus et quarumcumque conventualium eiusdem conventus, presentium et futurorum, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum, sibi per priorissam, suppriorissam et certas alias sorores conventuales pro tempore eiusdem conventus desuper concessarum, ut apparebat, hereditariam pactionem duorum et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes, filius quondam Jordani dicti Geritss., promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto conventui anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, orto atque terra ipsis adiacente, dictis communiter Mughoevel, qui fuerant quondam Johannis dicti Coman, sitis in parochia de Erpe, inter hereditatem Theoderici dicti Nollens ex uno et inter communitatem ville de Erpe ex alio, atque ex attinentiis dictorum domus, orti et terre, singulis et universis ubicumque locorum situatis; insuper ex pecia terre cum suis fossatis, sita in parochia de Erpe, inter hereditatem Leonii dicti de Ponsendael ex uno et inter hereditatem hominum quondam dictorum van den Hoick ex alio, et que hereditates depost site sunt ibidem inter communitatem ibidem ex uno et inter hereditatem Willelmi de Ponsendael, Goeswini Yewyns, liberorum quondam Henrici Bathen, liberorum quondam Willelmi Bernyers, Johannis van den Veldhamer, Jordani Matheeuss., Johannis Broichmans et quorundam aliorum alias undique adiacentem, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo Reyners ad opus Katharine, filie quondam Wolteri die Bye, simul cum dictis litteris et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, precentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti conventus ac quarumcumque conventualium eiusdem, precentium et futurorum, deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVII[a] februarii, quinta post Invocavit.

R1270, fol. 263v
17 februari 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Danielis Faess., peciam terre arabilis, tres vasatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Geffen in loco dicto Int Geffensche velt, inter hereditatem Roveri, filii quondam Theoderici Lambertss., ex uno et inter hereditatem Petri Goessens ex alio, tendente ab hereditate Johannis Bloymans ad hereditatem Theoderici Kepkens, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Rovero ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 263v
16 december 1502
Jan van Berkel en Dirk de Borchgreve

Godefridus, filius quondam Servacii Janss., in presentia dicti Roveri prebuit, alter cessit et optinuit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI[ta] decembris.

R1270, fol. 263v
17 februari 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Michael, filius quondam Gerardi Goessenss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Danielis die Heelt, hereditarium censum quatuor et dimidii librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Dynther ad plateam dictam die Loestraet, inter hereditatem Johannis dicti die Koyter ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis Henricxs. ex alio, tendente cum fine reliquo ad dictam plateam, die Loostraet vocatam; item adhuc ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sita in dicta parochia de Dynther, ad locum dictum Aen den Opstall, inter hereditatem Gerardi van den Dussen Janss. ex uno et inter quandam communem stegam ibidem ex alio, tendente ab hereditate dicti Gerardi ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens, et cum eo Henricus, filius quondam Rodolphi die Bever, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis uno denario, Vlemsschen vocato, fabrice ecclesie de Dynther et tredecim lopinis hereditarie pactionis dicto Johanni die Koyter ex domo, area, orto et hereditate predictis necnon duobus grossis antiquis necnon quarta parte unius grossi antiqui domino de Helmont, ex dicta pecia terre per prius annuatim exinde e iure solvendis, deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Bogart, datum XVII februarii, quinta post Invocavit.

R1270, fol. 263v
17 februari 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue quamlibet videlicet libram cum quinque Rijnsguldens, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 263v-264r
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Elisabeth, relicta quondam Mathei Willem Janss., cum tutore usufructum sibi competentem in medietate domus, aree et orti ac domus posteriori, sitorum in Buscoducis ad finem vici Orthensis, inter hereditatem Lamberti Philipssoen de Boeningen ex uno et inter hereditatem Johannis van den Waude de Scynle ex alio, tendentium a dicto vico retrorsum ad communem aquam ibidem fluentem, in illa scilicet medietate premissorum que heredibus dicti quondam Mathei Willemss. iure successionis per et post mortem eiusdem quondam Mathei hereditarie advoluta est, ut dicebat, legitime supportavit Jacobo, filio dicti quondam Willelmi Janss., fratri eiusdem Mathei, necnon Johanni Voet seniori, filio quondam Willelmi, tamquam marito

et tutore legitimo Mechteldis, sue uxoris, filie eiusdam quondam Willelmi Janss., sororisque dicti Mathei et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 264r
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Elisabeth, Jacobus et Johannes Voet, tamquam maritus ut supra, domum, aream, ortum ac domum posteriorem predictos cum singulis suis iuribus et attenentiis prout ibidem siti sunt, hereditarie vendiderunt Johanni, filio quondam Franconis de Broichoven, ab eodem, promittentes cum tutore super omnia et habenda divisi, videlicet dicta Elisabeth pro una medietate et dicti Jacobus et Johannes Voet indivisi pro reliqua medietate, warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci atque quatuor stuferis et tribus ortkinis capitulo Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis et hereditario censu novem librarum monete, diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 264r
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Dictus Johannes, filius quondam Franconis de Broichoven, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dictis Jacobo et Johanni Voet ad spacium sex annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequentium quolibet dictorum annorum quatuor et dimidiam libras monete Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dictis annis durantibus, et adhuc in ultimo termino dictorum annorum triginta unum et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 264r-264v
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Franconis de Broichoven, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum ex domo, area et orto, sitis in parochia de Macharen, inter hereditatem Petri Roelofss. ex uno et inter hereditatem Gerardi de Beynen ex alio; insuper ex medietate unius iugere terre, siti in dicta parochia in loco dicto die Nederweyde, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Macharen ex uno et inter hereditatem Johannis die Bruyn ex alio; insuper ex uno et dimidio iugeribus terre, sita ibidem inter hereditatem Gerardi Peterss. ex uno et inter hereditatem Roveri van den Dyck ex alio; insuper hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Macharen, inter hereditatem Petri Roelofss. ex uno et inter hereditatem Gerardi de Beynen ex alio; insuper ex uno et dimidio iugeribus terre, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op ten Enge, inter hereditatem Gerardi Peterss. et quorundam

aliorum ex uno et inter hereditatem Roveri van den Dyck ex alio, hodierna supportasset Elisabeth, relicte quondam Mathei Willem Janss., prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit in casu quo dicti census eidem Elisabeth imposterum via iuris evincerentur ac propterea dampna perpessus fuerit, quod extunc dictus Johannes refundet, refundere poterit dicte Elisabet pro qualibus dictarum librarum septem denarios, peters communiter vocatos, XIX stuvers vel valorem in moneta seu pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, quibus refusis idem Johannes et eius bona a dicta promissione warandiam, erunt penitus exonerati necnon dicta Elisabeth eosdem census prefato Johanni resupportabit et resupportare tenebitur simul cum dictis litteris, aliis et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, permittet absque dolo.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVII[a] februarii, quinta post Invocavit.

R1270, fol. 264v
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Dictus Johannes de Broichoven promisit super omnia et habenda dicte Elisabeth quatuor libras monete et viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 264v
17 februari 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Hermannus et Symon, fratres, liberi quondam Petri Arntss. et Henricus, filius Godefridi Reymbouts Spornyerss., promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturum et soluturum magistro Henrico Heym, canonico in Buscoducis, ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum decem et septem florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando in pecunia pronunc valuata, necnon quinque consimiles stuvers Nativitatis Domini et pro pro *(sic)* primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante occasione locationis duorum camporum terre, septem iugera terre vel circiter pariter continente, dicti magistri Henrici, sitorum in parochia de Littoyen in de Rosmaet, tali annexa conditione quod dicti promittentes dictos duos campos interim conservabunt ab omnibus antiquis operibus, et si interim ex causa novorum operum aliquid conservandum aut operandum fuerit, quod extunc iidem promittentes id fieri preintimabunt, sic et taliter quod dicto magistro Henrico dampna exinde non eveniant in futuro et quidque ex causa huiusmodi novorum operum exposuerunt quod dictus magister Henricus dictis promittentibus id ad proximum terminum defalcabitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 264v
18 februari 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Johannes van den Sloet, filius quondam Johannis, centum et quadragintaseptem aureos peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, dudum promissos Gerardo Kuyst ab Henrico Dicbier, Woltero de Beze et Goeswino Hack et depost supportatos dicto Johanni van

den Sloet a Gerardo Kuyst predicto, prout in diversis litteris, legitime supportavit Goeswino van den Sloet simul cum dictis litteris et iure.
Testes Vladeracken et Bogart, datum XVIII[a] februarii, sexta post Invocavit.

R1270, fol. 264v-265r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Theodericus, filius quondam Willelmi Sappeels, tamquam maritus legitimus Jutte, sue uxoris, filie quondam Arnoldi die Becker, filii quondam Johannis die Becker de Oisterwyck, ab eodem quondam Arnoldo et Geerburge, sua prima uxore, de primo thoro eiusdem Arnoldi pariter genite, et ipsa Jutta, cum eodem tamquam cum suo tutore, Johannes, filius Goeswini dicti Engbrechtss., ab eodem quondam Goeswino et quondam Aleyde, eius uxore, filia dicti quondam Arnoldi die Becker et Hillegondis, sue secundem uxorem, de secundo thoro eiusdem Arnoldi genita, necnon frater Johannes de Brede, prior pro tempore fratrem Domus Sancti Gregorii, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensis ultra pontem Geerlaci nomine, et pro parte fratris Engberti, filii dictorum Goeswini et Aleydis fratrisque domus predicte, domum et aream olim quondam Henrici Pantelair, depost Jutte, sue filie, de hinc vero Henrici et Johanne, eius sororis, liberorum quondam Ghiselberti Wouterss. et Henrici Cuylmans, filii Arnoldi Cuylmans, nunc vero dictorum, supportantium, sitam in Buscoducis ad finem vici Tinctorum, iuxta vicum dictum die Weverplaetze, inter hereditatem Gerardi Geriis ex uno et inter hereditatem Arnoldi Joirdens, fullonis, ex alio, quam domum et aream predictam dictus Arnoldus die Becker erga dictos Henricum et Johannam, eius sororem, et Henricum Cuylmans dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Mechtildi, filie quondam Arnoldi de Vucht, simul cum dictis litteris et iure, promittentes divisi videlicet dicti Theodericus, Jutta et Johannes super omnia et habenda et dictus frater Johannes de Brede, sub obligatione omni bonorum dicte Domus, presentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Arnoldi die Becker ac suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 265r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicta Mechteldis promisit super omnia et habenda dicto fratri Johanni de Brede quadragintaduos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 265r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Eadem Mechtildis promisit super omnia et habenda eiusdem fratri Johanni sex libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum totidem libras necnon quadraginta duos consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 265r-v

18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Johannes, filius Goeswini dicti Engbrechss., ab eodem Goeswino et quondam Aleyde, eius uxore, filia quondam Arnoldi die Becker, filii quondam Johannis et quondam Hillegondis, sue uxoris, pariter genitus de secundo vero thoro eiusdem Arnoldi, necnon frater Johannes de Brede predictus nomine et pro parte fratris Engberti predicti tres quartas partes ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oisterwyck iuxta plateam, dictam die Plaets, inter hereditatem Johannis Lupprechz ex uno et inter hereditatem Engberti Smyter ex alio; insuper ex quatuor lopinatas terre vel circiter, sita in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Carichoven, inter hereditatem Henrici Blanckarts ex uno et inter hereditatem Arnoldi die Wolf ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus Beckers erga Wolterum de Gael, filium quondam magistri Wolteri de Gael, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Jutte, filie dicti quondam Arnoldi die Becker, ab eodem quondam Arnoldo et Geerburge, sua prima uxore pariter genite, uxorique legitime Theoderici Sappeels Willemss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes videlicet dictus Johannes super omnia et habenda et dictus frater Johannes sub obligatione omni bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti fratris Engberti deponere. Promiserunt insuper sub obligationibus premissis in causa quo dicta pactio imposterum via iuris prefate evinceretur aut si contrapignora eiusdem pactionis pretacta pro solutione eiusdem insufficiencia inventa fuerint via iure et non satis secura, quod dicti Johannes et frater Johannes huiusmodi dampna et insufficiencia portabunt et portare tenebuntur, videlicet pro tribus quartis partibus.
Testes Hynden et Bogart, datum XVIII[a] februarii, sexta post Invocavit.

R1270, fol. 265v
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicti Johannes et frater Johannes ut immediate supra, tres quartas partes ad ipsos spectantes in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum die Hoeven, inter hereditatem Johannis die Beer ex uno et inter hereditatem Willelmi Kepken, filii quondam Gerardi ex alio; insuper ex medietate pecie prati, siti in dicta parochia inter aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, ex uno et inter communitatem ex alio; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitis ibidem, inter hereditatem Katharine, relicte quondam Robberti Goyarts et suorum liberorum, ex uno et inter hereditatem dicti Willelmi Kepkens ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus die Becker erga dictum Willelmum Kepken emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni die Beer, filio quondam Machaelis die Beer, ab eodem quondam Michaele et Jutta, sua uxore, filia dicti quondam Arnoldi Becker, pariter genito, necnon Johanni dicto Nulants, tamquam marito et tutori legitimo Geerburgis, sue uxoris, filie dictorum quondam Michaelis et Jutte, ad opus eorum et ad opus aliorum liberorum eorundem Michaelis et Jutte, simul cum dictis litteris et iure, promittentes omnino per totum ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 265v-266r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Johannes necnon Theodericus, filius quondam Willelmi Sapeels, tamquam maritus legitimus Jutte, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Becker, filii quondam Johannis die Becker senioris, filii quondam Willelmi sBeckers, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Geerburge, sua prima uxore, pariter genite, et ipsa Jutta cum eodem tamquam cum suo tutore, duas quartas partes necnon medietate unius quarte partis ad ipsos spectantes in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oisterwyck iuxta molendinum de Nedervonderen, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Dongen ex uno et inter hereditatem Willelmi die Beer ex alio; insuper ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia in loco dicto die Scyne, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Emmen ex uno et inter hereditatem Laurencii van den Wyel ex alio; insuper ex domo, area et orto cum suis attinentiis, sitis infra libertatem de Oisterwyck iuxta plaetsam ibidem, quam pactionem predictam dictus Arnoldus, filius Johannis die Becker, erga Elisabeth, relictam quondam Hermanni de Heirn, filii quondam Arnoldi, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt fratri Johanni de Brede, prior fratrem Domus Sancti Gregorii, site in Buscoducis in vico Hynthamensi, ad opus eiusdem Domus, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in causa quo imposterum dicte Domui dicta pactio via iuris evinceretur et propterea dampna perpessa fuerit aut si contrapignora pretacta pro solutione dicte pactionis insufficiente inventa fuerint iuridice, quod dicti Johannes necnon Theodericus Sapeels et Jutta huiusmodi dampna et insufficienciam portabunt et portare tenebuntur, videlicet dictus Johannes pro una quarta parte et medietate unius quarte partis necnon dicti Theodericus et Jutta pariter pro una quarta parte.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 266r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicti Theodericus et Jutta, eius uxore, necnon dictus frater Johannes ut supra, duas quartas partes ac medietatem unius quarte partis, ad ipsos spectantis in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Tilborch, solvenda hereditarie Purificationis et in Tylborch tradenda ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum die Hasselt, inter hereditatem liberorum quondam Reyneri dicti Krillart ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Rodolphi dicti Henricx ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus die Becker erga Nennam et Margaretam, sorores, filias quondam Hermanni, filii quondam Ghibonis dicti Hermanss., dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Johanni, filio Goeswini Engbrechs, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes videlicet dicti Theodericus et Jutta super omnia et habenda et dictus frater Johannes sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte fratris Engberti deponere. Promiserunt insuper sub obligationibus premissis in causa quo imposterum dicto Johanni dicta pactio via iuris evinceretur et proptera dampna perpessus fuerit aut si contrapignora pretacta pro solutione dicte pactionis iuridice insufficiencia inventa fuerint et non satis secura, quod dicti Theodericus, Jutta et frater Johannes, nomine dicte Domus, huiusmodi dampna et

insufficiencia portabunt et portare tenebuntur, videlicet dicti Theodericus et Jutta pro una quarta parte necnon dicta Domus nomine dicti fratris Engberti pro una quarta parte et medietate unius quarte parte.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 266r
18 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicti Theodericus et Jutta, eius uxor legitima, necnon dictus frater Johannes ut supra, duas quartas partes ac medietatem unius quarte partis ad ipsos spectantis in uno modio siliginis annue et hereditarie pactionis, solvendi hereditarie Purificationis de et ex domo, orto ac suis fundo et attinentiis, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum die Belver, inter hereditatem Johannis Wytmans ex uno ende inter hereditatem Henrici van Gorp ex alio, quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum Theodericus, filius naturalis quondam Johannis Roevers, promiserat dicto Arnoldo, filio Johannis Beckers, termino solutionis predicto dare ex contrapigneribus predictum, prout in litteris de Oisterwijc videbatur contineri, hereditarie supportaverunt dicto Johanni, filio Goeswini Engbrechs, simul cum dictis litteris et iure, promittentes per totum ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 266r
[18 februari 1502]
deze akte is niet gepasseerd

Iamdicti Theodericus et Jutta, eius uxor legitima, necnon dictus frater Johannes ut iam supra, duas quartas partes ac medietatem unius quarte partis ad ipsos spectantis in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Tilborch, solvenda hereditarie Andree Apostoli et in Domo infrascripta tradenda ex domo et orto ac hereditatibus eis adiacentibus, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum Velthoven, iuxta molendinum venti ibidem, inter hereditatem Johannis dicti Scart ex uno et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus die Becker erga Nennam et Margaretam, sorores, filias quondam Hermanni, filii quondam Gibonis Hermanss., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Johanni, simul cum dictis litteris et iure, promittentes per totum ut iam immediate supra.

R1270, fol. 266v
21 februari 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Gerardus, filius quondam Theoderici Costerss., promisit super omnia et habenda domino Johanni de Ghysselen ad opus sue matris octo florenes Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia valuata quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXI^{a} februarii, secundam post Reminiscere

R1270, fol. 266v
21 februari 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Lamberti, filii quondam Lamberti Wynricxss., promisisset se daturum et soluturum Margarete, filie quondam Boudewini van den

Moelengrave, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, hereditarie Purificationis necnon hereditariam censum decem et octo librarum monete hereditarie Nativitatis Baptiste ex medietate domus et aree, sita in Buscoducis in vico Selliparorum iuxta portam Iudeorum, inter hereditatem Johannes Floriss. ex uno et inter hereditatem Nycolai de Dryel ex alio, atque ex medietate edificii lapidei, stenen gevel vocati, et epicansterii in eodem edificio consistente unacum aliis suis attinentiis, necnon ex quibusdam aliis contrapigneribus, pridem ad hereditarium pactum datum dicto Henrico a Margareta predicta, necnon ex reliquam medietate pretactorum bonorum que ad dictum Henricum et Katherinam, eius uxorem, spectabat, prout in litteris, cumque vero tercia pars pactionis et census predictorum Boudewino van den Molengrave, filio quondam Johannis, mediante quadam divisione hereditaria in ipsum et Lambertum van den Molengrave, filium quondam Lamberti van den Moelengrave, et Theodericum, suum fratrem, dudum habita in partem cessisset, prout in litteris divisionum, et cum deinde tercia pars dicte pactionis seu unum modium siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione trium modiorum siliginis Elisabeth juniori, filie dicti quondam Boudewini van den Moelengrave, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes pridem habita in partem cessisset, ut videbatur in litteris divisionum de Bucstel contineri, constituta igitur coram scabinis infrasciprtis dicta Elisabeth junior dictum unum modium siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportavit dicto Lamberto van den Molengrave, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris et iure et cum arrestadiis quatuor annorum ultimo preteritorum, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Boudewini ac suorum heredum deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 266v
21 februari 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Ghysbertus, filius quondam Laurencii Arntss., hereditarie vendidit Elisabeth juniori, filie quondam Boudewini van den Molengrave, filii quondam Johannis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, aera, horteo et orto ac hereditate sibi adiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Tongeren, inter hereditatem heredum quondam Gerardi Michielssoen ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Nyclaes de Beke ex alio, tendente cum fine utroque ad communitatem de Zelizel ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepto censu fundi per prius annuatim ex premissis e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 266v-267r
21 februari 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Et poterit redimere ad spacium quinque annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequentium semper dicto spacio durante cum quadraginta peters, decem et novem stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferum, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu monetam nae advenande, secundum modernam valuationem, et cum

pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Ghysberto repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 267r
23 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Bernardus, filius quondam Willelmi die Brouwer, quendam campum terre, duo iugera terre vel circiter continente, situm in parochia de Tefelen inter hereditatem cuiusdam altaris, siti in ecclesia Maioris Curie Beginarum in Buscoducis ex uno et inter hereditatem heredum quondam Petri Willemss. ex alio, tendentem ab hereditatem heredum Theoderici dicti Didden ad hereditatem Laurencii Willemss., prout dictus campus ibidem opten Sciltwech est situatus, ut dicebat, hereditarie vendidit Gerardo, filio naturalis quondam Petri de Maren, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis census fundi domino de Megen annuatim exinde e iure solvendis necnon onere conservandi unam virgatam aggeris Mose, sitam in parochia de Oyen, in loco dicto In den Reeck, in oppositum orti Petri de Ghelenborch ibidem, inter partem aggeris Mose Johannis de Tuyl superius cum uno fine et inter partem aggeris Mose Zegeri Moert inferius cum alio fine, exceptis inquam aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum campum e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Hynden et Bogart, datum XXIII[a] februarii, quarta post Reminiscere.

R1270, fol. 267r
23 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Gerardus promisit super omnia et habenda dicto Bernardo tres florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon duos et dimidium consimiles stuvers Nativitatis Domini proxime futuro necnon totidem florenos et stuvers atque quadragintaseptem consimiles florenis Renensis a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 267r
23 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Adrianus, filius quondam Arnoldi die Wolff, et Wolterus, filius quondam Thome Woutersss., tamquam magistri et rectores pro tempore fabrice ecclesie parochialis Sancti Petri ville de Oisterwyck, et eo nomine potentes ad infrascripta vigore certarum litterarum ab episcopo Leodiensis desuper concessarum, ut apparebat, palam recognoverunt se recepisse a Godefrido, filio quondam Johannis Gieliss., decem et dimidium peters, XVIII stuvers monete pronunc valuate pro quolibet computando, necnon duos consimiles stuvers et quartam unius huiusmodi stuferi ex causa acquitationis seu redemptionis quatuor lopinorum siliginis hereditarie pactione de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, quos quatuor lopinos siliginis predictos olim dominus Wolterus Boem, presbiter, dudum prefate fabrice legaverat et dictus Godefridus annuatim eidem fabrice solvere tenebatur de et ex certis suis hereditatibus ad locum dictum Lennenshoevel parochie de Bucstel situatis, ut dicebat, clamantes dicti

Adrianus et Wolterus nomine quo supra dictum Godefridum et eius bona de premissis quatuor lopinis quitis, promittentesque sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice habitorum et habendorum dicto Godefrido quod ipsi eundem Godefridum et eius bona de dictis quatuor lopinis siliginis atque ab ulteriori solutione eorundem necnon ab omnibus dampna eidem Godefrido occasione eorundem quatuor lopinorum siliginis quovismodo eventuris quitabunt, relevabunt et penitus indempnem observabunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 267v
23 februari 1502
Goessen van den Hezeacker en Arnt Pauweter

Ghiselbertus, filius quondam Arnoldi de Herwairden, et Theodericus, filius quondam Henrici Dircxss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico de Davantria septem et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, mediatim Pasche et mediatim Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos occasione impactionis maherie dicte die gruytte van Nystelre, ut dicebat.
Testes Toelinc ac Paeuweter, datum XXIII februarii, quarta post Reminiscere.

R1270, fol. 267v
25 februari 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Lambertus, filius quondam Willelmi dicti Ghenen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis Wouterss., ab eodem quondam Johanne et quondam Aleide, eius uxore, filia quondam Wolteri van der Tangerryt, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Gerardus, filius quondam Gerardi de Collenbraken, promiserat se daturum et soluturum Rodolpho, filio quondam Henrici dicti Loekemans, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditam de et ex pecia prati, dicta den Blakenbeempt, sita in parochia de Nuenen, ad locum dictum die Mortel; item ex medietate pecie terre, site in dicta parochia, ad locum dictum Lederken; item ex pecia terre, dicta Opten Poel, sita ibidem iuxta hereditatem liberorum quondam Johannis Loekemans ex uno et inter hereditatem Gerardi de Collenbraken ex alio; item ex pecia terre, dicta Dloeken Ackerken, unam et dimidiam lopinatas terre continente, sita ibidem inter hereditatem Johannes Schoutkens ex utroque latere adiacente; item ex medietate pecie terre, site in dicta parochia in loco dicto Dloect, ultra communem vicum ibidem, inter hereditatem Amelii van den Schuren et hereditatem Gerardi van Collenbraken; item ex medietate pecie prati, dicti die Wyenbeemt, siti in dicta parochia, inter hereditatem heredum quondam Johannis Loekeman et inter hereditatem Gerardi van Collenbraken; item ex sexta parte domus, aree et orti in quibus quondam Henricus Loekemans decessit, sitorum in dicta parochia et ex medietate pecie terre dicte, die Penacker, site in dicta parochia, ad locum dictum Wetten, quas hereditates dictus Gerardus, filius quondam Gerardi van Collenbraken erga Rodolphum predictum et Jordanum, fratres, liberos quondam Henrici Loekemans, ad pactum acquisierat, quam pactionem predictam Johannes, filius quondam Mercelii, filii naturalis quondam domini Godefridi de Os, militis, erga dictum Rodolphum acquisierat prout in diversis litteris, et quam pactionem Elisabeth, filia quondam Rutgeri van den Tangerryt, relicta dicti Johannis de Os, in suo testamento ac ultima eius ultima voluntate inter cetera inibi contenta prefate Aleydi, filia quondam Wolteri van den Tangerryt sororique legitime Rutgeri van den Tangerryt, legaverat, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Michaelis de Eyck, doctoris in

medicinis, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dictorum quondam Johannis de Os et Elisabeth, eius relicte, atque Aleydis predicte ac suorum heredum deponere.
Testes Hezeacker et Paeuweter, datum XXV^{ta} februarii, sexta post Reminiscere.

R1270, fol. 267v-268r
25 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Geertrudis, filia quondam Wolteri dicti Thiis, relictam quondam Johannis de Os, filii quondam Theoderici de Os, cum tutore domum et aream, olim Arnoldi die Ruyter, filii quondam Arnoldi de Hoeschot, sitas in Buscoducis in vico tendente a vico Hynthamensi versus vicum Ecclesie, inter hereditatem olim Willelmi Steenwech, sutoris, dehinc Wolteri Voet et Engele, sue uxoris, ex uno et inter edificium, stenen gevel vocatum, domus inhabitationis Pauli de Uden, calopodiatoris, filii quondam Tyelmanni de Uden, et hereditatem reliquam Johannis de Os, filii quondam Theoderici de Os, ex alio, pridem supportatam dicte Geertrudi a Godefrido, filio dicti quondam Johannis de Os, Martino, filio quondam Johannis de Geffen, marito et tutori legitimo Mechtildis, sue uxoris, Woltero, filio quondam Engberti Wouterss. van den Broeck, marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, et Symone, filio Theoderici Symonss., marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis de Os, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Godefrido, filio quondam Johannis de Os, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, conditionibus tamen in dictis litteris contentis, semper salvis eisdem que in suis vi et robore illesis permansuris.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 268r
25 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Godefridus, filius quondam Johannis de Os, filii quondam Theoderici de Os, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Johannis, filii quondam Franconis de Uden, hereditarium censum septem florenem Renensem, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie Mathie apostoli de et ex domo et area, olim Arnoldi die Ruyter, filii quondam Arnoldi de Hoeschot, nunc vero dicti venditoris, ac suis attinentiis, sitis in Buscoducis in viculo tendente a vico Hynthamensi versus vicum Ecclesie, dicto dat Thorenstraetken, inter hereditatem olim Willelmi Steenwech, sutoris, dehinc Wolteri Voet et Engele, sue uxoris, nunc vero Henrici dicti Reeuwe, filii quondam Petri Reeuwe, ex uno et inter edificium, stenen gevel vocatum, domus olim Pauli de Uden, calopodiatoris, filii quondam Tyelmanni de Uden, nunc eius heredum, ex alio, tendente a dicto viculo retrorsum ad hereditatem reliquam dicti venditoris, quam domum et aream predictam dictus Godefridus erga Geertrudem, filiam quondam Wolteri Thys, relictam quondam Johannis de Os predicti, hodierna die acquisierat coram scabinis in Buscoducis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis quinque et dimidia libris hereditarii census monete per prius annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 268r
25 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum florenoris Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, demptis tamen in hiis dimidiis stuferis et ortkinis ac minoribus denariis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 268r-v
25 februari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Jacobus de Fine peciam terre pascualis, dictam den Doeren, sitam in parochia de Nuenen, ad locum Aen den Doeren vocatum, inter communem aquam die Aa vocatam ex uno et inter hereditatem Petri Lamberti Peterssoen et quorundam aliorum hereditates habencium in communibus agris ibidem ex alio, tendente ab hereditate Henrici van den Broick ad hereditatem Johannis de Vaerlaer, quam peciam terre pascualis predictam dictus Jacobus erga Petrum die Sluyter per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Paulo, filio quondam Willelmi van den Venne, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis et reservata tamen hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Nuenen, quam pactionem dudum magister Adolphus de Eyck et nunc vero Mensa Sancti Spiritus in Helmont ex dicta pecia terre pascualis annuatim et hereditarie solvendum habent iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXV^{ta} februarii, sexta post Reminiscere.

R1270, fol. 268v
25 februari 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Paulus, filius quondam Willelmi van den Venne, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda dicto Jacobo quadragintaquinque peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon unum modium siliginis Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 268v
25 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Judocus, filius quondam Arnoldi dicti Vrients Arntss., in absentia Arnoldi Vrients, filii quondam Arnoldi Vrients, prebuit ad redimendum e iure proximitatis peciam terre arabilis, sitam in parochia de Doernen, ad locum dictum Lyessel, inter hereditatem Johannis de Erpe Janss. ex uno et inter hereditatem Leonardi dicti Boessart ex alio, quam peciam terre predictam dictus Arnoldus Vriens, filius quondam Arnoldi Vrients, erga Willelmum dictum

Tymmerman, tamquam maritum et tutorem legitimum Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Johannis de Vorssel, coram scabinis in Doernen acquisierat, ut dicebat, et optinuit.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 268v
26 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Petrus, filius quondam Adriani Scallarts alias dictus de Antwarpia, tamquam proprietarius pro tempore cuiusdam domus et aree, dicte in Bourgoingnen, site in Buscoducis in oppositum cuiusdam edificii, dicti den Craen, ibidem, ut dicebat, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda michi ad opus Yde, relicte quondam Huberti de Strathen, quod ipse Petrus et sui post ipsum successores, proprietarii pro tempore domus et aree predicte, de et ex eadem domo et area huiusmodi duas libras hereditarii census communis pagamenti, quas capitulum in Buscoducis de et ex domo et area predicta annuatim solvendum habet atque dictus quondam Hubertus per prius et depost dicta Yda, eius relicta, solvere consueverant et hactenus solverunt, exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur sic et taliter quod dicte Yde ac heredibus dicti quondam Huberti et eorum bonis relictis et reliquendis dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXVI^{ta} februarii, sabato post Reminiscere.

R1270, fol. 268v
26 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Lambertus dictus van den Polder et Elisabeth, eius uxor legitima, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix Junioris, quinquaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXVI^{ta} februarii, sabbato post Reminiscere.

R1270, fol. 268v
26 februari 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Rutgerus de Meyelsfoirt promisit super omnia et habenda Henrico dicto Plaetman de Davantria septuagintaquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et mediatim ad Carnisprivium proxime futuro et mediatim ad festum Penthecostes dictum Carnisprivium immediate subsequente persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 269r
28 februari 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Johannes dictus die Greve, faber, filius quondam Johannis die Greve, fabri, palam recognovit se recepisse ab Huberto, fabro, filio quondam Godefridi dicti die Rode, fabri, vigintitres peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, necnon sex consimiles stuvers in assignationem sue quote de summa nonaginta consimilium peters, quam summam dictus Hubertus assignare seu convertere promiserat in hereditaria bona ad opus primodicti Johannis

die Greve ac Adriani, sui fratris, et Agnete, sue sororis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, clamans igitur primodictus Johannes die Greve prefatum Hubertum et eius bona ac omnes alios huiusmodi quitancia indigenter de dicta sua quota, videlicet de dictis viginti tribus peters et sex stuvers atque ab omnibus dampnis et impetitionibus ea occasione eventuris quitos liberos et penitus absolutos.
Testes Hynden et Bogart, datum ultima februarii, secunda post Oculi.

R1270, fol. 269r
1 maart 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Lambertus, filius quondam Johannis Bogart, domum, aream et ortum, cameram lapideam ac domum posteriorem cum suis iuribus et attinentiis, sitos in Buscoducis in vico Vuchtensi infra ambas portas, inter hereditatem reliquam seu domum dicti Lamberti ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Cottens ex alio, tendentes a dicto vico retrorsum usque ad aquam fluentem, prout premissa ibidem sita sunt, quos domum, aream, ortum, cameram lapideam, domum posteriorem cum suis iuribus et attinentiis predictos dictus Lambertus erga Mercelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Andree Jacopss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibus annexis conditionibus in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino nostro duci, hereditarius census duorum librarum monete cuidam altari in ecclesia Sancti Johannis Evangeliste in dicto opido, sito in thoro domini nostre antique ibidem, hereditarius census duarum librarum monete predicte domino Egidio de Strathen, presbitero, hereditarius census quinque librarum monete predicte cuidam Aleydi, commoranti retro conventum fratrum minorum ibidem, et hereditarius census decem librarum eiusdem monete Ottoni Bolcx annuatim exinde e iure solvendus, quod dictus Lambertus prefato Johanni hoc plus penitus deponet; insuper condicionatum est quod idem Johannes dictos census elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro, extunc deinceps perpetue dabit et persolvet necnon dare et persolvere tenebitur sic et taliter quod dicto Lamberto ad et supra se ac reliquam suam domum seu hereditatem predictam et alia sua bona dampna exinde non eveniant in futuro; item adhuc conventum est quod camera lapidea predicta versus hereditatem dicti Lamberti observabit suum stillicidium quemadmodum de presenti habet, hoc tamen salvo in casu quo dictus Johannes imposterum edificare velit supra reliquam vacuam hereditatem suam predictam, quod eo casu edificando suam edificia non amplius extendet versus hereditatem dicti Lamberti quam secundum excensionem domus anterioris predicte; postremo conditionatum est quod dicti Johannes et Lambertus, guttarium, consistens inter dictam domum anteriorem dicti Johannis et domum anteriorem dicti Lamberti, exnunc deinceps tenebunt et conservabunt ac tenere et conservere tenebuntur et hoc eorum communibus expensis in bona disponere, quas conditiones et conventiones pretactas dicti Lambertus et Johannes et quilibet eorum pro quanto eum conterint, facient et adimplebunt realiter et cum effectu, prout iidem Lambertus et Johannes hoc palam recognoverunt et ut debitores principales super se et bona sua omnia, ab eis ad presens habita ac imposterum ab eis habenda et acquirenda, sibi mutuo promiserunt.
Testes Hynden et Toelinc, datum prima martii, tercia post Oculi.

R1270, fol. 269v
1 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Aleidis, filia quondam Gerardi Quap, filii quondam Johannis Quappe, cum tutore herditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Helvoert in vico dicto die Moelenstraet, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis Scosters ex alio; insuper ex dimidio bonario prati vel circiter, sito in dicta parochia in palude, dicta Hilwaerenbroeck, inter hereditatem Johannis Spierinc ex uno et inter hereditatem Luytgardis Wautgers et Nycolai, eius filii ex alio; insuper ex dimidio bonario prati vel circiter, sito in dicta parochia inter hereditatem Arnoldi de Ryel et Heilwigis, filie quondam Henrici Weyensoen, ex uno et inter hereditatem quondam Michaelis Coryman et Wolteri Scuerman ex alio, quam pactionem predictam Petrus, filius dicti quondam Johannis Quappe, erga Nycolaum dictum Brocken, filium quondam Willelmi dicti Brocken, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio predicta dicte Aleidi mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus Fratrum Cellitarum, dictorum Celbruederen, de regula Sancti Augustini, commorantium in Buscoducis, ad locum dictum den Triniteyt, simul cum dictis litteris et iure cum arrestadiis unius termini ultimo preteriti, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum conditione consueta.
Testes Bogart et Paeuweter, datum prima martii, tercia post Oculi.

R1270, fol. 269v
1 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicta Aleydis, cum tutore hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Jacobi apostoli ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus Anselmi, filii quondam Willelmi van den Wybossche, sitis in parochia de Bakel in loco dicto In den Wybosch, inter hereditatem Petri van den Vyfeycken ex uno et inter hereditatem Petri van den Wybosch ex alio; insuper ex pecia terre pascualis dicti Anselmi, sita ibidem inter hereditatem dicti Petri van den Wybosch ex uno et fine uno et inter communem aquam, die Witryt vocatam, ex alio, quem censum predictum Petrus Quappe, filius dicti quondam Johannis Quappe, erga dictum Anselmum, filium quondam Willelmi van den Wybosch, emendo acquisierat prout prout *(sic)* in litteris, et qui census dicte Aleidi mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum Cellitarum simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore per totum ut supra et cum conditione.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 269v
1 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicta Aleidis cum tutore hereditarium censum unius et dimidii aureorum florenorum, andriesgulden communiter vocatorum, XII dobbel vuerysers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter tria bonaria vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem olim Godescalci de Dynther ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Johannis Ghybensoen, ex alio, quem censum predictum Petrus, filius dicti quondam Johannis Quappe, erga Johannem, filium quondam Johannis

Ghybensoen, emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dicte Aleydi mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum Cellitarum simul cum dictis litteris et iure et cum arrestadiis unius termini ultimo preteriti, promittens cum tutore per totum ut supra et cum conditione.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 269v-270r
1 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicta Aleidis cum tutore quecumque bona immobilia et hereditaria que sibi per et post mortem dicti quondam Gerardi, sui patris, necnon quondam Petri Quappe, filii dicti quondam Johannis Quappe, sui avunculi, iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperiendia, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum Cellitarum, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 270r
1 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Petrus, filius quondam Willelmi Arntss., textor laneorum, domum, aream et ortum olim quondam Andree, filii quondam Theoderici Peterszoen de Os, sitos in Buscoducis in vico, dicto die Buertschestraet, iuxta pontem ibidem, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Nycolai Broessoen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis van den Hoevel ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem Adriani de Orthen, quos domum, aream et ortum predictos dictus Petrus, filius quondam Willelmi Arntss., erga Rodolphum, filium quondam Mathie die Bever, et Ottam, suam uxorem, filiam quondam Johannis Molyman alias Bredebaert, relictam dicti quondam Andree, filii quondam Theoderici Peterss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Petro Bitter, filio quondam Johannis Bitter, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum coheredum et heredum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis necnon hereditario censu quatuor librarum monete, quem censum primodictus Petrus ex premissis Reymboldo Vilt de Os dudum vendiderat aut solvere promiserat iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, quos onera et censum quatuor librarum predictos secundodictus Petrus Bitter elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro extunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur ex premissis sic et taliter quod primodicto Petro ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Petrus Bitter hoc palam recognovit et super omnia et habenda primodicto Petro repromisit.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum prima martii, tercia post Oculi.

R1270, fol. 270r
1 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Petrus Bitter promisit super omnia et habenda primodicto Petro, filio quondam Willelmi Arntss., trigintaquinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 270r
1 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Petro Willelmi Arntss. undecim libras monete necnon quadragintaduos consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 270r
1 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Idem Petrus Bitter promisit super omnia et habenda primodicto Petro quinque libras monete necnon trigintaquinque consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 270r-v
1 maart 1502
Goessen van den Hezeacker en Arnt Pauweter

Rodolphus dictus Lambertssoen super domibus, areis, ortis ac hereditatibus necnon terris mericalibus sibi coadiacentibus, dictis communiter die Hulsche hoeve, sitis in parochia de Uden, inter hereditatem Johannis Arntss. Johannis Persoens, cuiusdam domicelle de Doenen, et Petri Willem Heymkenss. ex uno et cum alio latere ad communitatem; item adhuc super pecia pascue, dicta eeussel, cum quodam orto, sitis in opposito ibidem inter communitatem ibidem ex uno et fine uno et cum alio latere ad hereditatem dicti Petri, tendente ad hereditatem Laurencii Wellens et Johannis Quaden cum reliquo fine; item adhuc super pecia prati, sita in dicta parochia Int Goer, inter hereditatem Jacobi van den Camp cum uno latere et cum alio latere ad hereditatem liberorum Johannis Wrlicx et hereditatem Lamberti Jan Coppenss., tendente cum uno fine ad quoddam fossatum, dictum den Erpschen Grave, et cum alio fine ad communitatem; insuper adhuc super pecia prati, dicti enen plack beempts, sita in dicta parochia in die Vluey, iuxta hereditatem liberorum Jacobi Willems cum uno latere et cum alio latere iuxta hereditatem Theoderici Wellenss. et Willelmi Heymkens, tendente cum uno fine ad hereditatem Wolteri Willens et cum alio fine ad communitatem, dudum supportatis dicto Rodolpho a Margareta, relicta quondam Deenkini Heymericx, necnon Heymerico, Petro et Elisabeth, suis liberis, ut videbatur in litteris de Uden contineri, atque super toto iure ad opus Mense Sancti Spiritus et Maioris Hospitalis in Buscoducis hereditarie renunciaverunt effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Paeuweter, datum prima martii, tercia prius Oculi.

R1270, fol. 270v
2 maart 1502

Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes dictus van den Venne, filius quondam Johannis dicti van den Venne, hereditarie vendidit Johanni Pynappel, filio quondam Boudewini, hereditariam pactionem unius modii siligini mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie secunda martii et in Buscoducis libere absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter quatuor lopinatas terre vel circiter continentes, dicti venditoris, sitis in parochia de Berlykem, iuxta locum dictum by dBraecvenne, inter communem plateam ex uno et inter communitatem ibidem alias undique adiacentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepto uno sextario siliginis Quatuor Ordinibus Mendicantibus per prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere. Testes Bogart et Toelinc, datum secunda martii, quarta post Oculi.

R1270, fol. 270v
2 maart 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Petrus, filius quondam Theoderici dicti die Huedemeker, et Johannes, filius quondam Petri Lucass., hereditarie vendiderunt domino Egidio dicto van den Nuwenhuys, filio quondam Johannis van den Nuwenhuyse, presbitero, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Zonne, solvendam hereditarie prima martii et in parochia de Zonne tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus, quinque lopinatas terre vel circiter pariter continentes, atque duabus peciis terre pascualis, dictis koeweyen, sibi mutuo ac premissis adiacentes dicti Petri, sitis in parochia de Zonne, ad locum dictum Aen de Braeck, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Barthelomei in den Kyemt, et eius liberorum ex uno et inter communem plateam, dictam Beertenstraet, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Petri dicti Weltkens cum pluribus aliis ibidem; item ex domo, area et orto, quadam pascua, dicta eeussel, necnon campulo quodam unius sextariate vel circiter sibi mutuo coadiacentes dicti Johannis, sitis in dicta parochia de Zonne, ad locum dictum Aanschict, inter hereditatem Johannis de Vlierden ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Peterss. ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam ibidem; item ex septem lopinatas terre vel circiter eiusdem Johannis, sitas in parochia predicta, ad locum dictum die Camer, inter hereditatem Willelmi Peterss. predicti ex uno et inter hereditatem Ghiselberti die Huedemeker ex alio, tendente a communitate ad hereditatem conventus fratrem Carthusiensis in Vucht, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi ad octo stuvers ascendente diversis personis, hereditaria pactione duorum et dimidii modiorum siliginis ec. *(sic)* diversis personis per prius ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Petri, necnon censu fundi atque tribus modiis siliginis hereditarie pactionis ex heredibus dicti Johannis per prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere cum conditione consueta. Testes Vladeracken et Toelinc, datum secunda martii, quarta post Oculi.

R1270, fol. 271r-v
2 maart 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Henricus dictus die Haen, filius quondam Arnoldi, Judocus van den Nuwenhuys, filius quondam Godefridi, Emondus, filius quondam Arnoldi van den Venne, Cornelius, filius quondam Mathie Crakelairs, Johannes, filius quondam Willelmi Jacopssoen, Theodericus,

filius quondam Mercelii Weynen, hereditarie vendiderunt michi ad opus conventus Sororum Tercie Regule Sancti Francisci, siti in Buscoducis, ad locum dictum die Tolbrugge, hereditarium censum vigintiduorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenorum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, aureum florenorum novum, dictum den nyewen philippusgulden, gerecht van gewichte pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatam secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Andree apostoli et pro primo solutionis termino Andree apostoli proxime futuro et in Buscoducis libere et ab omni exactione precaria et onere tradendum de et ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dicti Henrici die Haen, sitis in parochia de Asten, ad locum dictum Oemel, inter hereditatem Petri van der Eept et suorum coheredum ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Didden ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Petri Wreynsen et quorundam aliorum; item ex agro terre eiusdem Henrici, maldratam terre vel circiter continente, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem heredum quondam Willelmi Diddens ex uno et inter hereditatem Petri van den Eept ex alio, tendente cum utroque fine ad hereditatem Johannis die Cort et communem plateam ac quorundam aliorum; insuper ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duas lopinatas terre vel circiter continentes, dicti Judoci van den Nuwenhuyse, sitis in parochia et loco predictis inter hereditatem Petri, filii quondam Laurencii van den Nuwenhuys, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Godefridi die Moller, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem dictorum Petri, filii quondam Laurencii van den Nuwenhuys, et Johannis, filii quondam Godefridi die Moller; item ex agro terre, dicto den Haeck, eiusdem Judoci van den Nuwenhuys, sito in parochia et loco predictis inter hereditatem Willelmi, filii Willelmi van den Eynde, ex uno et inter hereditatem Judoci, filii quondam Gerardi de Colbraeck, ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Henrici Colen ad communem plateam; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Emondi, octo lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Aen den Boevenberch, inter hereditatem Gevardi Stouten ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Hoeven ex alio, tendente ab hereditatem Ysboldi Buckinx et quorundam aliorum ad communitatem seu communem plateam de Asten; item ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacente, olim Willelmi die Snyer, nunc dicti Corneli, unam et dimidium lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia predictam iuxta plateam, dictam die Langestraet, inter hereditatem Arnoldi van den Berge ex uno et fine uno et inter hereditatem dicti Ysboldi ex alio, tendente cum reliquo fine ad communitatem de Asten; item ex sextariata terre, olim dicti quondam Willelmi die Snyer, nunc dicti Cornelii, sita ibidem inter hereditatem dicti Ysboldi ex uno et inter hereditatem domini de Asten ex alio, tendente ab hereditatem dicti Ysboldi ad hereditatem dicti Emondi; item ex dimidio bonario prati eiusdem quondam Willelmi die Snyer, nunc vero dicti Cornelii, sito ibidem Int Lyelaer, inter hereditatem dicti Henrici die Haen ex uno et inter hereditatem heredum dicti Kersmeker ex alio, tendente ab hereditatem Gevardi Jans Drossatensoen ad hereditatem Mercelii dicti van den Borlaere; item ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilis et partim pascualis, sibi adiacentes, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis Willem Jacopss., sitis in dicta parochia, ad locum dictum Aen den Bosch, inter hereditatem Johannis, filii quondam Yewani van den Bosch, ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Eynde et communem plateam ex alio, tendente a dicta communi platea ad hereditatem Anthonii dicti van den Cruysch; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter octo lopinatas terre vel circiter continente, olim Judoci van den Dyesdonck, nunc vero dicti Theoderici, filii quondam Marcelii Weynen, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Diesdonck, inter hereditatem Johannis, filii quondam Henrici de Meyel, ex uno et inter hereditatem Petri de Velecker ex

alio et uno fine, tendente cum reliquo fine ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino de Asten necnon sex modiis siliginis hereditarium pactionum diversis personis de et ex dictus hereditatibus dicti Henrici die Haen necnon quibusdam aliis hereditatibus ibidem sitis eiusdem Henrici, pariter duas modiatas terre arabilis et quinque bonaria terre pascualis, dicte groessen, vel circiter continente, atque censu fundi domino de Asten ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Judoci van den Nuwenhuyse ac novem lopinis siliginis ex agro quondam Judoci; item censu fundi ac duobus modiis siliginis hereditarie pactionis ex dictis bonis dicti Emondi; item censu fundi et uno modio siliginis ex dictis bonis dicti Cornelii; item censu fundi ex dictis bonis dicti Johannis Willelmi Jacopss. atque tribus modiis siliginis ex eisdem bonis eiusdem Johannis; item adhuc censu fundi atque quatuor et dimidio modiis siliginis ex dictis hereditatibus et ibidem aliis hereditatibus dicti Theoderici per prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta necnon cum tali conditione annexa quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue simul una pariter cum et mediante quadringentis consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis sororibus legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum secunda marcii, quarta post Oculi.

R1270, fol. 271v
2 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Aleidis, filia quondam Godefridi, filii quondam Henrici dicti de Yngen, rasorum pannorum, et Heymericus Zybrechs, tamquam maritus et tutore legitimus, ut dicebat, Mechtildis, sue uxoris, filie dicti quondam Godefridi, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in domo et area, olim Theoderici, filii naturalis quondam Stephani Becker, et quondam sue uxoris, filie naturalis quondam Arnoldi de Waderle, sitis in Buscoducis, prope locum dictum Zyle, inter hereditatem olim Johannis dicti de Dyese, depost vero Johannis de Kessel ex uno et inter hereditatem olim Johannis de Gemart, depost vero dicti Godefridi de Yngen ex alio, tendente a dicto vico ad hereditatem Johannis Keymp, simul cum censibus prius exinde venditoris seu premissis et depost acquitatis, quos domum, aream et census predictos dictus Godefridus, filius quondam Henrici de Yngen, erga Elisabeth, filiam quondam Rutgeri van den Tangeryt, relicta quondam Johannis de Os, filii quondam Mercelii, filii naturalis quondam domini Godefridi de Os, militis, ad censum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johannis Keymp, filio quondam Johannis Keymp, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechtildis necnon ex parte dicti quondam Godefridi ac suorum heredum in dictus duabus terciis partibus deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis, salvis etiam et dicte Aleidi reservata suo quatuor libris communis pagamenti hereditarii census quas ipsa ex domo et area predictis annuatim solvendis habet iuxta tenorem quadam publicis instrumenti desuper confecti.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 271v
2 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et fiat relatio a principio usque finem, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Aleidis cum tutore palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni Keymp promisit quod ipse dictas quatuor libras redimere poterit infra spacium trium annorum proxime futuro, quamlibet videlicet libram non minus quam cum septem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 271v
15 februari [1503][22]
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Eustacius, filius quondam Willelmi de Dyeperbeeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice sue uxoris, filie quondam Godefridi, filii quondam Henrici de Yngen predicti, unam terciam partem ad ipsum spectantem in domo et area predictum, hereditarie supportavit dicto Johanni Keymp simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promisit super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Henrice, sue uxoris, et dicti quondam Godefridi ac suorum heredum deponere. Exceptis oneribus in dictis litteris contentis atque quatuor libris pagamenti quas Aleidis, filia dicti quondam Godefridi ex premissis solvendis hereditarie, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XV^{ta} februarii.

R1270, fol. 272r
deze akte is onvolledig

Zegerus, filius quondam Petri van den Schoet, promisit ut debitor principalis Hadewigi, relicte quondam Willelmi de Beeck, quod ipse dabit et solvet eidem Hadewigi hereditarium censum novem denariorum, nyewe stuvers vocatorum, pronunc monetatorum vel valorem eorundem in alia pagamento quolibet termino solutionis.

R1270, fol. 272r
3 maart 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Segerus, filius quondam Petri van den Schoet, promisit ut debitor principalis Hadewigi, relicte quondam Willelmi van Beeck, quod ipse dabit et solvet eidem Hadewigi hereditarium censum novem denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem in alia pecunia quolibet termino solutionis ad bursam communiter currentis, anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicti Zegeri, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum Hezelaer, inter hereditatem Laurencii, filii quondam Petri van den Venne, ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ad hereditatem Emondi Henricx Emontss., ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis hereditario censu sex librarum dicto Emondo, hereditario censu duarum librarum monete Gerardo Ghyben,

[22] deze datering is gereconstrueerd op basis van de schepennamen van Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve, die samen schepenen zijn van 1 oktober 1502 tot en met eind september 1503, zie Jacobs, *Justitie en politie*, 269.

hereditario censu duarum librarum eiusdem monete Elisabeth Cuypers atque uno Vlemyngo vicinis in Scynle ibidem per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere. Testes Kuyst et Bogart, datum tercia marcii, quinta post Oculis.

R1270, fol. 272r
3 maart 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Nycolai dicti Coel Geritssoen, domum, aream, horreum et ortum ac hereditatem sibi adiacentem, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitos in parochia de Berlykem, ad locum Aent dBraecvenne, inter quandam currentem aquam ibidem, dictam dBraecvenne, ex uno et inter communitatem ibidem alias undique adiacentem, in ea quarte qua premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum Johanni, filio quondam Johannis Wautgerss., ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi ad dimidium grossum antiquum taxato domino nostro duci, uno denario oirt, stuver vocato, vicinis in Berlykem et una libra hereditarii census monete fabrice ecclesie de Berlykem et inibi diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, dando et solvendo ab alio terminis et locis ad hoc debitis et consuetis atque pro hereditaria pactione sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradendo de et ex premissis, promittens super omnia et habenda pro premissis warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto dictus Johannes repromisit se daturum et soluturum dicto Arnoldo dictam pactionem sex sextariorum siliginis dicte mensure anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis, sibi ad censum, ut dicebat, est datis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 272r
3 maart 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue dum sibi placuerit simul una pariter aut vicissim, videlicet mediatim videlicet integram pactionem cum viginti novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia tempore redemptionis in Buscoducis ad bursam communiter currentis pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Arnoldo legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 272r-v
3 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Johannes dictus Bacx, filius naturalis quondam Johannis Bacxss., et Ghiselbertus dictus de Gyerle, filius quondam Godefridi Hermanss., magistri pro tempore fabrice ecclesie de Tilborch, hereditarie vendiderunt Johanne, relicte quondam Jacobi de Driell, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie

Geertrudis Virginis et pro primo solutionis a Geertrudis Virginis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, quadam platea interiacente sibi mutuo coadiacente dicti Johannis Bacx, sitis in parochia de Tilborch in platea, dicta die Commerstraet, inter hereditatem Hermanni Poelman ex uno et inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex alio, tendente a dicta platea ad hereditatem Petri die Paep; item adhuc ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duas lopinatas terre vel circiter continente, dicti Ghiselberti, sitis in dicta parochia, ad locum dictum die Hasselt, inter hereditatem Gerardi Jan Meeuss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi Hagarts Reyntkenss., ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis duobus modiis siliginis hereditarie pactionis ex hereditatibus dicti Johannis predictis atque uno modio et duobus lopinis siliginis hereditariam pactionem ex dictis hereditatibus dicti Ghiselberti per prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Bogart, datum tercia martii, quinta post Oculi.

R1270, fol. 272v
3 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum quindecim consimilibus florenis Renensibus, secundum valuationem modernam, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Johanna cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictus venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionis per spacium unius anni prefate Johanne legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 272v
3 maart 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Matheus van den Perre Janss. et Willelmus Wouter Tyelmansz. et Lambertus dictus die Laet promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturum et soluturum magistro Henrico de Os Dircxsoen ad spacium decem annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis communiter currentis pro quolibet computando, Martini hyemalis et pro primo solutionis Martini gyemalis proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante occasione locationis unius et dimidii iugera terre, sitorum infra libertatem opidi de Buscoducis, in loco dicto In de Maye, iuxta leprosos ibidem, tali annexa conditione quod dicta locatio ad finem sex primorum annorum ad voluntatem dictorum promittentium exspirabit, hoc salvo quod iidem promittentes id per spacium dimidii anni prefato magistro Henrico preintimabunt.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 272v-273r
3 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Laurencius, filius quondam Willelmi Roeverss. unum inger terre, situm in parochia de Littoyen, in loco dicto In de Breede Tweeven, inter hereditatem heredum quondam Henrici Willemss. ex uno et inter quoddam fossatum ibidem ex alio, tendentem a quodam aggere dicto den Polredyck ad hereditatem heredum quondam Bernardi Byekens, ut dicebat, hereditarie vendidit Willelmo de Maren, filio quondam Petri de Maren, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictus zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum iuger terre e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes Bogart et Paeuweter, datum tercia marcii, quinta post Oculi.

R1270, fol. 272v-273r
3 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dicto Laurencio vigintisex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 273r
3 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius Arnoldi van den Wyel, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Johanni Balyart Janss. ad spacium trium annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro et sic deinceps dictis annis durante occasione locationis unius campi terre, dicti die Byesen, siti ad locum dictum Nyewe Herlair, tali annexa conditione quod dicta locatio ad finem primi anni ad voluntatem dicti promittentis exspirabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 273r
3 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Bryenovis Claessoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Godefridi Roevers, hereditarie vendidit Nycolao, filio quondam Petri Claessoen, carpentario, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, septem vasatas terre vel circiter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Os, inter hereditatem Nycolai Arntss. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate dicti Nycolai Arntss. ad hereditatem reliquam dicti venditoris; item ex una maldra terre vel circiter, sita ibidem, ad locum dictum Aen de Corte Voirt, inter hereditatem Coenrardi Robben Claessoen ex uno et fine uno et inter communem plateam ex alio et fine reliquo, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem, exceptis una libra pagamenti domino nostre in Os et quatuor lopinis siliginis hereditarie pactionis, olim Berwino de Boekel, ex domo, area et orto ac hereditate predicte atque sex stuferis vicinis in Os ex una maldrata terre predicta per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.

Testes Hynden et Pauweter, datum supra.

R1270, fol. 273r
3 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere ad spacium decem annorum proxime futurorum cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 273r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Adriana, filia quondam Willelmi Stevens, ab eodem quondam Willelmo et Luytgarde, sua uxore, filia quondam Arnoldi, filii quondam Mathei dicti van den Locken, pariter genita, necnon Petrus, filius Bernardi Janssoen de Overmeer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dictorum quondam Willelmi et Luytgardis, cum tutore, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, insimul unum et dimidium iugera terre vel circiter continente, Rodolphi, filii quondam Willelmi Hagens, sita in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Cleyn Nuwelant, inter hereditatem Johannis dicti de Tangeren ex uno et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus, filius quondam Mathei van den Locken, erga dictum Rodolphum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Henrico, filio quondam Henrici Hagens, simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete atque ex parte dicti quondam Arnoldi ac suorum heredum deponere.

R1270, fol. 273v
3 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Nycolai dicti Coel Geritss. et Gerardus, eius frater, filius dicti quondam Nycolai, hereditarie vendiderunt Andree, filio quondam Judoci dicti Oedensoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere tradendam ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, dicti Arnoldi, sita in parochia de Berlykem, ad locum dictum die Loeffoirt, inter hereditatem Henrici dicti de Uden ex uno et inter hereditatem Henrici Arntssoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem heredum quondam Johannis die Sluyter; item ex campo terre pascualis, tres pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, dicti Gerardo, sito in parochia de Berlykem predicta, in loco dicto Int Westilbroeck, inter hereditatem Aelberti Colen, fratris dicti Arnoldi, venditoris, ex uno et inter hereditatem Anthonii Geritssoen alias Tymmermans ex alio, tendente ab hereditate Henricii Dicbier ad hereditatem Elisabeth, relicte dicti quondam Nycolai dicti Coel Geritss., et suorum liberorum, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem stuferis hereditarii census ex dicta pecia terre necnon tribus modiis siliginis

hereditarie pactionis ex dicto campo et pluribus aliis hereditatibus per prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum tercia marcii, quinta post Oculi.

R1270, fol. 273v
3 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit hoc tamen salvo quod ydem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 273v
Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Willelmus, filius quondam Anthonii, filii quondam Henrici, filii Henrici Evertssoen, hereditarie vendidit domino Hubertus Hospit. alias Bottel, presbitero, hereditarium censum duarum librarum monete, dando videlicet septem stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro qualibet huiusmodi librarum, solvendum hereditarie Purificationis ex campo terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum After die Baseldonck, by Roevers hostad, inter hereditatem heredum quondam Ambrosii van der Stegen ex uno et uno fine et inter hereditatem heredum quondam Johannis van den Steen ex alio, qui campus terre predictus.

R1270, fol. 273v-274r
3 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Theodericus, filius Theoderici Willemss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Willelmi de Best, craemmeesters, ab eodem quondam Willelmo et Luytgarde, filia quondam Wolteri Poynenborch, pariter genite, et ipsa Johanna cum eodem Theoderico, suo marito, tamquam cum suo tutore, duos et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, ad ipsos, ut dicebat, spectantes in hereditario censu septem et dimidii consimilium florenorum Renensium, videlicet computando aureum florenum Renensem, dictum den enckelen gulden, ad XX^{ti} septem stuferos, denarium dictum den philippus oft den karolusstuver ad decem et septem placcas, den dobbelen boemeler aut griffoen pro duobus et dimidio stuferos et uno oirt et sic ulterius aliam pecuniam nae advenande, solvendos hereditarie Servacii episcopi ex medietate ad magistrum Henricum Ghyzels, filium quondam Ghiselberti Ghysel, vinitoris, spectante in domo et area angulari, olim Jacobi Cnode senioris, depost eius heredum, sita in Buscoducis contigue iuxta forum, videlicet supra conum camerarum, dictarum die Corte Cameren, ad latus versus domum consulum, inter commune forum ex uno et fine uno et inter hereditatem olim Engberti van den Broeck alias Sceenken, nunc eius heredum ex alio; insuper ex medietate ad dictum magistrum Henricum spetante in domo et area cum suis attinentiis, dicta In Spangien, sitis in dicto opido iuxta forum ad vicum dictum den Hoigen Steenwech, inter hereditatem Henrici Loden ex uno et inter hereditatem Eeffe, relicte quondam Johannis de Craendonck, ex alio, quem integrum censum predictum Franco de Langel ad opus Wolteri et

Arnoldi, fratrem, necnon dicte Johanne et Katharine, suarum sororum, liberorum dicti quondam Willelmi de Best, erga dictum magistrum Henricum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio dicti quondam Wolteri Poynenborch, simul cum dictis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum suis fratrum et sororum deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 274r
3 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Theodericus, tamquam maritus dicte Johanne, sue uxore, et ipsa cum eodem tamquam cum suis tutore, quartam partem totamque partem et omnes ius ad ipsos spectantem in hereditario censu tredecim librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendo ex quodam campo terre, quinque iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Megen, ad locum dictum Aen den Aenworpe, Henrici Snavel, filii quondam Willelmi, inter hereditatem domini de Megen ex uno et inter Mosam ex alio; item ex septem hont terre vel circiter Henrici Vos, filii Arnoldi, sita in parochia de Oyen Opten Uterwert, inter hereditatem Ghibonis Bont ex uno et inter hereditatem Petri Moert ex alio; item ex duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Megen predicta, ad locum dictum In den Hamme, inter hereditatem Johannis Moel ex uno et uno fine, quem censum predictum Franco de Langel ad opus Wolteri et Arnoldi, fratrum, necnon dicte Johanne et Katharine, suarum sororum, filiarum dicti quondam Willelmi de Best, filii quondam Johannis, erga Theodericum de Roesmalen, filium quondam Willelmi, et Henricum, filium quondam Willelmi Arntss. acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus dictorum Wolteri et Arnoldi, fratrum, et dicte Katharine, eorum sororis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 274r
4 maart 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dictus Theodericus van den Hoevel, canonicus in Rossum, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie festo beati Egidii abbatis de et ex domo, area, orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis in vico Ecclesie, inter hereditatem Sanderi Ghysbertss. ex uno et inter hereditatem Johannis Claess. ex alio, quem censum Hadewigis, filia quondam Goeswini Alartss,. erga Symonem Folcardi de Amsterdammis emendo acquisieat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Henrico Pelgrom, cum litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam omnes obligationem deponere et satisfacere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum quarta marcii, feria VI post Oculi.

R1270, fol. 274v
5 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Willelmus Pyckevet promisit ut debitor principalis magistro Arnoldo van den Cluyten et Gerardo, filio quondam Henrici Smeetszoen des nastelmekers, rectoribus seu magistris pro tempore hospitalis pauperum vicorum fundationis quondam Arnoldi van den Aven, siti in

Buscoducis in oppositum cappelle Sancti Eligii ibidem, ad opus eiusdem hospitalis quod ipse dabit et solvet eidem hospitali hereditarium censum quinque librarum monete anno quolibet hereditarie Geertrudis Virginis et pro primo solutionis termino a Geertrudis proxime futuro ultra annum de et ex duabus domibus, areis et ortis, sibi mutuo adiacentibus, dicti Willelmi, sitis in dicto opido in vico Orthensi ibidem supra conum vici, dicti dat Buchovenstraetken, inter eundem vicum dat Buchovenstraetken nuncupatum ex uno et inter reliquam domum, aream et ortum eiusdem Willelmi ex alio, tendentibus a dicto vico Orthensi ad hereditatem heredum quondam Jacobi de Driell, ut dicebat. Promisit insuper omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis quatuor libris hereditarii census monete, hereditaria pactione unius modii siliginis, hereditario censu dimidie libre parati necnon viginti quinque et dimidio stuferis ex una dictarum domorum supra conum situata, atque uno antiquo denario, alde scilt vocato, dimidia libra parati ac vigintiquinque et dimidio stufero ex reliqua proxima domo predicta per prius annuatim diversis personis e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere, tali conditione annexa quod Matheus, filius quondam Johannis de Beeck, quamdiu in humanis vivet et non ultra, de dicto hereditario censu quinque librarum annuatim percipiet et levabit tres libras absque contradictione cuiuscumque, prout dicti magistri hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicti hospitalis prefato Matheo repromiserunt.
Testes Hynden et Bogart, datum V^{ta} marcii, sabbato post Oculi.

R1270, fol. 274v
5 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul et semel quamlibet, videlicet libram cum sex florenum Renensem, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti magistri hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicti hospitalis prefato Willelmo repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 274v
5 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Want alsoe gesciet is, prout in contractu A signato et fiat regulato ex eodem a principio usque finem, soe zyn gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirscreven meesters ende hebben oepenbairlic bekent et sub obligatione bonorum dicti hospitalis den voirscreven Matheeuss. wederomme geloeft in gevalle deselve Matheeus naemaels tot eenigen toecomende tyden by den meesters ten tyde desselfs gasthuys vuyten selven gasthuys gesedt worde ende der provanden aldaer beroeft ende dat buyten zyn verdienste ende zynre sculden ende sonder wittige redenen op hem te hebbene, dairomme ennige van denselven gasthuys zouden behoeren vutgeset te werdene, dat in dien gevalle ende anders nyet die meesters ten tyde des voirscreven gasthuys sullen sculdich wesen den voirscreven Matheeussen terstont aen te leggen die somme van achtien Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers in munten nu gevalueert, ende die aengeleegt zynde ende by den voirscreven Matheeuss. die ontfangen wesende, soe en sal dieselver Matheeus die voirscreven drie ponden nyet langer heffen noch boeren in eniger manieren.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 275r

7 maart 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Agnes dicta de Myddelwyck dedit Danieli de Vlierden Danelss. ad opus sui et ad opus Godefidi de Eyck, filio naturalis quondam Gerardi de Eyck, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum septima marcii, secunda post Letare Iherusalem.

R1270, fol. 275r
7 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Anthonius, filius quondam Johannes Boden, filii quondam Johannis Boden, domum, aream et ortum, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Johannis Bodenzoen ex uno et inter hereditatem Andree, filii quondam Arnoldi dicti Hadewigenzoen, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos Lambertus, filii quondam Ghiselberti Roeverszoen van den Borne, dominus Egidius, presbiter, et Reynerus, fratres, liberi quondam Henrici, filii quondam Boudewini Claeszoen, pro se ipsis et pro fratre Boudewino, eorum fratrem, ordinis predicatorum in Buscoducis, Boudewinus et Ghiselbertus, fratres, liberi quondam Boudewini, filii dicti quondam Boudewini Claess., Elisabeth, filia quondam Willelmi, filii dicti quondam Boudewini Claess., atque Hillegondis, filia dicti quondam Boudewini Claess., relicta quondam Johannis Thyss., et Mathias, eius filius, pro se ipsis et pro Boudewino, filio eorundem Hillegondis et quondam Johannis Thyssoen, prefato Johanni Boden, filio quondam Johannis Boden, dudum supportaverat, prout in litteris; insuper domum, aream et ortum, sitos in Hyntham inter hereditatem Margarete, relicte quondam van der Heyden, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Agnetis dicte Meynarts et eius liberorum ex alio, quos domum, area et ortum predictos Johannes, filius quondam Johannis dicti van den Heggen, pater vero dicti Anthonii, erga Henricum, filium quondam Henrici, filii quondam Lamberti dicti Keelbreker, acquisierat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Robberto, filio quondam Andree Arntss., pannicide, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis Boden alias dicti van den Hellen ac suorum heredum et successorum deponere, exceptis antiquis oneribus ex premissis annuatim et iure solvendis necnon hereditario censu quinque librarum monete, quem censum prefatus Anthonius ex premissis dicto Robberto vendiderat aut solvere promiserat iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Bogart et Pauweter, datum VII marcii, feria secunda post Letare Iherusalem.

R1270, fol. 275r
7 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Nycolaus, filius dicti Anthonii, super premissis atque super toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis aut documentis mentionem inde facientibus, ad opus dicti Robberti hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 275r-275v

7 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Henricus, filius quondam Yewani de Rode, filii Wolteri, institoris, presbiter, domum et aream, sitam in Buscoducis iuxta Portam Captivorum, in quodam viculo tendente iuxta dictam portam versus carcerem sive aquam, inter hereditatem Agnetis Ketelers et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Postulune, relicte quondam Goeswini de Campen, et eius liberorum ex alio, simul cum medietate parietis intersticialis, consistente inter dictam domum et hereditatem dicte Agnetis et eius liberorum, cum stillicidio versus dictam hereditatem finalem dicte Postuline et eius liberorum consisente, quam domum et aream cum medietate parietis intersticialis et scillicidio predictis dictus Yewanus de Rode erga Andream dictum Moll, filium quondam Gerardi et Katarinam, filiam quondam Laurencii dicti Ghysbertss., dudum acquisierat, prout in litteris, simul cum dictis litteris, aliis et iure, dedit ad hereditarium censum Aelberto, filio Aelberti Ketelers, filii quondam Aelberti Kethelers, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu solidorum monete annuatim prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, dando et solvendo ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto atque pro hereditario censu quinque librarum monete, dando et solvendo sibi ab alio Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex premissis, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Yewani ac suorum heredum deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto domino Henrico dictum censum quinque librarum monete predicte anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis cum conditione consueta.
Testes Hynden et Paeuweter, datum septima marcii, secunda post Letare.

R1270, fol. 275v
7 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul pariter quamlibet videlicet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus domini Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Aelberto repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 275v
7 maart 1502
Arnt van Vladeracken en Frans Toelinck

Zebertus, filius quondam Yngrami, filii quondam Johannis de Overmeer, tamquam maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Godefridi Janss., promisit ut debitor principalis michi ad opus Johanne, relicte quondam Johannis die Wolff, et Lamberti, eius filii, quod ipse dabit et solvet dicte Johanne quo ad eius usufructum necnon dicto Lamberto, eius filio, quo ad eius ius hereditarium, annum et hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatam secundum eandem valuationem, anno quolibet hereditarie Geertrudis Virginis et pro primo solutionis a

Geertrudis Virginis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti promittentis, sitis in Buscoducis ad vicum Vuchtensem, infra ambas portas ibidem, inter hereditatem cuiusdam dicti Cort Jan, spelmeker, ex uno et inter hereditatem Bele, relicte quondam Johannis Eelkens, et eius liberorum ex alio, tendente a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem retro currentem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis censu fundi domino duci et hereditario censu trium librarum monete Willelmo, filio quondam Johannis Willemss., per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 275v
7 maart 1502
Arnt van Vladeracken en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus in moneta et secundum valuationem ut supra et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Lambertus nomine dicte Johanne, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Zeberto repromisit, hoc tamen salvo quod idem Zebertus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Johanne et Lamberto aut eorum alteri legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 275v -276r
7 maart 1502
Arnt van Vladeracken en Frans Toelinck

Godefridus, filius quondam Nycolai Goyartss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Berneri Arntss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Jordani Janss., hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, maldratam terre vel circiter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonc, inter hereditatem Mathei Poynenborch ex uno et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Johannis Glavymans, et eius liberorum cum uno fine, tendente alias ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis duabus libris antique pecunie, hereditario censu quinque librarum monete et hereditaria pactione unius modii siliginis diversis personis per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 276r
7 maart 1502
Arnt van Vladeracken en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 276r
7 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Katharina, filia quondam Wolteri dicti Sbyen, dedit Arnoldo Reynerss. potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 276r-v
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Henricus die Leeuwe, tamquam magister et rector pro tempore Domus Leprosorum, dicte Ter Eyendonc, site infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis de Vladeracken, provisoris pro tempore Domus pretacte, domistadium quoddam ac hereditates sibi coadiacentes, duodecim vasatas terre vel circiter continente, sitas in parochia de Os, in loco dicto In den Hoernick, inter hereditatem Henrici Loyer ex uno et inter communem vicum et hereditatem Godefridi Heerken, filii quondam Gerardi Heerken senioris, ex alio, quas domistadium ac hereditates predictas Christianus van den Meeracker, tamquam magister et rector dicte Domus, unacum certis aliis hereditatibus erga Henricum Bredebart per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, et que domistadium et hereditates predicte pronunc site sunt ibidem inter hereditatem Willelmi Nollens ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentes cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Mercelii de Uden; item adhuc tres vasatas terre vel circiter, sitas in dicta parochia de Os, in loco dicto In de Roeden, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et hereditarium heredum quondam Arnoldi Nollens ex alio, tendentes ab hereditate dicte Mense ad hereditatem olim Michaelis Spierinx, nunc eius heredum; item medietatem novem hont terre, sitorum ibidem Opten Rushoevel, inter quandam stegam, dictam die Meerstege, ex uno et hereditatem olim Symonis de Gheel, nunc vero eius heredum ex alio, duobus hont terre Nycolai Bogart interiacentibus, tendentium a fossato, dicto den Hoygrave ad communem stegam ibidem; item adhuc tres vasatas terre, sitas ibidem, ad locum dictum Opten Byesacker, inter hereditatem heredum quondam Henrici Comans ex uno et inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis, prope Portam Captivorum ex alio, tendentes ab hereditatem olim Lamberti Corstiaens ad hereditatem investiti de Os; item adhuc peciam terre mericalis, sitam in parochia de Os, ad locum dictum Op Abbenrott, inter hereditatem fabrice capelle Sancti Anthonii, site in eadem parochia, ad locum dictum op Scadewyck, ex uno et inter hereditatem Nycolai Bogart ex alio, tendentem a communi munimine, dicto die gemeyn lantwere, ad hereditatem Jacobi Comans, quas tres vasatas, medietatem novem hont terre, tres vasatas terre et peciam terre mericalis predictam Nycolaus Langsmyt, olim clericus Domus pretacte, unacum certis aliis bonis erga dictum Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in aliis litteris, simul cum dictis litteris et iure dedit ad hereditarium pactum Thome, filio quondam Henrici Maessoen ab eodem iure hereditario habendos et possidendos pro censu vicinorum de libertate de Os ad decem denarios, stuvers vocatos, ascendente annuatim per prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, dando et solvendo ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis atque pro hereditaria pactione duorum modiorum et unius sextarii siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dicte Domui ab alio Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradenda de et ex premissis, promittens sub obligatione

omnium bonorum dicte Domus, ab ea habitorum et habendorum, huiusmodi donationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Domus deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in causa quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam dictus census vicinorum libertatis de Os ad decem stuferos taxatus et dicta hereditaria pactio duorum modiorum et unius sextarii siliginis, quod dictus magister et rector pro tempore dicte Domus hoc plus prefato Thome penitus deponet. Quo facto idem Thomas repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Domii ter Eyendonck dictam hereditariam pactionem duorum modiorum et unius sextarii siliginis dicte mensure anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis, sibi ad pactum, ut dictum est datis, necnon ex domo, area et orto ac hereditatibus, sibi adiacentibus eiusdem Thome, septem vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Os, ad locum predictum, In den Hoernick vocatum, inter hereditatem Weyndelmoedis, relicte quondam Jacobi Spykers, ex uno et inter hereditatem Jacobi die Greve ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dicte Weyndelmoedis et eius liberorum, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere atque ipse Thomas dictos decem stuferos census vicinorum exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicte Domii ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Vladeracken predictus et Bogart, datum octava marcii, tercia post Letare.

R1270, fol. 276v
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere dictus Thomas dictam pactionem perpetue, dum sibi placuerit, simul unapariter aut vicissim et non minus simul et semel quam unum modium siliginis, videlicet quemlibet modium cum et mediante quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem et pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus, tamquam magister et rector pro tempore Domus pretacte, hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem Domus, presentium et futurorum, dicte Thome promisit, hoc tamen salvo quod idem Thomas huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni magistro pro tempore Domus pretacte semper legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 276v-277r
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Johannis Pouwelss., hereditarie vendidit Jacobo, filio quondam Geerwinii dicti Sceenkens, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dicti venditoris, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Wolteri de Brede ex uno et fine uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi de Heessel; item ex dimidio iugere terre eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, ad dictum locum, Op Amstel vocatum, inter hereditatem Lamberti de Brakel ex uno et inter hereditatem dicti Wolteri ex alio, tendente cum uno ad communem plateam; item ex dimidio iugere terre eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem Theoderici Jan Oemss.

ex uno et inter communem viam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item ex tribus modiate terre ac pecia terre pascualis, unum pascum, dictum een koeweyde, vel circiter continente, sibi adiacente eiusdem venditoris, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem dicti Wolteri ex uno et inter hereditatem Johannis Coppens ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem dicti Gerardi, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis hereditaria pactione trium modiorum siliginis et hereditario censu sex librarum monete, diversis personis per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 277r
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Dictus Henricus die Leeuwe, tamquam magister et rector ut supra in latere priori folii precedente, tres vasatas terre, sitas in parochia de Os in loco dicto die Roeden, inter hereditatem Arnoldi Lambertss. ex uno et inter hereditatem olim Johannis Didden, nunc eius heredum, ex alio, tendentes ab hereditate Roveri Goyarts ad hereditatem olim heredum quondam Petri de Drueten, nunc vero heredum Johannis Didden, quas tres vasatas terre predictas Nycolaus Langsmyt, clericus olim dicte Domus, unacum certis aliis hereditatibus erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, in ea quarte qua dicte tres vasate terre ibidem site sunt, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iure occasione, dedit ad hereditarium pactum Arnoldo, filio quondam Henrici die Bastart, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dicte Domui ab alio hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradenda de et ex premissis, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, ab ea habitorum et habendorum, ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Domus deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex premissis plus fore solvendum quam dicta pactio duorum sextariorum siliginis, quod dictus magister et rector pro tempore dicte Domus hoc plus prefato Arnoldo penitus deponet. Quo facto idem Arnoldus repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Domui dictam hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis dicte mensure anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 277r
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum duodecim et dimidio peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, dictum den gouden overlens Rijnsgulden, pro decem et octo et dimidio stuferos, aureos florenos, dictum den Bourgoensche Andriesgulden pro viginti stufers, aureum leonem, dictum den gouden leeuwen, pro triginta stuferos et alios denarios nae advenande, et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus die Leeuwe nomine dicte Domus hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicte Domus dicto Arnoldo promisit.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 277r-v
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Dictus Henricus, tamquam magister et in presentia ut supra, tres vasatas terre vel circiter, sitas in parochia de Os, ad locum dictum Op Nyppelant, inter quandam stegam ibidem ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis ex alio, tendentes ab hereditate Mense Sancti Spiritus in Os ad communem viam; item adhuc tres vasatas terre vel circiter, sitas in dicta parochia, in loco dicto Int Loevelt, prope hereditatem Johannis de Dussen, inter hereditatem Boudewini, filii quondam Johanni Boudenss., et Johanni de Dussen ex uno et inter hereditatem Johannis die Smyt ex alio, quas tres et tres vasatas predictas Christianus van den Meeracker, tamquam magister et rector Domus pretacte, unacum certis aliis erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, et que ultimodicte tres vasate terre predicte site sunt ibidem, inter hereditatem domine nostre in Buscoducis ibidem ex utroque latere, tendentes ab hereditate dicte Mense ad vicum predictum, in ea quantitate qua premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iure occasione, dedit ad hereditarium pactum Henrice, relicte quondam Willelmi die Loyer, ab eadem hereditario iure habendum et possidendum pro hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dicte Domui ab alia anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradenda de et ex premissis, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Domus deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex premissis plus fore solvendum quam dicta pactio unius modii siliginis, quod magister pro tempore Domus pretacte hoc plus prefate Henrice penitus deponet. Quo facto dicta Henrica repromisit cum tutore se daturum et soluturum dicte Domui dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie termino solutionis et loco predictis ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda cum tutore warandiam et satisfacere.
Testes Vladeracken predictus et Bogart, datum octava marcii, tercia post Letare.

R1270, fol. 277v
8 maart 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum quadraginta peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, dictum den overlens Rijnsgulden, pro XVIII et dimidio XXV stuferos, aureos florenos, dictum den gouden Andriesgulden, pro viginti stuferis, aureum leonem pro XXX^{ta} stuferos et alios denarios nae advenande, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus magister pro tempore Domus pretacte hoc palam recognovit sub obligatione bonorum dicte Domus prefato Henrice promisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 277v
9 maart 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Engbert, zoen wilneer Engberts Engbertss. van den Nyevelair, heeft oepenbairlyck bekent ende beleden dat hy duegdelic ende wael vernuegt is by Wouteren, zoen wilneer Willems Engberts van den Nyevelair, van alsulkenen thien Rijnsgulden ende ses cussen als den voirs. ierstgenoemden Engberden besett ende gemaict ziin by den voirs. Willemen Engbertss. ende zynre huysvrouwen in hoeren testamente ende scaut dairaf quyt den voirs. Wouteren ende alle andere dese quytantie behoevende.
Testes Hynden et Toelinc, datum IX[a] marcii, quarta post Letare.

R1270, fol. 277v-278r
9 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Lambertus et Henricus, fratres, filii quondam Johannis Pouwelss., Lambertus Philips. et Henricus, eius filius, Waltgerus Geritssoen in den Wildeman, Johannes die Gruyter, Johannes de Tangeren et Wolterus Bott, promisissent indivisi super omnia et habenda Martino de Elmpt et Woltero Bolcx ad opus opidi de Buscoducis viginti novem centum et viginti quinque denarios, alde scilde vocatos, ad terminos et secundum conditiones in ordinatione impactionis assisie, dicte van den vyften penninc, desuper facti persolvendos, prout in litteris quarum data continet penultima octobris anno millesimo quadragesimo nonagesimo quinto, et cum Lambertus, filius quondam Johannis Pauwelss., Wautgerus, filius quondam Gerardi in den Wildeman, Reynerus de Haren, Stephanus, filius quondam Christiani Becker, Johannes de Tangeren, Hermannus Poelman, Henricus, filius quondam Johannis Pouwelss., Coenrardus de Maren, Wolterus de Bott et Theodericus, filius quondam Pauli Jan Pouwelssoen, promisissent indivisi super omnia et habenda magistro Arnoldo de Weilhuysen ad opus dicti opidi duo milia octingenta et sexaginta consimilia antiqua scuta ad terminos et secundum condiciones in ordinatione impactionis assisie, dicte van den vyften penninck, desuper facti persolvenda, cumque adhuc iidem promittentes immediate precedentes promisissent indivisi sub obligatione premissa dicto magistro Arnoldo ad opus dicti opidi mille et quingenta consimilia scuta antiqua ad terminos et secundum conditiones in impactione assisie, dicte van der halver placken, facta persolvenda, prout in diversis litteris quarum data continet XXVI[ta] novembris anno nonagesimo septimo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes Pynappel, filius quondam Boudewini, unus de sex ordinatis ad regimen policie opidi predicti, et eo nomine ac nomine opidi predicti palam recognovit et confessus est quatenus supradicti, promittentes dicto opido de pretactis pecuniis superius nominatis ad plenum et omnino satisfecerunt, clamans igitur dictus Johannes Pynappels nomine quo supra eosdem promittentes et eorum bona de premissis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum IX[a] marcii, quarta post Letare.

R1270, fol. 278r
10 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Jacobi Arntss., Arnoldus, filius quondam Emondi Wouterss., et Martinus, filius quondam Henrici dicti Buysers, promiserunt indivisi super omnia et habenda Victori vander Moelen septuagintaseptem Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Paeuweter, datum X[a] marcii, quinta post Letare.

R1270, fol. 278r

10 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Henrici van den Broeck, hereditarie vendidit Laurencio, filio quondam Henrici dicti Heylen, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Heze et Leende, et hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Leende predicta tradendum et deliberandum de et ex quodam prato dicti venditoris, duas diurnatas prati vel circiter continente, sito in dicta parochia de Leende, ad locum dictum Stryp, in prato ibidem, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Henrici Henricxss. et eius liberorum ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Wolteri Pompen ex alio, tendente ab hereditatem Willelmi de Heze ad hereditatem Johannis, filii Andree Scepers, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepto censu fundi ad unum et dimidium stuferos ascendentes, per prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 278r
10 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum quinquagintasex consimilibus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro qolibet computando, et cum censu et pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 278v
10 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum domicellus Willelmus de Ghent, Rodolphus dictus Roeff, steenbecker, filius quondam Gerardi, et Godefridus de Bethmeer, filius quondam Johannis, promisissent Amelio de Boechem ad opus Hillegondis, sue uxoris, et ad opus Nycolai, filii Amelii et Hillegondis predictorum, quod ipsi darent et solverent dicte Hillegondi quoadvixerit ipsa et post eius decessum dicto Nycolao, si supervixerit, hereditarium censum tredecim aureum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et medietatim Nativitatis Baptiste et in Buscoducis traderent ex quodam manso dicti domicelli Willelmi, dicto die Hoeve ten Eynde, sito in parochia de Aerle, atque ex omnibus attinentiis et iuribus eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, atque ex domo, area, orto, horreo ac hereditatibus arabilibus sibi adiacentibus, pariter unam sextariatam terre vel circiter continentem, ad dictum Rodolphum spectantem, sitam in parochia predicta, ad locum dictum Aen den Opstalle; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter duas et dimidiam sextariatas terre vel circiter continentes, dicti Godefridi de Bethmeer, sitis in parochia de Rycstel, by de Yexken, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Nycolaus unam terciam partem medietatis hereditarii census predicti hereditare supportavit Willelmo et Johanni, fratribus, liberis quondam Johannis Willemss., ab eodem quondam Johanne et quondam

Margareta, sua uxore, filia dicti quondam Godefridi de Bethmer, pariter geniti, simul cum dictis litteris et iure occasione dicte tercie partem medietatis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam sue matris deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse eosdem Willelmum et Johannem ac contrapignera pretacta et eorum bona de et ab ulteriori solutione residui census predicti videlicet de reliquis duabus terciis partibus eiusdem medietatis atque de reliqua medietate dicti census atque ab omnibus dampnis indempnem servare.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum X[a] marcii, quinta post Letare.

R1270, fol. 278v
11 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Nycolaus dictus Coel van Orthen, filius quondam Henrici, tamquam relictus legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Luce die Molneer, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis in vico, dicto die Buertschestraet, inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Arnoldi de Beeck, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis van den Dungen ex alio, tendentibus a communi vico ad hereditatem Jacobi de Fine, ut dicebat, legitime suportavit Luce et Jacobo, fratribus, Willelme, Cristine et Eeffe, suis sororibus, liberis Nycolai et quondam Geertrudis predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XI[a] martii, sexta post Letare.

R1270, fol. 278v
11 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum universis quod cum ita actum esset, consitituti igitur coram scabinis frascriptis dicti Lucas, Jacobus, Willelma, Cristina et Eeffa, cum tutore, hereditarie vendiderunt Henrico Glavymans, filio quondam Willelmi, hereditarium censum quatuor aureum florenorum, overlens Rijnsgulden vocatorum, boni auri et iusti ponderis vel valorem eorundem in alio pagamento, solvendum hereditarie Geertrudis Virginis et pro primo solutionis termino a Geertrudis Virginis proxime futuro ultra annum ex premissis, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitione, exceptis censu fundi domino nostro duci, hereditario censu duarum librarum monete Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditario censu quindecim solidorum monete ecclesie aut Curie Beginarum in Buscoducis, per prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 279r
11 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetuis temporibus cum et mediante sexagintaquatuor consimilibus aureis florenis Renensibus, overlens Rijnsgulden communiter vocatis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictis emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictus venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 279r
11 maart 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Goeswinus de Balen, investitus pro tempore ecclesiarum de Vessem et de Wynterle, et eo nomine potens ad infrascripta, ut dicebat, peciam terre dictam enen hoff lants, sitam in parochia de Wynterle predicta, inter hereditatem Godefridi Smeets alias dicti Hadewigen ex utroque latere et fine uno, tendentem cum reliquo fine ad hereditatem Willelmi dicti Hillen Peter Janss.; item quinque virgatas terre vel circiter, sitas in iamdicta parochia, inter hereditatem dicti Godefridi ex utroque latere et fine uno, tendentes cum reliquo fine ad communem plateam; item unam lopinatam terre, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Onder die Eycken, inter hereditatem dicti Godefridi Smeets circumquaque adiacente; item peciam terre dictam communiter Nulant, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitam ibidem inter hereditatem dicti Godefridi ex uno et inter hereditatem Wolteri die Witt ex alio, tendentes ab hereditate Jacobi de Gestel ad communem plateam; item adhuc peciam terre pascualis dictam tVenne, dimidiam modiatam terre vel circiter continente, sitam in iamdicta parochia, inter hereditatem dicti Godefridi Smeets undique adiacentem; item adhuc peciam seu strepam terre dictam den Grooten Acker, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitam ibidem inter hereditatem dicti Godefridi ex utroque latere et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Willelmi Hillen; item adhuc peciam terre dictam Aleytendael, unam sextariatam terre vel circiter continente, sitam in dicta parochia inter hereditatem dicti Willelmi Hillen ex uno et fine uno et inter hereditatem dicti Godefridi Smeets ex alio et fine reliquo; item peciam terre mericalis dictam Hockendael, unam sextariatam terre vel circiter continente, sitam ibidem inter hereditatem Willelmi Hillen predicti ex uno et fine uno et inter hereditatem dicti Godefridi ex alio, tendentem cum reliquo fine ad communem plateam, quas hereditates predictas dictus dominus Goeswinus ad opus investiture ecclesiarum predictarum erga Marcelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Henrico, filio quondam Anselmi Henrixss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte investiture deponere, excepta tamen ac dicto domino Goeswino, tamquam investito pro tempore ecclesiarum predictarum, reservata sua hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, qua pactione mediante hereditates predicte iuridice, ut premittitur, evicte sunt, quam pactionem predictam dictus magister Henricus exnunc deinceps annuatim et hereditarie de et ex premissis iuxta continentiam litterarum desuper confectarum dabet et solvet ac dare et solvere tenebitur absque aliqua contradictione, prout idem magister Henricus hoc palam recognovit et sub obligatione hereditatum predictarum dicto domino Goeswino repromisit.
Testes Kuyst, Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 279r
11 maart 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Goeswino promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico quod ipse dominus Goeswinus quecumque arrestadia dicte pactionis et alia arrestadia quecumque ex premissis solvenda et ante datam presentium cessa, dabit et solvet sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et hereditates predictas dampna non eveniant exinde in futuro.

Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 279v
11 maart 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus magister Henricus promisit super omnia et habenda dicto domino Goeswino duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando Pasche., item septem et dimidium consimiles florenos Renenses Nativitatis Baptiste necnon septem et dimidium consimiles florenos Renensis Remigii confessoris proxime futura persolvendos.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XI^{a} marcii, sexta post Letare Iherusalem.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Reynerus, filius quondam Elye dicti van den Venne, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, ad locum dictum den Audenhuls, inter hospitale quondam Arnoldi Berwout ex uno et inter hereditatem Beatricis, relicte quondam Petri Broessen, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Reynerus erga Johannem, filium quondam Arnoldi van Vaerlaer, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Geldolphi dicti Gelloot van den Eeckhout, textori lineori, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XII^{a} marcii, sabato post Letare.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Reynero viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Idem Petrus promisit super omnia et habenda dicto Reynero quatuor libras monete et viginti octo peters consimiles a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Heymerici de Droemel, omnia bona Jordani, filii quondam Tyelmanni Maess., habita et habenda erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisivisset prout in litteris,

cumque dictus Johannes, filius quondam Heymerici, et Arkenradis, uxor sua legitima, domum suam et aream in die Buertschestraet, sitam inter hereditatem Elisabeth, relicte legitime quondam Nycolai Broess., ex uno et inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Johannis van den Dungen ex alio, hereditarie supportassent Godefrido, filio Franconis van der Stappen, ut videbatur in quodam instrumento contineri, et cum deinde dictus Godefridus dictam domum et aream unacum quodam orto, sibi retro adiacente, quemadmodum premissa ibidem sunt et ad dictum quondam Jordanum spectare consueverant, hereditarie supportassent Franconi de Langel ad opus Henrici de Dordraco, filii quondam Johannis, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabini infrascriptis dictus Henricus de Dordrecht dictos domum, aream et ortum predictos hereditarie supportavit Johanni, suo filio, simul cum dictis litteris, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Johannes, filius Henrici de Dordrecht, promisit super omnia et habenda dicto Henrico, suo patri, tredecim libras monete necnon quadragintaquinque et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 279v
12 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Idem Johannes promisit super omnia et habenda dicto Henrico, suo patri, sex et dimidium libras monete ac quadragintaquinque et dimidium consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendas.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 280r
12 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Magister Symon de Couderberch promisit super omnia et habenda Anthonio Hinckart, sculteto inferiori in Buscoducis, sedecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ad undecimam diem marcii proxime futuram si et inquam cum dictus Anthonius eotunc in humanis vixerit, et alias non persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XII^{a} marcii, sabato post Letare Iherusalem.

R1270, fol. 280r
14 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Stephanus, filius legitimus quondam Arnoldi van der Heyden, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarantem inter cetera

inibi contenta et ordinata legasset et iure testamenti reliquisset Engele, sue uxoris legitime, filie Johannis Papen, hereditarium censum decem librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino in festo Purificationis Beate Marie Virginis obitum dicti Stephani proxime sequente de et ex domo, area et orto inhabitationis eiusdem Stephani, sitis in opido de Buscoducis in vico Orthensi, ut videbatur in instrumento contineri, et cum deinde dictus Stephanus decessisset, dicta Engela in hac vita humana superstite remanente, eademque Engela in conventione matrimoniali habita et celebrata inter ipsam ex una et Gerardum, filium quondam Henrici Geritssoen, partibus ex altera, inter cetera inibi contenta in subsidium eorum matrimonii supradictum censum decem librarum importasset, ut videbatur in quodam alio instrumento publico, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus, tamquam maritus legitimus dicte Engele, sue uxoris, et ipsa Engela cum eodem tamquam cum suo tutore dictum censum hereditarie supportaverunt michi, simul cum dictis instrumentis et iure occasione, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XIIII[ta] marcii, secunda post Iudica.

R1270, fol. 280r
14 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus magister Petrus dictum censum hereditarie supportavit dicto Gerardo ad opus sui et dicte Engele, sue uxoris, simul cum dictis litteris et instrumentis et iure, promittens super omnia ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXIIII[ta] martii, quinta post Palmarum.

R1270, fol. 280r-v
17 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Henricus die Leeuwe, tamquam magister et rector Domus Leprosorum dicte Ter Eyendonck, site infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis de Vladeracken, provisoris pro tempore Domus predicte, unam vasatam terre vel circiter dicte domus, sitam in parochia de Os, in loco dicto Int Westervelt, inter hereditatem Arnoldi dicti van den Hoigen Dircxsoen ex uno et fine uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, tendentem cum fine reliquo ad communem plateam seu viam ibidem in ea quarte qua ibidem sita est et ad dictam Domum pertinere dinoscitur, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus dicti Arnoldi van den Hoigen simul cum toto iure, dicte Domui quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Domus deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dicta una vasata terre plus fore solvenda quam una quarta vini fabrice ecclesie de Os annuatim exinde e iure solvenda, quod dicta Domus hoc plus prefato Arnoldo penitus deponet, aut si eidem Arnoldo dicta vasata terre imposterum iuridice evinceretur, quod tunc eadem Domus ad statim huiusmodi evictione facta refundet et refundere tenebitur dicto Arnoldo duos et dimidium denarios peters, communiter vocatos XIX stuvers, vel valorem in pecunia secundum presentem valuationem pro quolibet computando, unacum expensis litis ea occasione sustinentibus et perpessis absque dolo; quibus sic refusis dictus Arnoldus dictam vasatam terre prefate Domui resupportabit et resupportare tenebitur simul cum dictis (*sic*) et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.

Testes Hynden et Paeuweter, datum XVII[a] marcii, quinta post Iudica.

R1270, fol. 280v
15 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Anthonii, filii quondam Henrici, filii Henrici Evertss., promisit ut debitor principalis Waltgero, filio quondam Gerardi Meliss. In den Wildeman, quod ipse dabit et solvet eidem Wautgero hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex campo terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum After die Baseldonck, by Roevers hofstadt, inter hereditatem heredum quondam Ambrosii van der Stegen ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis van den Steen ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Zeberti Henricxss., ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, excepto censu fundi ad unum grossum antiquum ascendentem annuatim per prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XV[ta] marcii, tercia post Iudica.

R1270, fol. 280v
17 maart 1502
Schepenbank van ’s-Hertogenbosch

Allen ende enenyegelycken die dese onse oepene letteren sullen sien oft horen lesen saluyt met kennesse der wairheit.
Wy scepenen ende raidt der stadt van sHertogenbosch doen condt dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest Arnt van Moenle, onse medeingesetene deser stadt, werdich van geloven ende heeft voir ons oepelic bekent ende beleden wair te ziine dat hy huyden des daigs part noch deel en heeft in alsulkene comanscap van scheven gevlecht als Richmoet, dochter wylen Boudewyn Dircxsoen, tot Sint Oedemaers liggende ende opten wech derwarts tot deser tyt gescict heeft oft elders liggende mach hebben, ende dat dieselver Richmoet hem wael ende dueghdelic vernuegt heeft van alle sculde die zij hem ende Willemken, zynre huysvrouwen, sculdich was ende dat by rechtverdiger afrekeninge ende afslaen van seker sculden dairinne hy ende die voirs. Willemken, zyn huysvrou, aen der voirs. Richmoeden verbonden ende verobligeert stonden.
In oircondscappen der wairheit, soe hebben wy scepenen ende raidt voirs. den zegel ad legata der voirs. stad hier beneden opt spacium doen drucken.
Gegeven opten XVII[en] dach marcii, nae costume etc.

R1270, fol. 280v-281r
16 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Arnoldus de Uden, filius quondam Lamberti, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Erpe, quam pactionem Johannes de Uden, filius quondam Thome, promiserat ut debitor principalis se daturam et soluturam Matheo, filio quondam Johannis Theeuss., anno quolibet hereditarie Purificationis et in Erpe tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum die Laren, inter hereditatem Barneri Nyerss. ex uno et inter hereditatem magistri Leonii Henricxss. ex alio, et quam pactionem predictam dictus Arnoldus

erga dictum Matheum acquiserat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico Hoernken, filio quondam Arnoldi, simul cum dictis litteris, aliis et iure et cum arrestadiis unius anni ultimo preteriti, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XVI[ta] marcii, quarta post Iudica.

R1270, fol. 281r
16 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelma, filia Danielis Symonssoen de Zoemeren, cum tutore, hereditatem quandam, sitam in Buscoducis ultra pontem dictum dat Loefsbrugsken, inter hereditatem Mathei Lu, carnificis, ex uno et inter hereditatem domini Huberti die Crom, presbiteri, ex alio, que hereditas predicta iam una domus esse dinoscitur et sita est ibidem, inter hereditatem Wolteri de Hall ex uno et inter hereditatem Hermanni Coenen olim, nunc eius heredum, ex alio, quam hereditatem seu domum predictam magister Nycolaus Kuyst ad opus dicte Willelme erga magistrum Petrum, filium quondam Johannis Rutgerss. de Os, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Henrici Heym, canonici in Buscoducis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum conditione consueta.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 281r-v
17 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Domicella Margareta, filia quondam Iohanni van den Doeren, filii quondam Rutgeri, relicta quondam Adriani Geerds, necnon Stephanus Ram, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum burgimagistrorum, scabinorum et consulum opidi de Antwerpia ac sigillo ad causas eiusdem opidi sigillatarum, sibique per Rutgerum de Aernest et Nycolaum Gielissone, tamquam proximiores, consanguineos et mamburnos iuridice electos Johannis et Rutgeri, liberorum legitimorum quondam Rutgeri van den Doeren, filii dicti quondam Johannis van den Doeren, concessarum, ut apparebat, cum tutore, domum lapidea cum quatuor cameris sibi invicem contigue adiancentibus, sitis in Buscoducis in quodam vico dicto die Mandmekerstraet, cum omnibus suis attinentiis, supportatis dudum dicto Johanni van den Doeren, filio quondam Rutgeri, a domino Willelmo Toelinc, presbitero, filio Goeswini Toelinc, prout in litteris, que domus lapidea cum quatuor cameris ac suis attinentiis predictis dicte domicelle Margarete atque dictis mamburnis ad opus dictorum liberorum unacum certis aliis bonis, redditibus et pactionibus mediante quadam divisione seu certa permutatione inter ipsos ex una et Petrum Dantyn et domicellam Barbaram de Doerne, eius uxorem legitimam, dudum habita seu facta in partem cesserant seu assignata fuerant, ut videbatur in litteris scabinorum divisionum de Antwerpia contineri et que domus lapidea cum quatuor cameris predictis consistunt sub uno tecto et sita sunt ibidem, inter hereditatem Henrici de Doerne ex uno et inter quandam vacuam hereditatem ibidem ex alio, tendens a dicto vico ad murum opidi predicti, ut dicebat, simul cum dictis litteris, aliis et iure, dederunt ad hereditarium censum Arnoldo, filio quondam Johannis de Bruekom, ab eodem iure hereditario habendo et possidendo pro censu fundi, si quis exinde foret solvendo, atque pro hereditario censu duarum librarum monete prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, dando et solvendo ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis atque pro hereditario censu triginta librarum dicte monete dando et solvendo dicte domicelle Margarete pro una medietate necnon dictis

Iohanni et Rutgero, fratribus, pro alia medietate ab Arnoldo predicto hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittentes dicti domicella Margareta necnon dictus Stephanus, nomine dictorum Johannis et Rutgeri, fratrum, indivisi indivisi *(sic)* super omnia et habenda necnon idem Stephanus vigore potestatis sibi, ut premittitur, date adhuc sub obligatione omnium bonorum eorundem Johannis et Rutgeri habitorum et habendorum huiusmodi donationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum liberorum necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Doeren et suorum quorumcumque heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper iidem domicella Margareta et Stephanus sub obligationibus premissis in casu quo imposterum via iure iuris inventum fuerit ex premissis plus fore solvendum quam census fundi, si quis exinde fuerit solvendus, dictus census duarum librarum ac dictus census triginta librarum, quod dicti domicella Margareta et Stephanus hoc plus prefato Arnoldo penitus deponent. Quo facto dictus Arnoldus repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto domicelle Margarete pro una medietate necnon dicto Johanni et Rutgero, fratribus, pro alia medietate dictum censum triginta librarum monete anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex premissis.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XVII[a] marcii, quinta post Iudica.

R1270, fol. 281v
17 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Adriani Geerds, super dictis domo lapidea ac quatuor cameris predictis atque super toto iure ad opus dicti Arnoldi hereditarie renuntiavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum fratrem et sororum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 281v
17 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit dictus Arnoldus dictas triginta libras redimere perpetue simul una pariter aut vicissim et non minus simul et semel quam decem libras, sed bene plus, quamlibet videlicet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in alia pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti domicella Margareta et Stephanus nomine dictorum liberorum hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda cum tutore dicto Arnoldo repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 281v
17 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Arnoldus promisit super omnia et habenda Johanni Keymp Janss. centum nonagintanovem et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers stuvers *(sic)* vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 281v
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Ghysbertus, filius quondam Hermanni Gielissoen, campum terre arabilis, septem lopinatas terre vel circiter continente, situm in parochia de Os, ad locum dictum Aent Dorsselair, inter hereditatem olim Johannis de Erpe, filii Johannis, nunc vero Johannis de Heesbeen, ex uno et inter hereditatem olim Hermanni de Os, nunc vero Coenrardi de Boechem, filii quondam Amelii, ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Johannis de Heesbeen predicti, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Coenrardo de Boechem ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVII[a] marcii, quinta post Iudica.

R1270, fol. 281v
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Petrus, filius quondam Henrici Voss., domum, aream et ortum, pariter tres lopinatas terre vel circiter continente, sitos in parochia de Berlykem, ad locum dictum Hasselt, inter hereditatem Henrice, relicte quondam Gerardi van den Coeveringe, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Rutgeri van den Coeveringe ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Petrus erga Johannem, filium quondam Henrici Voet, et Rodolphum, filium quondam Theoderici Gysbrechss., maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici Voet, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Johanni Keelbreker, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 281v
16 januari 1503
Jan van Berkel en Dirk de Borchgreve

Dictus Arnoldus premissa hereditarie supportavit Adriano, filii quondam Willelmi Michielss., cum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI januarii, anno XV[C] secundo.

R1270, fol. 282r
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Johannis Keelbrekers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Wellini, filii quondam Johannis Wautgerss., quecumque bona immobilia et hereditaria, que sibi et dicte Heilwigi, sue uxori, per et post mortem dicti quondam Wellini ac Elisabeth, sue uxoris, patris et matris dum vixerant, dicte Heilwigis necnon per mortem quondam Nycolai, filii dictorum quondam Wellini et Elisabeth, fratrisque dum vixerit eiusdem Heilwigis, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio dictorum Wellini et quondam Elisabeth, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittens super omnia et

habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 282r
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Johannes, filius quondam Wellini, filii quondam Johannis Wautgerss., promisit ut debitor principalis Petro, filio quondam Henrici Voss., quod ipse dabit et solvet eidem Petro hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti Johannis, maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynden, inter hereditatem Hermanni Wonder ex uno et inter hereditatem Yewani Kuyst ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem domicelle Elsbene Berwouts; item adhuc ex agro terre, octo decim lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem Gerardi de Vladeracken ex uno et inter hereditatem dicti Hermanni dicti Wonder ex alio, tendente cum fine utroque ad communem viam seu plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu sex florenorum Renensium conventui de Bynderen ex domo, area, orto et hereditabus predictis atque hereditaria pactione unius modii siliginis Aleidi de Wetten, ex dicto agro prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 282r
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 282r
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius naturalis quondam Johannis die Cuper, campum terre, unum bonarum terre vel circiter continente, situm in parochia de Oirscot, in pastoria dicta in die Vloet, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Jutte van den Cappellen ex alio, quem campum terre predictum dictus Johannes erga Theodericum, filium quondam Mathie van Berwinckel, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Arnoldi Geritssoen, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus recognitionibus et repromissionibus in dictis litteris contineri.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVII[a] marcii, quinta post Iudica.

R1270, fol. 282r-v

17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis Matheus et Arnoldus, fratres, filii quondam Nycolai de Berct, et Gerardus, filius quondam Johannis van den Acker, tamquam maritus et tutor legitimus Katharine, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Theoderico promiserunt in casu quo imposterum via iuris inventum fuerit ex premissis campo plus fore solvendum quam census fundi quatuor cum dimidio solidorum antiquorum domino duci, quod ipsi hoc plus prefato Theoderico penitus deponent.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XVII[a] marcii quinta post Iudica.

R1270, fol. 282v
17 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Lambertus de Berse, filius quondam Henrici de Berze, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, ad locum dictum Opten Audenhuls, inter hereditatem Petri de Hijnen ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Henrici de Lieshout, et eius liberorum ex alio, hereditarie supportassent Petro, filio quondam Johannis Peterss., prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus palam recognovit et super omnia et habenda Yde, sue uxoris legitime et moderne eiusdem Petri, filie quondam Zeberti Janss. van den Hoevel, et ad opus suorum heredum, promisit quod ipse Petrus medietatem domus, aree et orti predictorum pronunc ad eius liberam dispositionem spectantem non vendet, alienabit, obligabit nec alicui transportabit, nisi in presencia et de consensu dicte Yde, sue moderne sue uxoris, ymmo in casu quo eadem Yda, eius uxor, absque prole seu prolibus legitima seu legitimis ab ipso Petro suscitatis et supervivia aut supervivus remanentia aut remanentibus decesserit, eodem Petro superstite remanente et medietas pretacta in presencia et consensu ut supra non vendita, alienata, obtenta seu alias disposita non fuerit, quod tunc eadem medietatas post mortem dicti Petri et non prius pleno iure cedet et cedere debeat ad proximiores heredes dicte Yde, sue uxoris, absque contradictione cuiuscumque.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 282v
18 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Cornelius, filius quondam Henrici van der Stegen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Martine, sue uxoris, filie quondam Johannis van den Ham, hereditarie vendidit Christiano, filio quondam Danielis Michielss., hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Geertrudis Virginis de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi mutuo coadiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, in loco dicto die Sporct, inter hereditatem Engberti Willemss. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Danielis Geritss. ad hereditatem Johannis Engbertss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu trium librarum monete et

hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, ex premissis et quibusdam aliis hereditatibus ibidem situatis prius annuatim diversis personis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XVIII[a] marcii, sexta post Iudica.

R1270, fol. 282v
18 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta duobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 282v – 283r
21 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes, filius naturalis quondam Johannis Balyarts, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Johannis Reymbrants, ab eodem quondam Johanne quondam Hillegonde, eius uxore, filia quondam Henrici Key, filii quondam Ludekini dicti Corstiaenss. de Zeelst, pariter genite, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii Confessoris et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, sita in parochia de Os, ad locum dictum In die Beemde, inter hereditatem Johannis dicti de Os ex uno et inter hereditatem Mercelii dicti Zeelvilt ex alio; item ex pecia terre, sita in dicta parochia in loco dicto Oestervelt, inter hereditatem Christine dicte Heymerix et Heilwigis dicte Wonders ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Rutgerss. ex alio; item ex pecia terre, sita in dicta parochia in loco dicto Westervelt, inter hereditatem Hermanni dicti de Os ex uno et inter hereditatem Deenkini dicti Gruyter ex alio, atque pecia terre, sita in dicta parochia in loco dicto Westervelt, inter hereditatem Arnoldi Zanderss. ex uno et inter hereditatem dicti Mercelii Vilt ex alio, quam pactionem predictam Arnoldus dictus Groet Arnt erga Henricum de Loet, filium quondam Arnoldi de Loet, et Arnoldum dictum Zanderss. van den Kerchove de Os, eius sororium, emendo acquisierat, prout in litteris., et que pactio predicta supradicti Hillegondi mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes dudum habita unacum certis aliis bonis in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit Lamberto dicto die Wolff, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXI[ta] marcii, secundam post Palmarum.

R1270, fol. 283r
21 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum sexaginta florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Lambertos hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 283r

21 maart 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Wolteri Voegelss., hereditarie vendidisset Ghiselberto, filio quondam Godefridi Gieliss. de Gestel, hereditarium censum decem aureum florenorum, gouden overlensche koervorster Rijnsgulden communiter vocatorum, duodecim denarios, dobbel vueryseren communiter vocatos, ante datam presencium eotunc monetatis vel verum valorem eorundem in aliis bonis denariis aureis et argenteis pro quolibet huiusmodi aurei floreni computando, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis ab omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum ex domibus, areis, horreo, orto ac hereditatibus et partem sibi mutuo coadiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Broegel, inter hereditatem Hermanni de Snyer, domini Johannis, filii Willelmi Goyartss., presbiteri, et cuiusdam dicti Johannis der Weduwen ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Henrici Muyscenssoen, Laurencii Willemss. et Johannis Rutten Willemss. ex alio; item ex quodam prato dicto Mettenhoff, maldratam terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, inter hereditatem Reyneri, filii quondam Lamberti de Wolfvinckel, ex uno et inter hereditatem Jacobi, filii Thome Zeeldreyers, ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus emptor palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit quod idem venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum centum et sexaginta consimilibus aureis florenis, exceptis in hiis denariis, dictis dimidiis stuveris, ortkinis et minoribus denariis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Ghiselbertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionis per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 283r-v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Gerardus, filius quondam Arnoldi Geritss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, relicte quondam Johannis dicti Didden Junioris, necnon Margareta et Katarina, sorores, filie dictorum quondam Johannis Didden Junioris et Geertrudis, cum tutore, hereditarie vendiderunt Henrice, relicte quondam Willelmi die Loyer, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Geertrudis Virginis et in Buscoducis tradendam de et ex quatuor hont terre vel circiter, dicti Gerardi, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Vranckenbeempt, inter hereditatem heredum dicti quondam Johannes Didden ex utroque latere, tendentibus a communi aqueductu, dicto die weteringe, ad quendam aggerem, dictum den Paelackerschedyck ; item ex duabus terciis partibus, ad dictas Margaretam et Katherinam spectantes in medietate duorum iugerum terre, sitorum parochia de Tefelen in loco dicto in de Cleebeempt, inter hereditatem Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyers, ex uno et inter hereditatem Petri dicti Henricxsoen ex alio, tendentibus a quadam stega, dicta die Loeterstege, ad aqueductum quendam, dictum die Tefelensche Weteringe, ut dicebat, ab eadem, promittens indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno maldro siliginis ex medietate dictorum duorum iugerum terre et quampluribus aliis hereditatibus annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XXII[a] marcii, tercia post Palmarum.

R1270, fol. 283v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterunt redimere perpetue cum sedecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrice legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 283v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Gerardus promisit super omnia et habenda dictis Margarete et Katharine, sororibus, quod ipse Gerardus dictam pactionem exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet, acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eisdem Margarete et Katarine ad et supra se ac bona sua pretacta et reliqua eorum bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 283v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johanna, relicta quondam Henrici Corstiaenss., cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Os, inter aqueductum, dictum die weteringe, et fossatum, dictum den Hoygrave, inter hereditatem Johannis Bobben et eius matris ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyerss., ex alio, tendente a dicto aqueductu ad dictum fossatum, ut dicebat, legitime supportavit Christiano, filio Johanne et quondam Henrici predictorum, necnon Marcelio dicto van den Camp Geritss., tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie eorundem Johanne et quondam Henrici, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 283v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Christianus et Mercelius, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, hereditarie vendiderunt Henrice, relicte quondam Willelmi die Loyer, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Geertrudis Virginis et in Buscoducis tradendam de et ex campo predicto ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 284r
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterunt redimere perpetue cum sedecim peters, XVIII novos stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuatione pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionis per spacium dimidii anni prefato emptrici legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 284r-v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes Pynappel, filius quondam Mathei Pynappel, tamquam relictus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Willelmi de Hoelt, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, sitis in Buscoducis in oppositum domus seu mansionis de Loen, inter hereditatem Johannis Pynappel Bouwessoen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Hermanni Coenen ex alio; item in uno iugere, sito in hereditate dicta die Gemeyn Vliedart, quod iuger terre predictum Ghiselbertus Haeck Godefrido Boest ad opus Elisabeth, sue sororis, relicte quondam Willelmi, filii quondam Everardi, filii quondam Willelmi de Hoelt, et ad opus liberorum, ab ipsa Elisabeth et predicto quondam Willelmo pariter genitorum, hereditarie supportaverat; item in duobus et dimidio iugeribus terre, dicta den Havercamp, sita in parochia de Roesmalen'item in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex medietate olim ad Wolterum Goetscalcx, filium quondam Theoderici Goetscalcx, filii quondam Wolteri Goetscalcx, spectante in quodam manso, sito in parochia de Berlykem, ad locum dictum Loeffoirt, et ex attinentiis dicte medietatis mansi predicti singulis et universis ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, quam pactionem Johannes Pynappel, filius quondam Mathei, erga dictum Wolteri Goetscalcx emendo acquisierat; item in hereditaria pactione sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Nativitatis Domini ex domo et orto ac hereditate ipsis adiacente, sitis in parochia de Roesmalen in loco dicto Bruggen, atque ex quadam pecia terre, dicta communiter dat Venne, sita in dicta parochia, et ex dimidio iugere terre, sito in dicta parochia, ad locum dictum die gemeyn beemde, quam pactionem predicte Elisabeth, filia quondam Arnoldi Haeck erga Michaelem de Breda, filium quondam Henrici de Breda acquisierat; item in hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis ex medietate cuiusdam mansi, olim Wolteri Goetstalx, depost eius heredum, siti in parochia de Berlykem, ad locum dictum Loeffoert, atque ex singulis attinentiis et iuribus dicte medietatis mansi predicti ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, quem censum predictum Johannes Pynappel, tinctor, erga Wolterum, filium quondam Theoderici, filii quondam Wolteri Goetscalcx, emendo acquisierat; item in hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis ex domo, area et orto Pauli, filii quondam Petri Michielss., sitis in Buscoducis in vico dicto die Weverplaets, quem censum Johannes Pynappel, tinctor, erga dictum Paulum emendo acquisierat; insuper adhuc in hereditario censu trium librarum et decem solidorum monete, solvendo hereditarie Purificationis ex domo et area, sita in Buscoducis in vico dicto

die Colperstraet, quem censum Johannes Pynappel, filius quondam Mathei, erga Godefridum de Buege, filium quondam Wolteri de Buege, emendo acquisierat, prout hec omnia in diversis litteris continentur; insuper in duabus domibus, areis, ortis ac duabus cameris, sibi retro mutuo adiacentis, sitis in Buscoducis in vico Tinctorum supra conum cuiusdam viculi quo itur versus pontem dictum dat Loefsbrugsken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Achel ex alio; item in quodam campo, dicto Haveloes Kempken, tria iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, inter hereditatem Martini de Elmpt ex uno et inter hereditatem domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, ex alio; item adhuc in duobus et dimidio iugeribus terre, dictum de Nonnenbeempt, sitis ibidem ; insuper adhuc in tribus iugeribus terre, dicte den Rybeempt, sitis ibidem atque in quadam pascua, dicta een scaepsweyde, sibi adiacente, inter hereditatem Johannis Pynappel Bouwenss. ex uno et inter hereditatem Hermanni Wonder ex alio, ut dicebat, legitime supportavit Matheo et Johanne, eius sorori, suis liberis ab ipso Johanne et dicta Heilwige, sua prima uxore, pariter geniti et effestucando resignavit modo in talibus consueto.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXII[a] marcii, tercia post Palmarum.

R1270, fol. 284v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Matheus et Johanna, eius soror, cum tutore palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de hereditatibus, pactionibus, censibus et bonis pretactis mediante qua divisione dictus domus, area et ortus, siti in opposito domus de Loen, unium iuger terre, in die Gemeyn Vliedart dicta, duo et dimidium iugera terre, dicta den Havercamp, necnon supradicti pactiones unius modii et sex sextariorum siliginis, census trium et trium et trium librarum et decem solidorum monete supradicto Matheo cesserunt in partem, prout dicta Johanna cum tutore recognovit super quibus eadem Johanna atque iure ad opus dicti Mathei hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere;
et mediante qua divisione supradicti due domus, aree, orti, domus posteriores ac cameras, sibi retro adiacententes, in vico Tinctorum siti; item dictus campus, Haveloes Kempken nuncupatus, dicta duo et dimidii iugera terre, der Nonnenbeempt vocata, necnon dicta tria iugera terre cum dicta pascua, die scaepsweyde vocata, sibi adiacentes, simul cum onere ex premissis solvendo, census fundi, hereditarium censum novem librarum monete necnon decem et septem stuvers atque dimidium modium siliginis, quem Johannes Pynappel Bouwenss ex premissis annuatim solvendos habet, ut dicebat, supradicte Johanne cesserunt in partem, prout Matheus recognovit super quibus Matheus atque iure ad opus dicte Johanne hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibus condicionibus annexa quod dicta Johanna dicta onera in sua porcione, ut premittitur, narrata, dabit et solvet sic et taliter quod dicto Matheo ad et supra se et bona dampna exinde non eveniant in futuro, et in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam dictum est aut si alicui dictorum condividentium de premissis, ei in partem, ut premittitur, cessis, aliquid imposterum iuridice evinceretur, aut si contrapignora dictorum censum et pactionum insufficienciam inventa fuerint et non satissecura, quod ydem condividentes hoc plus dampna et insufficienciam huiusmodi equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet eorum quivis pro una medietate, prout iidem condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 284v-285r
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus et .A. signato et fiat regulato ex eodem sub forma brevitura et tunc sic cumque supradictum unum iuger terre, situm in de Gemeyn Vlyedart, dicto Matheo mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Johannam, suam sororem predictam, hodierna die habita unacum certis aliis bonis in partem cessisset prout in litteris divisionum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Matheus dictum unum iuger terre hereditarie supportavit dicte Johanne, sue sorori, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 285r
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Alsoe Jan Pynappel Matheeuss. seker versceyden gueden dairinne hy zyn lyftocht hadde ende die hy zoe lange hy leven zoude met Guelden, zynre naehuysvrouwen, hedde moigen bezitten ende die prouffyten dairaf comende tot behoeff derzelver ende zynre naekynderen moigen bekeren, Matheeussen, zynen soen van zynen voirbedde, hadde laten vercopen ende denselven versceyden pecunia die hy verteert heeft vuytgereyct, zoe dieselven Matheeus bekenden ende omme dan der voirs. Guelden ende haren kynderen dairaf wederomme te recompenseren ende dat te vergueden, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven, dieselver Matheeus ende heeft oepelic bekent, beleden ende geconsenteert dat van elcken jare die die voirs. Jan, zyn vader, nae datum van desen in der menschelicheit leven sal der voirs. Guelden ende haren kynderen verschynen ende vervallen sullen aen ende op den voirs. Matheeussen ende zyn gueden, die hem in der deylinge tusschen hem ende Johanna, synre suster, huyden des daigs aengedeylt zyn, te heffen, te boerene ende met recht ofs noot zy te vervolgen, thien Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers gerekent, dairaff den iersten dach der betalinge wesen sall opten naesten Lichtmisse die comen sal alrenaest der doot des voirs. Jans, zyns vaders, ende nyet eer, dats te wetene te betalene alsdan voirtaen nae doode Jans voirs. tot elken Lichtmisse thien der voirs. Rijnsgulden, als van elken jaere die de voirs. Jan nae datum van desen geleeft sal hebben ende nyet meer, geloevende die voirs. Matheeuss. opte verbyntenisse van allen zynen gueden, hebbende ende vercrigende, ende bysunder opte verbyntenisse der voirs. gueden die hem huyden des daiges aengedeylt zyn, als dat hy die voirs. bekentenisse, belydenisse ende consent vast ende stedich sal houden sonder wederseggen ende sonder dairtegen te doen oft doen doen *(sic)* by hemselven oft yemanden anders in eeniger manieren.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 285r-v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicta Johanna cum tutore promisit ut debitrix principalis se daturum et soluturum domicelle Willelme, sue sorori, filie dicti Johannis Pijnappel, moniali professe conventus Sancte Clare in Buscoducis, vitalem pensionem sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro

quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicte domicelle Willelme et non ultra, Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis, obitum dicti Johannis, sui patris, immediate subsequente et non prius, ex omnibus suis bonis habitis et habendis, promittens cum tutore super omnia warandiam, et satisfacere, tali condicione annexa quod dicta Johanna dictam pensionem redimere perpetue semper dum sibi placuerit cum quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXII[da] marcii tercia post Palmarum.

R1270, fol. 285v
22 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus .A. signato et incipiente Johannes Pynappel, filius quondam Mathei etc., constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Matheus et Johanna, eius soror, cum tutore palam recognoverunt et expresse consentierunt quod ipsi dictum Johannem Pynappel, eorum patrem, quamdiu in humanis vivet pacifice et quiete premissa omnia et singula possidere permittent ac permittet eorum alter, excepto dicto uno iugere terre, in die Vlyedart situato, et hoc omni eo iure quo ipse premissa possedit et manutenuit ante diem hodiernam secundum ius opidi de Buscoducis, supportatione usufructus pretacta non obstante, promittentes cum tutore super omnia et habenda huiusmodi recognitionem et consensum ratam servare et non contravenire, omni dolo secluso.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 285v
23 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Wautgeri van Bredelair, relictus quondam Aleydis, sue uxoris, filie quondam Johannis die Bruyn, hereditarie vendidit Lamberto die Wolff hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo stuferis, aureos novos denarios, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex medietate ad ipsum spectante in domo, area, orto ac duabus cameris, sibi mutuo coadiacentibus, ac eorum attenentiis, sitis in Buscoducis in vico dicto Sint Jacopsstraet, inter hereditatem Johannis Symonss. van der Graft alias de Lytt, spintrificis, ex uno et inter hereditatem cuiusdam Hospitalis Pauperum Mulierum, fundacionis quondam Rodolphi dicti Metten Keesen ibidem, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad quoddam fossatum dicti opidi, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditario censu decem librarum monete prius annuatim exinde iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXIII[a] marcii, quarta post Palmarum.

R1270, fol. 285v
23 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 285v-286r
23 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Daniel de Vlierden, filius quondam Danielis, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere ab omnibus precariis domini nostris ducis et aliis incommodis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacientibus, duas et dimidiam modiatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum Loe Eynde, inter hereditatem Petri Goessens ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Henrici Matheeussoen, ex alio; insuper ex quodam agro terre, duas modiatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum Muyscheberge, inter hereditatem Johannis Meliss. ex uno et inter hereditatem Petri Goessens ex alio, quam pactionem dictus Daniel erga Johannem et Jordanum, fratres, et Anthoniam, eorum sororem, liberos Mathei, filii quondam Henrici Matheeussoen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Nycolao Kuyst, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 286r
23 maart 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere dictus Daniel perpetuis temporibus cum septuaginta duobus peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureum florenum Renensem, monete imperatorum vel electorum imperii, iusti ponderis, dictos gouden overlens Rijnsgulden, der munten des keysers oft van den vier coervorsteren, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, aureos florenos Bourgoindie cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden Bourgoensche gulden met sint Andriescruys, gerecht van gewichte, pro XXIX stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewicht, pro XX^{ti} quinque stuvers, florenos episcopi Trajectensis, iusti ponderis, dictos Davidsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quatuor stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, stuferos monete olim ducis Philippi aut Karoli pie memorie pro uno stufero et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios valuatos nae advenande secundum modernam et presentem et eandem valuationem et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Nycolaus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Danieli repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 286r-v
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Hadewigis, relicta quondam Theoderici, filius quondam Andree Dircxsoen, pellificis, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, olim Arnoldi dicti de Dielbeke, depost Michaelis dicti de Hall, filii quondam Lamberti, de hinc vero dicti quondam Theoderici, sitis in Buscoducis in vico Ecclesie, inter hereditatem heredum quondam Jacobi dicti Luedinx ex uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici dicti Huben ex alio; insuper in hereditario censu duodecim librarum monete, solvendo hereditarie Remigii confessoris de et ex domo, area et orto predictis, quos domum, aream, ortum et censum predictos dictus Theodericus, filius quondam Andree Dircxss., erga Hillam, Mechteldem, Katharinam, Geertrudem, et Jacobam, sorores, filias quondam Johannis Weert, filii quondam Theoderici dicti Weert, pellificis, atque Johannem van den Steen, Johannem, filium quondam Martini dicti Muys, et Henricum, filium quondam Arnoldi dicti van Bynacht, tamquam provisores Hospitalis Sancte Dympne, siti in Buscoducis in vico Hinthamensi, quod quondam Reynerus de Arkel fundasse dicitur, ex parte et nomine Henrici, filii dicti quondam Johannis Weert, in dicto Hospitali existente, acquisierat, prout in litteris; insuper in hereditario censu octo librarum dicte monete, quem censum dictus Theodericus, filius quondam Andree Dircxss., promiserat ut debitor principalis Rutgero de Arkel ad opus dicti Hospitalis quod ipse daret, solveret eidem Hospitali anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto predictis et quem censum octo librarum iamdictum Godefridus Witmery, Johannes, filius quondam Franconis de Uden, et Theodericus die Bever, filius quondam Nycolai dicti Coel die Bever, tamquam provisores Hospitalis predicte, prefato Theoderico, filio quondam Andree Dircxss., hereditarie supportaverat, prout in aliis litteris, legitime supportavit magistro Johanni, presbitero, filio Hadewigis et quondam Theoderici predictorum, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum XXIII[a] marcii, quarta post Palmarum.

R1270, fol. 286v
deze akte is onvolledig

Notum[23] sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Johannes supradictos domum, aream, ortum, hereditarium censum duodecim librarum et hereditarium censum octo librarum hereditarie supportavit Johanni dicto Colensoen de Berlykem, pannicide, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui necnon ex parte dicti quondam Theoderici, sui patris, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper dictus magister Johannes et cum eo dicta Hadewigis, eius matris, cum tutore indivisi super omnia et habenda in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam supradicti census duodecim et octo librarum qui, ut premittitur, redempti sunt atque census fundi domino nostro duci necnon hereditatis census quadraginta solidorum monete predicte conventui Sancte Clare in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, quod dicti magister Johannes et Hadewigis, eius mater, hoc plus prefato Johanni penitus deponent.

R1270, fol. 286v
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

[23] *in de marge:* vacat.

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Johannes supradictos domum, aream, ortum, hereditarium censum duodecim librarum et hereditarium censum octo librarum hereditarie supportavit Johanni dicto Colensoen de Berlykem, pannicide, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens et cum ea dicta Hadewigis, eius matris, cum tutore indivisi super omnia et habenda dumtaxat de dictis domo, area, orto warandiam et omnes obligationem et impetitionem in supradictis domo, area, orto et censibus existentibus deponere, exceptis recognitionibus, ordinationibus et promissionibus inter Michaelem de Hall atque Johannem et Hubertum, fratres, liberos quondam Theoderici Huben, factis de quodam muro lapideo cum fundo, sito inter dictam domum et domum et hereditatem dictorum fratrum necnon inter dictum Theodericum et Godefridum Hannen eciam de quodam muro ibidem situato factis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum atque exceptis supradictis censibus duodecim et octo librarum qui per prius exinde, ut premittitur, redempti sunt atque adhuc censu fundi et hereditario censu quadraginta solidorum dicte monete conventui Sancte Clare in Buscoducis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 286v
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Johannes Colen promisit super omnia et habenda dictis Hadewigi et magistro Johanni, suo filio, presbitero, centum et quinquaginta quatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 286v
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Idem Johannes Colen promisit super omnia et habenda dictis Hadewigi et magistro Johanni triginta libras monete necnon septuaginta ac trigintaquinque consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 286v
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Idem Johannes Colen promisit super omnia et habenda dictis Hadewigi et magistro Johanni quidecim libras monete ac centum et quinque consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes datum supra.

R1270, fol. 287r
23 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Reynerus van den Hoevel promisit, ut debitor principalis, Hadewigi, relicte quondam Theoderici Andriessoen, ac magistro Johanni, presbitero, eius filio, quod ipse dabet et solvet eisdem Hadewigi et magistro Johanni quamdiu ambo in humanis vixerint seu alter eorum vixerit annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dictorum Hadewigis et magistri Johannis ac diucius viventi ex ipsis et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro et sic deinceps de et ex quodam campo terre, tria iugera terre vel circiter continente, dicti Reyneri, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum In de Bleken, inter hereditatem domini Amelii van den Hoevel, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Johannis Gerlix ex alio, tendente a communi aqueductu, dicto die weteringe, ad communem stegam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 287r
23 maart 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta octo consimilibus florenis Renensibus et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Hadewigis et magister Johannes cum tutore hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Reynero repromisit, hoc tamen salvo quod; idem Reynerus huiusmodi anni redemptionis per spacium dimidii anni prefato Hadewigi et magistro Johanni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 287r
24 maart 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Theodericus Henricxsoen van Tulden huiusmodi domum de tribus ligaturis, komma dictis van drie gebonten, cum horreo et ceteris edificiis ibidem prope consistentibus ac cum quadam lignicrescentia, dicta busselken, necnon hereditatibus sibi adiacentibus cum suis attinentiis, sex lopinatas terre vel circiter continente komma prout ibidem sita sunt in parochia de Oirscot, in pastoria de Verrenbest, et ad Nycolaum Thomass. van Audenhoven pertinere consueverat cum uno latere ad hereditatem Godefridi Goessenss. et cum alio latere et fine uno ad communem plateam, dudum hereditarie supportatum dicto Theoderico a Ghiselberto Ghysbrechss. van den Broeck, ut videbatur in litteris de Oirscot contineri, hereditarie supportavit Ghiselberto, filio Theoderici dicti Hoppenbrouwers, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto dictus Ghiselbertus Ghysbrechss. van den Broeck promisit super omnia et habenda omnes obligationem et impetitionem in dicta lignicrescentia, dicta busselken, existentes deponere, excepto censu fundi in dictis contentis comprehensis.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXIIII^{ta} martii, quinta post Palmarum.

R1270, fol. 287r-v
24 maart 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Dictus Laurencius de Eyck, presbiter, et relictus legitimus quondam Katharine, sue uxore, filie quondam Godefridi Witmeri, potens ad hoc, ut dicebat, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Zonne, ad locum dictum die Boeckt, inter Willelmi Brant die Roever ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Venne ex alio; item ex pecia, terre dicta die koewey, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Esper Ecker, inter hereditatem dicti Willelmi Brant die Roever ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Lamberti dicti van den Borcharder ex alio; item ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Esper Ecker, inter hereditatem Reyneri van den Broeck ex uno et inter hereditatem Everardi Mertens ex alio, quam pactionem Laurencius de Eyck predictus, pronunc presbiter, erga Hermannum et Philippum, fratres, filios quondam Christiani Coenen, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Arnoldi Houtloecx, simul cum dictis litteris, aliis et iure et cum arrestadiis sibi de pactione restantibus, ut dicebat, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte et suorum liberorum deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXIIII^{ta} martii, quinta post Palmarum.

R1270, fol. 287v
24 maart 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto domino Laurencio decem et novem peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Martini Hyemalis proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 287v
deze akte is onvolledig

Willem Henricxsoen van Hagennouwen, ingeseten van Dynther etc.

R1270, fol. 287v
24 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Wij Hynden et Bogart, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen is geweest Willem Henricxsoen van Hagennouwen, ingeseten van Dynther, ende heeft quytgescouwen ende mits desen iegenwoirdige lettren quitschilt Willemen Lambrechssoen, woenende tot Velpe, van allen alsulkene penningen als dieselver Willem Lambrechss. den voirs. Willemen Henricxsoen geloeft heeft te betalen, als hy seeghden, als voir zyn achtendeel van der moelen tot Kilsdonck in Dynther voirs. gelegen ende van allen toeseggen als Willem Henricxss. voirs. in den selven achtendeel mucht hebben gecoft tegen den voirs. Willemen Lambrechss., dats te wetene zoe verre Willem Lambrechs voirs. den voirs. Willemen Henricxs. zyn penningen betaelt voir scepenen van Velpe ende op die vorwarde soe heeft dieselver Willem Henricxss. geloeft dese quitsceldinge vast ende stedich te houden tot ewigen daigen.
In kennessen der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XXIIII^{en} marcii, quinta post Palmarum.

R1270, fol. 287v-288r
24 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Henrici, filii quondam Mathie Laureynss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quatuor et dimidio bonariis terre paludialis, sitis in parochia de Gemonden, inter hereditatem Henrici dicti Mesmaker et hereditatem liberorum quondam Gerardi dicti van den Braken ex uno et inter hereditatem Gerardi van der Stappen et hereditatem Henrici Ryconiss. van der Stappen ex alio, quam pactionem predictam Petrus, filius quondam Nycolai dicti Rodecolen, erga Arnoldum dictum Mynnemeer, filium quondam Willelmi dicti Mynnemeer, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio predicta dicto Henrico, suo patri, dum vixerat per et post mortem quondam Elisabeth, relicte quondam Johannis de Oyen, filie legitime quondam Petri, filii quondam Gerardi Rode Coelkenssoen, iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Ghibonis Goyenssoen, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem servare deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 288r
24 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Ghiselberti Guedenssoen, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purifcationis ex quodam agro terre, sito infra libertatem de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen,in loco dicto die Sporct, inter hereditatem Zegeri de Dieperbeke ex uno et inter hereditatem Andree dicti Coppen ex alio, quem censum predictum dictus Johannes erga Johannem dictum Spierinc, filium quondam Henrici, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio dicti quondam Johannis Spierinc, filii quondam Henrici, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto Yda, filia primodicti Johannis, necnon Johannes, filius Gerardi de Beeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie eiusdem primodicti Johannis, cum tutore, super dicto censu atque iure, eis seu eorum alteri quovismodo competente aut imposterum competituro in dictis litteris, ad opus dicti Henrici, filii quondam Johannis Spierinc, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechtildis deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 288r
24 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Henrici, filii quondam Mathie Laureynss., hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie in Magno Carnisprivio ex quadam pecia terre, dicta die Brake, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Gestel prope Herlaer, inter hereditatem Gerardi dicti de Mulsen ex uno et inter communem plateam ex alio, quem censum predictum Petrus, filius quondam Gerardi dicti Roykoelkenssoen, erga Laurencium, filium quondam Everardi dicti Deenkenss., emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dicto quondam Henrico, suo patri, dum

vixerat per et post mortem quondam Elisabeth, relicte quondam Johannis de Oyen, filie legitime dicti quondam Petri, filii quondam Gerardi Roycoelkenss., et depost ad ipsum iure successionis hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Nycolai Arntss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare obligationem et impetitionem deponere servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 288r
24 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Petrus hereditarium censum quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie ad Carnisprivium ex domo et orto ac agro terre sibi adiacente, dicto Die Brake,sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum te Hezelair, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti van Mulsen ex alio, quem censum predictum Petrus, filius quondam Gerardi dicti Roycoelkens, erga Laurencium dictum die Decker, filii quondam Everardi dicti Deenkenss., emendo acquisierat prout in litteris, et qui census predictus dicto quondam Henrico, suo patri, dum vixerat per et post mortem quondam Elisabeth, relicte quondam Johannis de Oyen, filie legitime dicti quondam Petri, filii quondam Gerardi Roycoelkenssoen, et depost ad ipsum iure successionis hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Willelmo, filio quondam Nycolai Arntss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere servare.
Testes, datum supra.

Fuit dies Pasche XXVII[a] marcii, anno secundo.

R1270, fol. 288v
31 maart 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Magister Henricus Ghysels peciam terre paludialis, unum iuger terre vel circiter continente, sitam in parochia de Roesmalen in loco dicto In den Brede teynden die Streepen, inter hereditatem reliquam dicti magistri Henrici ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti van den Poel, sceymaker, ex alio, tendentem a quodam aggere, dicto den Hoefdyck, ad communem aqueductum ibidem, dictum die gemeyn Weteringe, in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Christiano, filio quondam Johannis Jacopss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum et dimidium stuferos ascendente, domino nostro duci annuatim exinde e iure solvendo, necnon onere conservandi quinque pedatas in aggere, dicto Kepkens Donck, ad dictam peciam terre e iure conservandi spectante, ut dicebat.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima marcii, quinta post Pasche.

R1270, fol. 288v
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Lamberti Roefss., pannicida, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, quinque hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Kessel,

ad locum dictum Boven die Zantvoirt, quam pactionem predictam dictus Johannes erga Gerardum, filium quondam Gregorii Ermboutss., emendo acquisierat; item hereditariam pactionem dimidii modii silignis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, pariter quatuor hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Macharen, quam pactionem predictam dictus Johannes erga Alardum, filium quondam Goeswini Alartss., emendo acquisierat; item hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, pariter quatuor hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berchen; item ex uno iugere terre, sito in dicta parochia, quam pactionem iamdictam dictus Johannes erga Wolterum, filium quondam Henrici Stegemans, emendo acquisierat; item hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Johannes, filius quondam Johannis Geriis, promiserat ut debitor principalis daturam et soluturam dicto Johanni hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex strepa terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, atque adhuc hereditariam pactionem dimidii modii mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dimidium iuger terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berchen, quam pactionem iamdictam dictus Johannes erga Henricum, filium quondam Johannis Strickss., emendo acquisierat, prout hec omnia in diversis litteris continentur, hereditarie supportavit Ermgardi, filie legitime primodicti Johannis, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 288v-289r
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Hubertus, filius quondam Nycolai dicti Wynen, promisit ut debitor principalis fratri Arnoldo de Balen, cellerario pro tempore conventus de Porta Celi, siti prope Buscoducis, ad locum dictum die Baseldonck, ad opus dicti conventus quod ipse dabet et solvet eidem conventui hereditariam censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro ex pecia terre paludialis, quinque hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, ad locum dictum den Opperenpoel, inter hereditatem Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyers, ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, tendente a quibusdam hereditatibus, dictis Mekelendonck, ad quasdam alias hereditates ibidem, dictas Langendonck, ut dicebat. Pomisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 288v
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Lamberti Roefss., quecumque sua bona mobilia et propria, haeflike gueden communiter vocata, ab eo ad prius habita quocumque locorum consistentia, sita ac reperiendia, ut dicebat, hereditarie supportavit Ermgardi, sue filie legitime, et effestucando, promittens super omnia ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum ultima marcii, quinta post Pasche.

R1270, fol. 289r
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Ghiselbertus, filius quondam Jordani Arntssoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Opten Hoernick, inter communitatem seu communem plateam undique adiacentem; insuper ex agro terre, unam modiatam terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem liberorum quondam Johannis Wouters ex uno et fine uno, et inter hereditatem Petri Engbertss. van Griensvenne ex alio, quam pactionem predictam dictus Ghiselbertus erga Egidium, filium quondam Petri Gieliss., emendo acquisierat; item adhuc hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Gestel predicta prope Herlaer, ad dictum loco Aen den Hoernick vocatum, inter communitatem ibidem circumquaque adiacentem; item ex duabus peciis terre arabilis dicti Egidii, sitis ultra communem plateam ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Wouterss., ex uno et uno fine et inter hereditatem Engberti de Griensvenne, ex alio, quam pactionem iamdictam dictus Ghiselbertus erga dictum Egidium emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Ermgardi, filie Johannis Lambertss., uxorique legitime Arnoldi, filii quondam Bartholomei van den Nuwenhuyse, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum dictorum Ermgardis et Arnoldi, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 289r-v
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Ghiselbertus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Petri Zeben, ab eodem quondam Petro et Katarina, sua uxore, filia quondam Henrici van den Broeck, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto. sitis in parochia de Gestel prope Herlair, inter hereditatem olim Gerardi dicti die Weert ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Frederixsoen ex alio; item ex duabus diurnatis terre, sitis in dicta parochia in loco dicto In den Gestelschen Bosch, inter hereditatem Gerardi de Aa, filii quondam Gerardi, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Smyt ex alio; item ex quadam campo terre, duo iugera vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum Ny Herlair, inter hereditatem Florencii de Aa et communes agros ex uno et inter aquam dictam die Dommel ex alio, quam pactionem predictam Godefridus dictus van den Broeck, filius quondam Henrici dicti van den Smedebroeck, erga Hubertum, Goeswinum et Henricum, fratres, liberos quondam Goeswini Steenwech, filii quondam Huberti Steenwech, dudum acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dicte Ermgardi ad opus sui et ad opus dictorum liberorum simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes Hynden et Paeuweter, datum ultima marcii, quinta post Pasche.

R1270, fol. 289v

31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes, filius Johannis dicti die Goedewerdt, ab eodem Johanne et quondam Geertrude, sua uxore, pariter genitus, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata que sibi per et post mortem dicte quondam Geertrudis, sue martris, iure successionis hereditarie advoluta sunt, ac per et post mortem dicti Johannis iure successionis hereditarie advoluta sunt, atque per et post mortem quondam Reyneri, sui avunculi, filii quondam Arnoldi die Goedeweert, advoluta sunt, necnon per mortem suorum fratris et sororum adhuc advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Henrici de Dommelen, sui sororii, simul cum toto iure et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 289v
1 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Henricus, filius Wolteri van den Hoevel, hereditarie vendidit Cornelio, filio quondam Henrici Loekemans, calcifici, hereditariam censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie prima aprilis de et ex domo, area et orto ac domo posteriori, dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ultra pontem Geerlaci in vico Hynthamensi, inter hereditatem presbiterorum et clericorum Domus Sancti Gregorii ibidem ex uno et inter hereditatem Mercelii de Kryekenbeeck ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem retro currentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci et hereditario censu novem librarum monete, Henrico Gheck annuatim prius exinde solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, prima aprilis, sexta post Pasche.

R1270, fol. 289v
1 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum quinquagintasex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 289v – 290r
2 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Beatrix, filia quondam Henrici van den Steen, cum tutore potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam Petri, sui fratris, filii dicti quondam Henrici van den Steen, ut dicebat, domum, aream, ortum ac agrum terre sibi invicem adiacentes, sitos infra

libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Theoderici dicti van den Camp ex alio, quos domum, aream, ortum et agrum terre predictos dictus Petrus, filius quondam Henrici van den Steen, erga Johannem, filium quondam Reyneri, filii quondam Laurencii de Lyt, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Theoderici Wernerszoen, simul cum dictis litteris, aliis, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri, sui fratris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum secunda aprilis, sabato post Pasche.

R1270, fol. 290r
2 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus Henricus promittens super omnia et habenda dicte Beatrici quinque et dimidiam libras monete necnon triginta octo et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ad primam diem mensis aprilis proxime futuram persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 290r
2 april 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Petri Peterss., ab eodem quondam Petro et quondam Margareta, sua uxore, pariter genitus, quecumque bona immobilia et hereditaria que sibi per et post mortem dicti quondam Petri, sui patris, et dicte quondam Margarete, sue matris, iure successionis hereditarie advoluta sunt, necnon que sibi per et post mortem quondam Petri, suis fratris, iure successionis hereditarie et advoluta sunt, atque que sibi per mortem Agnetis, uxoris ultimodicti Petri dudum vixerat, quovismodo advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro et Paulo, fratribus, liberis quondam Arnoldi Merceliss., simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 290r
2 april 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Paulus, filius Godefridi Stockelmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti Laureynss., hereditarie vendidit Willelmo, filio Thome de Broegel, tinctori, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Aerlebeeck, in loco dicto Op Bemmer, inter hereditatem Huberti, filii Arnoldi Goessenss., ex uno et inter hereditatem Johannis Ghysbrechtss., ex alio, tendentibus cum uno fine ad communem plateam; item ex duobus pratis sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, sitis ibidem inter hereditatem dicti Huberti ex uno et inter hereditatem Johannis Ghysbrechtss. predicti ex alio,

tendentibus a dicta communi platea ad domum et aream predictam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu trium florenorum Renensium ex premissis annuatim prius e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 290r-v
2 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Willelmi Pylyser, campum terre dictum der Nonnenweyde, de tribus campis eciam de Nonnenweyde vocatis, illum scilicet campum terre qui secundus est in ordine capientem ordinem ad partem orientalem et sic numerando versus occidens, situm in parochia de Druenen prope aggerem, dictum den Authuesdenschendyck, locasset recto locationis modo Theoderico, filio quondam Henrici van der Heyden, pro una medietate necnon Laurencio, filio quondam Ghiselberti Henricxss., et Danieli, filio quondam Henrici Ponsendael, pariter pro alia medietate, ab eisdem ad spacium quinque annorum festum beati Petri apostoli ad Cathedram eotunc ultimo preteritum sine medio sese subsequente habenda pro annuo censu decem et novem denarios, ryders communiter vocatos, XX^{ti} octo stuvers vel valorem in pecunia tempore solutionis ad bursam communiter currentem pro quolibet computando, dando et solvendo dicto Johanni a Theoderico van der Heyden pro duabus quartis partibus et a Laurencio et Daniele predictis, videlicet a quolibet eorum pro una quarta parte in festo beati Petri apostoli ad Cathedram repromisissentque iidem Theodericus, Laurentius et Daniel super omnia et habenda divisi, videlicet dictus Theodericus pro duabus quartis partibus et dicti Laurencius et Daniel quilibet eorum pro una quarta parte dicto Iohanni, dictum annuum censum decem et novem ryders anno quolibet dictorum annorum termino solutionis predicto, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam Johannis die Roever, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Judoce, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Willelmi Pylysers, dictum censum quo ad terminos cessos et insolutos necnon adhuc cedendos, legitime supportavit Gerardo van der Zantvoirt, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicte quondam Judoce, sue uxoris, necnon dicti quondam Johannis Pylysers et suum heredum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum secunda aprilis, sabato post Pasche.

R1270, fol. 290v
2 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Willelmi Pylysers, tres quartas partes cuiusdam campi dicti der Nonnenweyde, de tribus campis terre eciam der Nonnenweyde vocatis, videlicet illius campi qui est tercius in ordine capientem ordinem ad partem orientalem et sic numerando versus occidens, sitis in parochia de Druenen prope aggerem, dictum den Authuesdenschendyck, locasset recto locationis modo Arnoldo, filio Johannis die Beer, pro una quarta parte, Amelio, filio quondam Tielmanni die Bruyn, pro alia quarta parte et Laurencio, filio quondam Ghysberti Henricxss., pro tercia quarta parte, ab eisdem ad spacium quinque annorum festum beati Petri apostoli ad Cathedram eo tunc ultimo preteritum sine medio sequente habendi pro annuo censu quatuordecim denarios, ryders communiter vocatos, XX^{ti} octo stuvers vel valorem in pecunia tempore solutionis ad bursam communiter

currentem pro quolibet computando, necnon quarte partis unius consimilis denarii, ryder vocati, dandi et solvendi dicto Johanni Pylyser a dicto Arnoldo pro una quarta parte, Amelio pro una quarta parte et Laurencio pro una quarta parte, anno quolibet dictis annis durante in festo beati Petri apostoli ad Cathedram, repromisissentque dicti Arnoldus, Amelius et Laurencius super omnia et habenda divisi, videlicet quilibet eorum pro una tercia parte dicto Johanni dictum annuum censum quatuordecim ryders et quarte partis unius consimilis ryder anno quolibet dictorum annorum termino solutionis predicto, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus die Roever, tamquam maritus dicte Judoce, sue uxoris, dictum annuum censum quo ad terminos cessos et nondum solutos necnon adhuc cedendos, legitime supportavit dicto Gerardo simul cum dictis litteris et iure, promittens per totum ut iamsupra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 290v-291r
2 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Willelmi Pylysers, campum terre dictum der Nonnenweyde, de tribus campis etiam der Nonnenweyde vocatis, illum videlicet campum qui primus est in ordine capientem ordinem ad partem orientalem et sic numerando versus occidens, situm in parochia de Druenen prope aggerem, dictum den Authuesdenschendyck, locasset recto locationis modo Henrico, filio quondam Theoderici van der Heiden, pro una medietate et Amelio, filio quondam Tyelmanni die Bruyn, et Theoderico Henrcixss. pariter pro alia medietate ab eisdem Henrico, Amelio et Theoderico habendi ad spacium quinque annorum festum beati Petri apostoli ad Cathedram eo tunc ultimo preteritum sine medio sese subsequente pro annuo censu viginti denariorum, ryders communiter vocatorum, XX^{ti} octo stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis in Buscoducis communiter ad bursam currentem quolibet computando, dando et solvendo dicto Johanni ab Henrico, Amelio et Theoderico predictis, videlicet ab Henrico pro una medietate necnon Amelio et Theoderico pariter pro alia medietate in festo beati Petri apostoli ad Cathedram repromisissentque iidem Henricus, Amelius et Theodericus super omnia et habenda divisi, videlicet dictus Henricus pro duabus quartas partibus et dicti Amelius et Theodericus quilibet eorum pro una quarta parte se daturum et soluturum dicto Johanni dictum annuum censum viginti ryders anno quolibet dictorum annorum termino solutionis predicto prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus die Roever, tamquam maritus et tutor ut supra, dictum annuum censum quo ad terminos cessos et nondum solutos necnon adhuc cedendos, legitime supportavit dicto Gerardo simul cum dictis litteris et iure, promittens per totum ut supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 291r
4 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Theoderici Berkelmanss., necnon Theodericus et Wolterus, eius fratres, liberi dicti quondam Theoderici Berkelmans, atque Gerardus, filius quondam Henrici Bey, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie dicti quondam Theoderici Berkelmanss., terciam partem necnon quatuor quintas partes secundem tercie partis ad ipsos, ut dicebant, spectantes in quodam horreo ac eius fundo et pecia terre sibi adiacente, pariter sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancte

Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Ade Hessels ex uno et inter hereditatem Henrici et Katharine, eius sororum, liberorum quondam Henrici Witlocx, ex alio, tendentem a communi platea ad communem stegam ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit Hesselloni, filio Theoderici Wouterss., tamquam marito et tutori legitimo Katharine, sue uxoris, filie dicti quondam Theoderici Berkelmans, simul cum toto iure, sibi aut eorum alteri quovismodo competente in quibusdam litteris mentionem inde facientibus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Marie deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex premissis plus fore solvendum quam census fundi ad duos grossos antiquos ascendente domino duci, duo stuferi vicarie ecclesie Sancti Lamberti in Vucht predicti atque hereditaria pactione quinque lopinorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Vucht predicta, annuatim ex premissis e iure solvendi, ut dicebat, quod dictus Henricus pro una tercia parte et una quinta parte alterius tercie partis necnon Theodericus et Wolterus, fratres, et Gerardus Bey predicti, videlicet quilibet eorum pro una quinta parte eiusdem relique tercie parte hoc plus dum taxat prefato Hesseloni penitus deponent.
Testes Hynden et Bogart, datum quarta aprilis, secunda post Quasimodo.

R1270, fol. 291r
4 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Hessello promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dictis Henrico, Theoderico et Woltero et Gerardo ad spacium sex annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum duo sextaria siliginis mensure de Buscoducis Purificationis et per primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Cromvoirt tradenda et in ultimo termino dictorum annorum adhuc decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 291r-v
4 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Goeswinus van den Hezeacker, tamquam magister et rector Mense Sancti Spiritus et senioris scabinus pro tempore in Buscoducis, et eo nomine pro se et pro decano ecclesie collegiate Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Jacobi vuyter Oesterwyck et Mechteldis, sue uxoris, et eo nomine potentes ad hoc dedit Johanni de Baecx Janss. potestatem monendi quoscumque census, redditus, pactiones et credita quocumque Hospitalis Pauperum vicorum fundationis dictorum quondam Jacobi et Mechtildis coniugum, siti in in *(sic)* Buscoducis in oppositum pomerii antiquorum sigittariorum ibidem, et bona dicti Hospitalis regentia usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Kuyst et Bogart, datum quarta aprilis, secunda post Quasimodo.

R1270, fol. 291v
4 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Goeswini Heer, dedit Johanni de Geldrop ad opus sui et ad opus Johannis Comitis de Borchloen potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 291v
4 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, filius quondam Goeswini Heer, dedit michi ad opus Johannis Goyartss. alias dicti in Sint Joriis plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi quinque aureos florenos, Andriesgulden communiter vocatos, sibi restantes et cessos in festo beate Geertrudis Virginis ultimo preterito necnon quinque consimiles aureos florenos, Andriesgulden vocatos, sibi cedendos in festo beati Lamberti Martiris proxime futuro ex causa huiusmodi vitalis redditus decem consimilium aureum florenorum, quem ipse ad eius vitam ad et supra opidum de Buscoducis solvendum habent, atque adhuc medietatem quinque florenorum Renensium sibi restantem et cessam in festo Conversionis beati Pauli apostoli ultimo preterito ac medietatem quinque consimilium florenorum Renensium sibi cedendam in festo beati Jacobi apostoli proxime futuro ex causa seu occasione huiusmodi vitalis redditus decem consimilium florenorum Renensium, quem ipse et Mechtildis, eius soror, pariter ad eorum vitam ad et supra dictum opidum de Buscoducis annuatim solvendum habent et hec omnia iuxta continentiam litterarum dicti opidi desuper confectarum, ut dicebat, et cum denariis in dictis terminis pro parte sua cessis et adhuc cedendis, ut premittitur, et non ultra neque amplius faciendi et ordinandi que dictus Johannes Heer cum eisdem faceret et ordinaret seu facet et ordinare posset, si idem Johannes premississ presens et personaliter interesset presentibus vero absque aliqua revocatione duraturis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 291v-292r
4 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Petrus, filius quondam Theoderici de Kuyck, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Arnoldi Melissoen, hereditariam pactionem sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere tradendam ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri iuxta cymitherium ecclesie ibidem, inter idem cymitherium ibidem ex uno et inter quendam aggerem, dictum Leppers Dycxken, ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Henrici die Greve et quorundam aliorum ibidem; item ex domo, area et orto eiusdem venditoris, sita in dicta parochia iuxta tyeleam ibidem, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Wolteri die Wever ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Johannis dicti Sloetmekers; item adhuc ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum den Boven Acker, inter quendam communem stegam, dictam die Helle, ex uno et inter hereditatem Andree, filii Arnoldi Weyers, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Jacobi dicti Hoybroecx, ut dicebat, ab eodem promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem et sex ac dimidio stuferis ex predictis domo, area et orto, necnon hereditaria pactione unius modii et quinque sextariorum siliginis ac hereditario censu septem librarum monete ex ultimodicta domo, area et orto prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum quarta aprilis, tercia post Quasimodo.

R1270, fol. 292r
4 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere predictam pactionem perpetue cum vigintiseptem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon tribus blanccis et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen solvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 292r
4 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Katharina, filia naturalis quondam Mathei, filii quondam Pauli Janss., ab eodem et quondam Clemencia, filia cuiusdam Elisabeth dicte Ghyskens, pariter genita, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti dicti quondam Mathei, ut apparebat, promisit michi ad opus Johannis, filii quondam Willelmi dicti Geronixss., quod ipsa dabet et solvet eidem Johanni, hereditarium censum unius et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currentis pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie prima aprilis, ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres vasatas terre vel circiter pariter continente, olim dicti quondam Mathei, nunc vero dicte Katharine, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Wyck, inter hereditatem Adriani, filii dicti quondam Pauli Janss., ex uno et inter hereditatem Wellini Corstiaenss. ex alio, tendente a quodam campo, dicto den Wycksche Camp, ad communem plateam; item ex quodam campulo terre, tres vasatas terre vel circiter continente, dudum dicti quondam Mathei, nunc vero dicte Katharine, sito in dicta parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Leywech, inter hereditatem Nycolai Geritss. ex uno et inter hereditatem Willelmi Berntss. ex alio, tendente ab hereditate Roveri, filii quondam Theoderici Lambertss., ad hereditatem Wynandi dicti Poynenborchz, ut dicebat. Promisit insuper cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditaria pactione quinque vasorum siliginis, diversis personis prius annuatim ex premissis et iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 292r-292v
5 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Petrus, filius Theoderici de Roesmalen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Wolteri Neynsen, filii quondam Johannis Neynsen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis ex tercia parte cuiusdam pecie arabilis, unam modiatam terre vel circiter continente, site in parochia de Roesmalen, inter hereditatem Nycolai dicti Coel die Dorre ex uno et inter communitatem et communem plateam ibidem ex alio, atque ex tercia parte edificiorum in dicta tercia parte consistente; insuper ex tercia parte quorumcumque bonorum, que Godefrido Hullinc, filio quondam Arnoldi, per mortem dicti quondam Arnoldi, sui patris,

iure successionis hereditarie advoluta sunt, quam pactionem predictam Franco de Langel ad opus dicti Wolteri Neynsen erga Laurencium, filium quondam Johannis Goessens, doliatoris, acquisierat, et de qua pactione predicta dictus Petrus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Geertrudis, sue uxoris, duas tercias partes erga Arnoldum et Aleidem, eius sororum, liberos dicti quondam Wolteri Neynsen, dudum acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto van den Steen, filio quondam Henrici van den Steen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum quinta aprilis, tercia post Quasimodo.

R1270, fol. 292v
5 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hynden

Dictus Petrus, tamquam maritus et tutor ut supra, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter unam modiatam terre vel circiter continente, site in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Cattenbossche, inter hereditatem Ghiselberti de Wetten ex uno et inter communitatem ex alio, quam pactionem Franco de Langel ad opus Wolteri Neynsen, filii quondam Johannis Neynsen, erga Laurencium, filium quondam Johannis Goessens, doliatoris, acquisierat, et de qua pactione predicta dictus Petrus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Geertrudis, sue uxoris, duas tercias partes erga Arnoldum et Aleydem, eius sorores, liberos dicti quondam Wolteri Neynsen, acquisierat prout in diversis litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni van den Steen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, notanter obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 292v
5 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Aelbertus, filius legitimus quondam Johannis Willem Zeelmeckerss, annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum, overlens Rynsche gulden vocatorum, XX^{ti} stufers pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabancie vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendam anno quolibet ad vitam dictorum Aelberti et quondam Johannis, sui patris, mediatim Petri apostoli ad Cathedram et mediatim Assumptionis Marie, quam pensionem predictam dicti quondam Johannes Willem Zeelmekerss. et Aelbertus, eius filius, erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis plenius continetur, legitime supportavit domino Matheo de Doerne, presbitero, simul cum dictis litteris et iure et cum arrestadio unius termini cessi, videlicet Petri apostoli ultimo preterito, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam sui patris deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 292v-293r
6 april 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Gerardus Moll, filius quondam Gerardi Moll, particulam hereditatis, sumptam de communitate de Berlykem, sitam ultra pontem molendini aquatilis, dicti die Engelantsche Moelen, in parochia de Berlykem, inter aqueductum dictum die Weteringe ex uno et inter communitatem ex alio, tendente a communitate ad hereditatem secundodicti quondam Gerardi Moll, olim nunc vero Gerardi de Heessel, quam particulam hereditatis predicti dictus quondam Gerardus Moll erga vicinos de Berlykem emendo acquisierat, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus dicti Gerardi de Heessel, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et documentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Gerardi, sui patris ac suorum heredum deponere, excepto censu fundi domino duci annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum VI^{ta} aprilis, quarta post Quasimodo.

R1270, fol. 293r
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Petrus dictus Bossche, filius quondam Everardi dicti Bossche, hereditarie vendidit magistro Henrico Ghysels hereditarium censum sedecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Berlykem, ad locum dictum Aen den Veedyck, inter communem aqueductum ex uno et inter hereditatem domini abbatis de Berna ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Pauli, filii quondam Mathie de Gerwen; item ex campo quodam terre pascualis, quatuor iugera terre vel circiter continente eiusdem venditoris, sito ibidem inter communem viam ex alio *(sic)* et inter hereditatem olim Lamberti Bathenss. ex alio, tendente ab hereditate Gerardi Coppens ad communem aqueductum ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris antique pecunie conventui Sancte Clare, hereditario censu sedecim florenorum Renensium hereditatibus quondam magistri Ghiselberti Luey et hereditaria pactione unius modii siliginis domino Jacobi Wolffarts, presbitero, annuatim prius ex domo, area, orto et hereditatibus predictis, atque hereditaria paccione unius modii siliginis Willelmo de Hedel, annuatim ex dicto campo prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII^{a} aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 293r
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul una pariter vel vicissum videlicet mediatim et mediatim, videlicet integrum censum cum et mediante ducentis et quadraginta consimilibus florenis Renensibus monete pronunc, ut premittitur, valuate et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 293r

7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Adrianus, filius quondam Johannis Ponthenyers, quendam agrum terre arabilis, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, situm in parochia de Erpe, ad locum dictum Dyepbeecxeynde, inter hereditatem Henrici Laureynss. ex uno et inter hereditatem Johannis van Boert ex alio, de quo agro terre predicto dictus Adrianus totam partem et omne ius ad Johannem et Hermannum, fratres, liberos quondam Theoderici, filii quondam Johannis Everitss., Theodericum, filium quondam Johannis Ogensoen, maritum et tutorum legitimum Henrice, sue uxoris, et Mathiam, filium quondam Willelmi de Verlair, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filiarum quondam Johannis Ponthenyers, spectantem in agro predicto erga eosdem Johannem et Hermannum, fratres, Theodericum et Mathiam predictos dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Henrici de Boert, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta et dicto Adriano reservata sua hereditaria pactione unius modii siliginis, quam ex dicto agro terre annuatim solvenda habet iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 293r-v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Willelmi Colenss., ab eodem et quondam Aleyde, eius uxore, filia quondam Johannis, filii quondam Symonis Bacxs., et quondam Marie, sue uxoris, pariter genitus, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata que sibi per et post mortem dicti Johannis Symonis Bacxss., eius avi, et quondam Marie, eius avie predicte, iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Symoni, eius avunculo, filio dicti quondam Johanni, filii quondam Symonis Bacxss., simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 293v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Magister Willelmus de Busco hereditariam pactionem duorum et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Arnoldus van den Borne, filius quondam Arnoldi van den Borne, promiserat se daturum et soluturum Johanni Hoernken hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum ex domo, horreo, orto et terris, tam arabilibus quam paludialibus seu pascualibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Onlant, inter hereditatem Andree, filii quondam Christiani van den Hove, ex uno et inter communitatem alias undique adiacentem, simul et ex attinentiis predictarum hereditatum singulis et universis ibidem sitis; item ex pecia terre, partim arabilis et partim pratalis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem ultra quadam viam ibidem protensam inter eandem viam ex uno et inter hereditatem, dictam die Duvelsdonck, ad Andream predictum spectantem ex alio, quam pactionem predictam dictus magister

Willelmus erga Henricum Hoernken Arntss. acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Andree, filio quondam Christiani Hellinxss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 293v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Dictus Andreas promisit super omnia et habenda dicto magistro Willelmo viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 293v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Agnes, filia quondam Arnoldi van der Donck, relicta quondam Martini, filii quondam Christiani Hellix, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in tercia parte hereditarii census quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex duabus terciis partibus domus et orti, sitorum in parochia de Scynle, ad locum dictum Lutteleynde, inter hereditatem quondam Wolteri dicti Peelman ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti die Custer ex alio, quam integrum censum predictum Johannes dictus Barnyerssoen erga Johannem, filium quondam Henrici dicti die Custer de Scynle, acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Christiano, suo filio, ad opus sui et ad opus suorum fratrum et sororum, liberorum dictorum Agnetis et quondam Martini, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 293v-294r
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Christianus pro se ipso et dictis suis fratribus et sororibus, in presentia et de expressis consensu et voluntate Andree, filii dicti quondam Christiani Hellinx, eius avunculi, necnon Egidius, filius quondam Christiani Voegels, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi van den Donck, supradictum censum quadraginta solidorum monete, qui vero census dicte Agneti pro una tercia parte et dicto Egidio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Heilwigis, sue uxoris, pro duabus terciis partibus per et post mortem cuiusdam Jutte dicte van den Donck, eorum avie, iure successione hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Martino, filio quondam Henrici Theeuss. van Bakelaer, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda divisi, scilicet dictus Christianus pro una tercia parte et dictus Egidius pro duabus terciis partibus ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Heilwigis et dictorum fratrum et sororum dicti Christiani necnon ex parte dicti quondam Johannis Barnyers ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 294r
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Andreas, filius quondam Christiani Hellinx, hereditarie vendidit Mechtildi, filie quondam Arnoldi de Lairhoven, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie prima aprilis et in Buscoducis libere, absque omni onere precarie et aliarum exactionum tradendum de et ex quodam manso dicti venditoris, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Onlant, atque ex omnibus terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad viginti tres stuferos vel circiter ascendente, hereditaria pactione unius modii siliginis conventui de Porta Celi, hereditario censum sex librarum monete altari beate Marie Virginis in ecclesia de Eerschot, hereditaria paccione unius sextarii seminis raparum et una libra pagamenti pauperibus tronci vici Hynthamensis atque dimidia libra hereditarii census monete capitulo ecclesie collegiate Sancte Ode Rodensis, ex premissis prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 294r
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, dando videlicet in hiis denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alias pecunias nae advenande secundum modernam valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 294r-v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes de Ouden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Zeberti Back, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Vechel, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Danielis Fyenss., ex uno et inter communem plateam ex alio, quos domum, aream et ortum predictos Franco de Langel ad opus Henrice, filie Franconis de Langel, pro una medietate et ad opus et ad opus *(sic)* supradicte Johanne pro alia medietate unacum quadam pecia terre, dicta den Kesselacker, erga Johannem de Hedel, tamquam magistrum et rectorem Pauperum Maiorum Hospitalis, siti in Buscoducis, iuxta Portam Captivorum iuxta *(sic)* acquisierat et super qua medietate dictorum domus, aree et orti predicta ad dictam Henricam spectante, magister Petrus, filius quondam Johannis Rutgerss. de Os, nomine dicte quondam Henrice, sue uxoris, ad opus dicti Johannis de Ouden, hereditaria renunciaverunt, prout in diversis, hereditarie supportavit michi ad opus Elisabeth, filie quondam Roveri van den Eenquinckel, quo ad eius usufructum et ad eius vitam et ad opus

liberorum naturalium, ab ipsa Elisabeth et domino Johanne de Platea, presbitero, pariter genitorum, quo ad eorum ius hereditarium habendum et possidendum simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione domus, aree et orti predictorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Iohanne, sue uxoris, deponere, tali conditione annexa in casu quo aliquis dictorum liberorum sine prole seu prolibus legitima seu legitimis aut ante eius annos pubertatis decederet, quod tunc porcio sic decedente succedet et devolvetur ad alios superstites et in vita permanentes, absque dolo
Testes Hynden et Kuyst, datum VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 294v
7 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes de Ouden unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione komma weg quinque modiorum siliginis mensure de Vechel, quam pactionem iamdictam Rutgerus, filius quondam Aelberti Rutgerszoen, promiserat se daturam et soluturam Costino, filio quondam Willelmi dicti Cost, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Vechel tradendam de et ex domo, area et orto, sitis in parochia de Vechel, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Danielis Fyensoen, ex uno et inter communem plateam ex alio; item ex pecia terre, dicta den Kesselacker, sita in dicta parochia in loco dicto die Legeboert, et quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum dictus Johannes de Oude erga Johannem de Hedel, tamquam magistrum et rectorem Maiorum Hospitalis, siti in Buscoducis iuxta portam Captivorum, magistrum Arnoldum van den Cluyten ac Henricum Geritssoen alias dictum die Smyt, tamquam magistros Hospitalis virorum fundationis quondam Arnoldi Aven, siti in dicto opido in vico Orthensi in oppositum capelle Sancti Eligii, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Johanni de Platea, presbitero, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione dicti unius modii siliginis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibus annexis condicionibus quod dictus modius siliginis hereditarie pactionis stabit ad iura patrie et vicinorum, quod exponetur staen sal te scoet, te loet ende te lantrecht, similiter aliis bonis secularibus, atque quod dictus dominus Johannes et sui post ipsum successores, proprietarii dicti unius modii siliginis, eundem modium siliginis dumtaxat petent, monebunt et via iure prosequentur ad et supra domum, aream et ortum predictos et nullo nec aliquo tempore futuro supra dictam peciam terre, den Kesselacker vocatam, prout dictus dominus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni de Ouden repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 294v-295r
8 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Jheronimus, filius quondam Andree, filii quondam Thome dicti Templeer, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Henrici dicti Ansemss., pariter genitus, huiusmodi tria maldra necnon octo vasa siliginis hereditarium pactionum mensure Pelandie, quas pactiones dictus quondam Thomas Templeer in sua vita annuatim et hereditarie solvendos habebat de et ex diversis hereditatibus et contrapignoribus, in parochia de Aerle situatis, iuxta continentiam diversarum litterarum desuper confectarum, et que pactiones predicte dicto Jheronimo per et post mortem dicti quondam Thome, eus avi, iure successionis hereditarie advolute sunt; insuper totam partem et omne ius ad ipsum spectantem in quodam prato, sito in parochia de Helmont, iuxta conventum de Bynderen ibidem, de quo quidem

prato dictus quondam Andreas unam medietatem acquisierat et reliqua medietatas eidem Andree per et post mortem quondam sue avie iure successione hereditarie advoluta est, necnon quecumque huiusmodi bona immobilia et hereditaria, que sibi per et post mortem suorum consanguineorum quovismodo adhuc iure successionis hereditarie advolvenda sunt, quinque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, legitime supportavit dicte Elisabeth, sue matri, ab eadem Elisabeth quamdiu in humanis vixerit habendum et possidendum, simul cum toto iure, sibi quovismodo competente ac competituro in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa condicione quod premissa statim post mortem dicte Elisabeth, sue matris, et non prius ad veros et proximiores heredes dicti Jheronimi iure hereditario succedent et devolventur, salva tamen et dicto Jheronimo reservata quamdiu in humanis vixerit plenaria potestate premissa in toto vel in parte vendendi, alienandi seu obligandi tociens quociens sibi placuerit, supportatione et conditione pretactis non obstantibus.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 295r
deze akte is onvolledig

Notum[24] sit universis quod cum frater Henricus de Brede domum, aream et ortum ac peciam terre sibi coadiacentem, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, sitas in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Berghe, inter hereditatem heredum quondam Petri Witmery ex uno et inter hereditatem Willelmi Tuylkens ex alio; insuper peciam terre dictam Baudenslant, octo lopinatas terre vel circiter continente, sitam in dicta parochia in loco dicto dat Geffensche Velt, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Willelmi de Geffen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Bernardi de Hees et eius sororum ex alio, ad opus presbiterorum et clericorum domus Sancti Gregorii, site in Buscoducis ultra pontem Geerlaci iuxta vicum Hynthamensis ibidem, erga Henricum Bredebaert per iudicem mediante sentencia scabinorum in Buscoducis emendo acquisuisset et deinde dominus Johannes de Brede, pater, et dictus frater Henricus, procurator dicte Domus, octo lopinatas.

R1270, fol. 295r-296r
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Willemus Tap, filius quondam Udonis Tap, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete junioris, sue uxoris, filie quondam Gregorii Arntss., usufructum ius vitalis possessionis ac totum ius hereditarium sibi et dicte Margarete, sue uxori, ut dicebat, competentes in medietate domus, aree et orti ac pecie terre sibi adiacente, pariter undecim lopinatas terre vel circiter continente, sitorum in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem heredum quondam Johannis Andriessoen ex uno et inter hereditatem Henrici van Deventer ex alio; item in medietate duorum iugerum terre paludialis, sitorum ibidem, inter hereditatem heredum dicti quondam Johannis ex uno et inter hereditatem Willelmi de Gerwen ex alio; item in medietate decem lopinatarum terre vel circiter, sitarum ibidem, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter quatuordecim lopinatas terre hic infrascriptas ex alio; item in medietate iam dictarum quatuordecim lopinatarum terre vel circiter, sitarum ibidem, inter hereditatem heredum quondam magistri Martini de Rode ex uno et inter dictas decem lopinatas terre ex alio; item adhuc in medietate

[24] *in de marge:* vacat.

decem lopinatarum terre vel circiter, sitarum ibidem, inter hereditatem heredum dicti quondam Johannis ex uno et inter hereditatem Willelmi de Gerwen predicti ex alio; item in medietate trium lopinatarum terre vel circiter, sitarum ibidem, inter hereditatem Henrici Voet ex utroque latere; item in medietate unius lopinate terre vel circiter, site ibidem, inter hereditatem heredum quondam Lamberti Ghysbrechts ex uno et inter stegam dictam die Sandwycksche Stege infrascripta ex alio; item in medietate eiusdem stege cum lignicrescentibus desuper stante, quos integros domum, aream, ortum cum pecia terre sibi adiacente, duo iugera terre, decem lopinatas terre, quatuordecim lopinatas terre, decem lopinatas terre, tres lopinatas terre, unam lopinatam terre predictos atque duas partes, dicte stege, cum lignicrescentibus desuper stante Johannes, filius quondam Nycolai Janss., erga Matheum, filium quondam Johannis Matheeuss., emendo et terciam partem eiusdem stege idem Johannes erga Willelmum, filium quondam Willelmi van den Poel, acquiserat; insuper adhuc in medietate cuiusdam domistadii terre a quo domus inibi prius consistente pronunc est abstracta et orti, sitorum in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, Opt Sant prope Johannem Thoniis cum uno latere et Gerardum Balyart cum alio latere, quos domum ibidem prius consistentem et ortum predictos dictus Johannes, filius quondam Nycolai Janss., pellifex, erga Coenrardum, filium quondam Johannis de Maren, tamquam maritum et tutorem legitimum Aleide, sue uxoris, et Petrum die Bruyn, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filiarum quondam Florencii, filii naturalis quondam Florencii van der Aa, acquisierat; insuper adhuc in medietate pecie terre arabilis, decem vasatas terre vel circiter continente, site in dicta parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hezervelt, inter hereditatem Henrici Voet et heredum quondam Rutgeri Herbertssoen ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Nycolai Janss., et dicti Henrici Voet ex alio; insuper adhuc in medietate unius maldrate terre vel circiter, site in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem heredum quondam magistri Martini de Rode ex uno et inter hereditatem dicti Johannis, filii quondam Nycolai Janss., ex alio et fine uno, quas integras peciam terre arabilis et unam maldratam terre iamdictas dictus Johannes, filius quondam Nycolai Janss., pellifex, erga Willelmum, filium quondam Willelmi van den Poel, emendo acquisierat, prout hec omnia in diversis litteris continentur in illa scilicet medietatem premissorum, quam Mechteldis, filia dicti quondam Gregorii Arntssoen, relictaque legitima dicti quondam Johannis, filii quondam Nycolai Janss., pellificis, supradicte Margarete juniori in suo testamento legaverat, ut dicebat, et qui domus, area, ortus cum pecia terre sibi adiacente, duo iugera terre, decem lopinate terre, quatuordecim lopinate terre, decem lopinate terre, tres lopinate terre, una lopinata terre, stega cum lignicrescente desuper consistente, domistadium terre ortus, pecia terre arabilis, decem vasatarum terre et maldrata terre predicti,depost unius mansus fore dinoscebantur et dictus Johannes, filius quondam Nycolai Janss., et dicta Mechteldis, eius uxor legitima, filia quondam Gregorii Arntss., premissa pro manso possidere consueverant et adhuc unius mansus esse dinoscuntur atque eadem dicto Willelmo Tap, filio quondam Udonis Tap, tamquam marito et tutori legitimo dicte Margarete juniori, sue uxori, filie dicti quondam Gregorii Arntss. et Margarete seniori, filie eiusdem quondam Gregorii Arntss., quo ad eorum usufructum necnon liberis dictorum Willelmi Tap et Margarete junioris, sue uxoris, ab eisdem Willelmo et Margareta juniore, pariter genitis et generandis, iuxta tenorem testamenti per dictam quondam Mechteldem conditi et ordinati mediante quadam divisione hereditaria in ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita unacum certis aliis bonis in partem cesserant, prout in litteris divisionum et quem usufructum predictum ac totum ius hereditarium dicte Margarete seniori competentem in medietate premissorum seu mansi predicti ac suarum attinentiis et quorundam aliorum bonorum Udo, filius quondam Willelmi Tap, et Nycolaus, filius quondam Gerardi Borkens, maritus et tutor legitimus Aleydis, sue uxoris, filie dictorum Willelmi Tap et Margarete junioris, ad opus eorum et ad opus Petri, Gregorii, Geertrudis, Eeffe et Willelme, liberorum eorundem Willelmi Tap et Margarete junioris, pro quadam vitali

pensione septem florenorum Renensium erga eandem Margaretam seniorem acquisierant, prout in aliis litteris, legitime et hereditarie supportavit dictis Udoni , Petro, Gregorio, fratribus, ac Geertrudi et Eeffe, eorum sororibus, liberis dictorum Willelmi Tap et Margarete junioris, necnon dicto Nycolao Borkens, tamquam marito et tutori legitimo dicte Aleidis, sue uxoris, ad opus eorum et ad opus Willelme, filie eorundem Willelmi et Margarete junioris, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete junioris, sue uxoris, in medietate premissorum deponere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 296r-v
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Udo, Petrus et Gregorius, fratres, necnon Geertrudis et Eeffa, eorum sorores, atque Nycolaus Borkens, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleydis, sue uxoris, cum tutore, pro se ipsis et pro dicta Willelma adhuc impubere, premissa integra omnia et singula que pronunc mansus, ut premittitur, esse dinoscitur cum suis iuribus et attinentiis predictis, legitime supportaverunt Danieli de Vlierden, filio quondam Danielis de Vlyerden, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Aleide et Willelme, necnon ex parte dictorum Johannis, filii quondam Nycolai Janss. et quondam Mechtildis, eius uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper cum tutore indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis dicto Danieli, ut premittitur, supportatis plus fore solvendum quam census fundi ad tres grossos antiquos ascendentes domino duci, hereditarius census trigintasex solidorum monete cCnfraternitati beate Marie Virginis in Buscoducis, hereditarius census quatuor consimilium solidorum et novem denariorum, dictorum aude zwarten vicarie ecclesie de Roesmalen, hereditarius census unius libre eiusdem monete et hereditaria pactio unius modii siliginis et duo pulli censuales, dicti smaelhoenre, heredibus quondam Johannis de Driel, hereditaria pactio unius modii siliginis Matheo, filio quondam Johannis Matheeuss., hereditaria pactio unius modii siliginis Mathie Brugmans atque hereditaria pactio quinque sextariorum et tercie partis unius sextarii siliginis Ermgardi Coppens, annuatim ex premissis e iure solvendis, aut si imposterum inventum fuerit ad premissa plus fore conservandi quam aggeres, dictos zegedycken, sluysis, fossata et aqueductus infra terram situatis si qui fuerint et circumspectiones sepium ad premissa spectantes, quod hoc plus dicti Udo, Petrus, Gregorius, Geertrudis, Eeffa et Nycolaus prefato Danieli penitus deponent ac conservabunt necnon deponere et conservare tenebuntur absque dampnis eiusdem Danielis, atque in casu quo dicto Danieli premissa in toto vel in parte imposterum iuridice evinceretur, quod extunc huiusmodi evictione sic facta dicti Udo, Petrus, Gregorius, Geertrudis, Eeffa et Nycolaus eidem Danieli adstatim de illo evicto, realiter solvent et refundent ac solvere et refundere tenebuntur, secundum communem cursum et formam emptionem, vulgariter dicentem nae gemeynen erflant coep, unacum expensis litteris per eundem Danielem ea occasione habitis et perpessis, omni dolo in hiis secluso.
Testes Hezeacker et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 296v
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Udo, filius Willelmi Tap, et Nycolaus, filius quondam Gerardi Borkens, promisissent ut debitores principales se daturum et soluturum Margarete, seniori filie quondam Gregorii Arntssoen, annuam et vitalem pensionem septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers per archiducem Philippum pronunc monetatos vel valorem eorundem pro quolibet computando, anno quolibet Purificationis vita dicte Margarete, senioris, et non ultra durante ex medietate cuiusdam mansi, olim Johannis, filii quondam Nycolai Janss., pellificis, et Mechtildis, sue uxoris, filie dicti quondam Gregorii, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, iuxta hereditatem seu mansum Henrici van Deventer atque ex medietate attinentium dicti mansi singularum et universarum quocumque locorum consistentium ac reperiendium; insuper ex medietate campi terre, quatuor iugera minus duobus hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Kessel, ad locum dictum d'Lanckpoel, atque ex certis aliis contrapigneribus, pridem datis ad vitalem pensionem dictis Udoni et Nycolao ad opus eorum et ad opus Petri, Gregorii, Geertrude, Eeffe et Willelme, liberorum dicti Willelmi Tap, pro dicta pensione et quibusdam antiquis oneribus exinde solvendis, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Udo et Nycolaus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Willelmo Tap necnon dictum Petro, Gregorio, Geertrudi et Eeffe, suis liberis, ad opus eorum et dicte Willelme quod ipsi Udo et Nycolaus dictam pensionem semper dabunt et persolvent ac dare et persolvere tenebuntur sic et taliter quod dictis Willelmo, Petro, Gregorio, Geertrudi, Eeffe et Willelme ad et supra se et bon sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 296v
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Supradictus Daniel de Vlierden promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Willelmo Tap pro una medietate atque Udoni et Nycolao predictis pro reliqua medietate ad spacium trium annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum quinque modios siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradituros et sic deinceps dicto annorum spacio durante.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 296v
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dictus Daniel promisit super omnia et habenda dictis Udoni, Petro et Gregorio, fratribus, Geertrudi et Eeffe, eorum sororibus, et Nicolao, eorum sororio, ad opus eorum et ad opus dicte Willelme, impuberis, ducentos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Pasche proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 296v-297r
8 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Want alsoe gesciet is ut in contractu immediate precedente, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Daniel ende heeft by consent der voirs. kynderen oepelic bekent ende als sculder principael Willemen Tap voirs. geloeft dat hy die voirs. twehondert peters naedien die verschenen zullen wesen, nyet vuytreycken en sal, tenzy by consent Willems voirs. oft dat hy Daniel dieselven penningen bynnen der stad van Den Bosch in staide van wissel, als aldair in dien gewoentlic is, van hem stellen sall tot behoeff der voirs. kynderen oft tgeens dair toe gerecht wesende, sonder die denselven kynderen te tellen oft te reycken. Dien gesciet wesende syn voirts gestaen voir die selve scepenen hieronder gescreven die voirs. Udo, Peter, Goriis, Geertruyt ende Eefken ende Claes voirs., in den name van hen ende der voirs. Willemken, ende hebben opte verbyntenisse van hoeren gueden den voirs. Willemen Tap geloeft dat zy die voirs. penningen van Danielen voirs. oft van dengenen dair onder, die in staide van wissel gestelt weren, nyet en sullen heysschen, trecken noch ontfangen, noch halen, noch doen halen, noch hen diere eenichsins onderweynden, tenzy datse die ierst beleet weten ende terstont beleggen in ende op goede onderpanden bynnen deser stat oft hare meyeryen gelegen ende dat in erfrenten, chynsen oft pachten, in de welke alsoe beleeghde renten, chynsen oft pachten die voirs. Willem hebben sal als in de helfte zyn tochte zoe lange Margriet, die alde dochter wylen Gorys Arntss., leeft ende indien hy Willem dieselve Margriet overleefden, soe sal hy zyn leven geduerende nae der doot derselver Margrieten, die geheel beleegde renten, chynsen oft pachten int geheel boeren ende nyet langer, mede consenterende die voirs. Udo, Peter, Gorys, Geertruyt, Eefken ende Claes den voirs. Willemen oft alsoe geboirden dat die belegginge als voirs. is, alsoe nyet en gesciede ende dat bynnen enen halven jair nae den voirs. termyne voirs., dat in dien gevalle hy, Willem, tselver halve jair geleden zynde van diere tyt, te wetene teynden den jair dairnaest volgende ende voirtane van jair tot jaer, tot dan die penningen voirs. als voirs. beleegt sullen wesen, sal moigen trecken ende halen van denselven penningen die werde van vyff malder roggen Bosscher maten, sonder yemants becroenen ende alle argelist.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 297v
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Everardus van den Water, senior natus opidanus, canonicus ecclesie Sancti Johannes Evangeliste in Buscoducis, Goeswinus van den Hezeacker, senior scabinus et rector pro tempore Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, et eo nomine, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Ade de Myerde, presbiter, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis eiusdem mensure, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, orto et maldrata terre ipsis adiacente, sitis in iurisdictione de Gemart; item ex bonario prati, sito ibidem in loco dicto die Dyeldonck; item ex hereditaria pactione viginti unius lopinorum siliginis, quam pactionem duorum modiorum siliginis predictam Willelmus Posteel erga dictum Ancelmum de Gemart, presbiterum, Johannem, Henricum et Gerardum, fratres, dicti domini Ancelmi emendo acquisierat, et que pactio duorum modiorum siliginis iamdictam Henrico dicto Back, filio quondam Willelmi Posteel, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes facta cesserat in partem, prout in litteris divisionum et quam pactionem unius modii siliginis predictam Henricus Back alias Posteel, filius quondam Willelmi Posteel, opidanus opidi de Buscoducis, Hospitali Mulierum, per dictum quondam dominum Adam de Myerde, presbiteri, fundato, sito in Buscoducis ad vicum dictum den Papenhuls, in suo testamento legaverat et reliquerat, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, et quam pactionem unius modii siliginis iamdictam Godefridus van den

Wolfput olim solvere tenebatur et pronunc Johannes dictus die Bercker solvere tenebatur dicto Hospitali ex premissis, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni, comitis de Borchloen, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad dictam eorum executionem spectantem ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Hospitalis deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 297v
8 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes, comitis, dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie supportavit michi ad opus dicti Hospitalis Mulierum simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 297v
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dicti executores nomine quo supra medietatem hereditarii census quatuor librarum et decem solidorum monete, quem censum quatuor librarum et decem solidorum Henricus dictus Groveken, filius quondam Johannis die Grove, promiserat se daturum et soluturum Johanni dicto Groot de Herlair et Petro dicto Stempel van den Hoevel anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex medietate agri terre, siti in parochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Hezelair, inter hereditatem Henrici de Uden ex uno et inter hereditatem Theoderici die Grove ex alio, quam medietatem agri terre predictum dictus Henricus Groveken erga Johannem die Groet et Petrum Stempel predictos pro dicto censu et quibusdam aliis oneribus ad censum acquisierat, prout in litteris, et quam medietatem census predicti dictus Johannes die Groet in suo testamento Hospitali Mulierum per dictum quondam dominum Adam de Myerde, presbiterum, fundato, sito in Buscoducis ad vicum dictum den Papenhuls, legaverat et reliquerat, ut dicebat, et quam medietatem census predicti olim Ghiselbertus, filius quondam Waltgeri Sgreven, depost Johannes Voskens solvere tenebantur et pronunc Willelmus Voskens, eius filius, solvere tenebitur de et ex medietate agri terre predicti, que quidem medietates nunc una pecia terre arabilis esse dinoscitur et dicta est den Cleynen Stempel, atque sita est ibidem inter hereditatem domicelle Sophie, relicte quondam Jacobi Ghysels, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Hermanni de Langel ex alio, tendens ab hereditate dicti Willelmi Voskens ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie supportaverunt dicto Johanni, comitis, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittentes per totum ut supra.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 297v
8 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes, comitis, dictam medietatem census predicti hereditarie supportavit michi ad opus dicti Hospitalis Mulierum simul cum dictis litteris, aliis et instrumento et iure, promittens ut supra.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 297v-298r
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictis executores hereditarium censum trium librarum monete, quem censum Daniel Geritss. die Droechscerder solvere tenebitur anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, sua area et orto, sitis in Buscoducis in vico Tinctorum, inter hereditatem Johannis Danielssoen ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam die Droechscerder, ex alio, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni, comitis de Borchloen, simul cum toto iure dicto Hospitali quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes per totum ut supra.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 298r
8 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes, comitis, dictum censum trium librarum hereditarie supportavit michi ad opus dicti Hospitalis simul cum dictis litteris et instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum VIII[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1270, fol. 298r
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Willelmus, filius quondam Gerardi dicti Sgraetss. alias van Middegael, campum terre paludialis, situm in parochia de Vechel, ad locum dictum Aen de Groetdonck, inter hereditatem Hospitalis Mulierum, fundationis quondam domini Ade de Myerde, et Egidii Claessoen ex uno, tendente cum fine utroque ad communitatem de Vechel, hereditarie vendidit Johanni, comitis de Borchloen, ad opus dicti Hospitalis Mulierum, siti in Buscoducis ad vicum dictum den Papenhuls, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Vladeracken et Hynden datum, VII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1270, fol. 298r
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Magister Rutgerus de Erpe, filius quondam Rutgeri de Erpe, super dicto campo terre atque super toto iure ad opus dicti Hospitalis Mulierum hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 298r
7 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Supradicti executores medietatem duorum bonariorum prati, sitorum in parochia de Berlykem, ad locum dictum Int Lengsbroeck, inter hereditatem Henrici dicti Bloemart ex uno latere et inter hereditatem Petri, filii quondam Petri Engelberen, ex alio latere, que medietas predicta annuatim dividitur, quod exponetur rydt, erga reliquam medietatem dictorum duorum bonariorum prati spectantem ad Henricum de Beeck, filium Arnoldi de Beke, et quam medietatem eorundem duorum bonariorum prati dominus Adam de Myerde, presbiter, erga Petrum et Judocum, fratres, liberos quondam Johannis dicti Engelberen, emendo acquisierat, prout in litteris scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius continetur, legitime et hereditarie supportaverunt Johanni, comitis, ad opus Petri dicti Reynerszoen simul cum dictis litteris et cum toto iure dicto Hospitali in dictis litteris et contentis in eisdem quovismodo competente et effestucando, resignaverunt modo in talibus consueto, promittentes sub obligatione omni bonorum ad dictam eorum executionem spectantem ratam servare ac omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam domini Ade de Myerde et suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 298v
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Victor van der Moelen promisit super omnia et habenda Theoderico dicto Colen die Bever septuaginta novem Rijnsgulden, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et sedecim consimiles stuvers infra hinc et Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Kuyst, datum IX^{a} aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1270, fol. 298v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Maria, relicta quondam Jordani, filii quondam Egidii Arntssoen, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus terciis partibus domus, aree et orti, sitorum in parochia de Vucht Sancti Lamberti, supra Aggerem Vuchtensem, inter hereditatem opidi de Buscoducis ex utroque latere, quos integros domum, aream et ortum predictos dictus Jordanus, filius quondam Egidii Arntss., erga Gerardum, filium Rodolphi, filii quondam Sanderi Oedensoen, acquisierat prout in litteris, in illis scilicet duabus terciis partibus premissorum que Egidio et Arnoldo, fratrum, liberorum Marie et quondam Jordani predictorum, per et post mortem dicti quondam Jordani, eorum patris, iure successionis hereditarie advolute sunt atque eisdem per et post mortem dicte Marie, eorum matris, iure successione hereditarie adhuc advolvende sunt, ut dicebat, legitime supportavit eisdem Egidio et Arnoldo, suis liberis, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

R1270, fol. 298v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Egidius et Arnoldus, fratres, dictas duas tercias partes premissorum hereditarie supportaverunt Henrico, filio quondam Jacobi Henricxss, tamquam marito et tutori legitimo

Hillegondis, sue uxoris, filie Marie et quondam Jordani predictorum, simul cum dictis litteris, aliis et iure.

R1270, fol. 298v
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius Rodolphi, filii quondam Sanderi Oedensoen, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, supra Aggerem Vuchtensem, inter hereditatem opidi de Buscoducis, hereditarie supportasset Jordano, filio quondam Egidii Arntszoen, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Maria, relicta quondam Jordani, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quadam alia domo, area et orto, depost in hereditate predicta constructa et pronunc consistente ac supportata de premissis necnon pronunc inter hereditatem reliquam dicte Marie et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Adriane, relicte quondam Johannis die Brouwer, et eius liberorum ex alio, tendente a via lapidea retrorsum ad fossatum, dictum den Maygrave, quiquidem domus, area et ortus ultimodicti ante et retro habebant habebunt anden latitudinem *(?)*, ut dicebat, legitime supportavit Egidio et Arnoldo, fratribus, liberis Marie et quondam Jordani predictorum, necnon Henrico, filio quondam Jacobi Henricxss, marito et tutori legitimo Hillegondis, sue uxoris, filie eorundem Marie et quondam Jordani, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione domus, aree et orti ultimodictorum, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum IX[a] aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1270, fol. 298v-299r
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Egidius et Arnoldus, fratres, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in eisdem domo, area et orto ultimodictis hereditarie supportaverunt dicto Henrico, tamquam marito et tutori legitimo dicte Hillegondis, sue uxoris, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex domo, area et orto ultimodictis dicto Henricio, ut premittitur, supportatis plus fore solvendum quam medietas vigintiquinque et dimidius stuferi, quod dicti supportantes, videlicet Egidius et Arnoldus, hoc plus videlicet quivis eorum pro una tercia parte prefato Henrico penitus deponent ac portabunt necnon deponere et portare tenebuntur. Quo facto idem Henricus repromisit super omnia et habenda qoud ipse eandem medietatem dictorum vigintiquinque et dimidii stuferorum exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Marie, Egidio et Arnoldo ac reliquis duabus domibus, areis et ortis eorundem ibidem contigue adiacentibus predictis dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 299r
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus promisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Arnoldo hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum ex domo, area et orto ultimodictis sibi, ut premittitur, supportatis absque promissione ulteriori.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 299r
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante duodecim florenis Renensibus, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon cum sex stuferis consimilibus ac novem placcis Busciducensibus et cum censu anni redemptione et arrestadiis, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 299r-v
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Arnoldus, filius quondam Andree Berntss., duas cameras sub uno tecto sibi mutuo contigue coadiacentes cum eorum fundis, olim dicti quondam Andree, nunc vero dicti Arnoldi, sitas in Buscoducis retro seu circiter finem cuiusdam parvi viculi, dicti Dries Berntsstraetken, protensi ibidem a vico dicto die Corte Colperstraet usque quandam vacuam hereditatem seu plaetsam dicti Arnoldi consistentem ante dictas cameras et reliquas duas cameras eiusdem Arnoldi ibidem primodictis cameris contigue coadiacentes, inter hereditatem Johannis de Weert, carpentarii, et Judoci Reynerssoen, sartoris, ex uno et inter dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi ac hereditatem Katharine, filie quondam Wolteri Sbyen, ex alio, tendentes a vacua hereditate seu plaetsa predicta ad hereditatem Theoderici dicti Geritssoen, pistoris, Arnoldi Heys et Willelmi, filii quondam Willelmi de Gerwen, in ea quarte et dispositione qua primodicte due camere ibidem edificate pronunc consistunt et sunt situate simul cum medietate muri intersticialis, consistentis inter primodictas duas cameras et dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi, atque cum iure utendi quadam cloaca seu latrina consistente ibidem ad finem primodictarum duarum camerarum versus vicum, dictum die Ridderstraet, ante contigue ad et iuxta dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi, simul etiam cum iure utendi dicta plaetsa seu vacua hereditate atque viculo predicto et omnibus hiis omnino similiter dicto Arnoldo, eisdem reliquis suis duabus cameris et possessoribus seu proprietariis pro tempore earundem, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Theoderico Geritssoen, pistori, et Willelmo de Gerwen Willemss. predicto ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu novem florenorum Renensium, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, magistro Johanni de Helmont pronunc ex premissis et quibusdam aliis hereditatibus annuatim et iure solvendis, ut dicebat, quem censum novem florenorum Renensium iamdictum dicti emptores ex dictis duabus cameris eis, ut premittitur, venditis elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro extunc deinceps dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebutur sic et taliter quod dicto venditori ad et supra se dictas reliquas duas cameras suas ac bona sua reliqua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout

dicti emptores hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda indivisi dicto venditori repromiserunt. Recognoverunt insuper dictus venditor ex una et dicti emptores ex altera partibus necnon sub obligationibus premissis sibi mutuo promiserunt quod ipsi et sui post ipsos successores proprietarii primodictarum duarum camerarum hic, ut premittitur, venditarum ac reliquarum duarum camerarum predictarum pro tempore existentes expensas imposterum fiendas, tam in mundatione seu purgacione necnon reparatione dicte cloace seu latrine et etiam supradicti muri intersticialis, equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet dictus venditor et sui post ipsum successores proprietarii dictarum reliquarum suarum camerarum pro una medietate atque dicti emptores et sui post ipsos successores proprietarii predictarum duarum camerarum pro reliqua medietate atque quod dicti emptores aquas pluviales de primodictis suis cameris et dictus venditor aquas pluviales de dictis reliquas cameris suis stillantes et descendentes ducent et ducere poterint si velint sic quod habebant liberum cursum per et trans viculum predictum et dictam vacuam hereditatem usque ad communem vicum predictum, die Colperstraet vocatum, ymmo tamen easdem aquas sic et taliter ducere tenebuntur quod eorum alteri ad et supra se et dictas suas cameras seu hereditates predictas dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Hynden et Kuyst, datum IX[a] aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1270, fol. 299v-300r
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Arnoldus, filius quondam Andree Berntss., hereditarie vendidisset Victori van der Moelen de Herentals hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX[ti] stufers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureum florenorum Renensem, dictum den enckelen gouden Rijnsgulden, pro XX[ti] septem stuferis, aureum florenorum cum cruce Sancti Andree, pro XX[ti] octo stuferis, denarium dictum dat dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferis et alios denarios quoscumque nae advenande secundum illam valuationem, solvendum hereditarie Egidii Abbatis ex quatuor cameris et earum fundis sibi mutuo coadiacentibus, sitis in Buscoducis in quodam parvo viculo, tendente a vico dicto Colperstraet, inter hereditatem magistri Arnoldi de Weilhusen ex uno et inter hereditatem olim Petri van den Heyden ex alio; insuper ex quodam prato, dicto den Ballinck Buenre, duodecim bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Rode Sancte Ode, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere posset perpetue cum centum et vigintisex consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus, venditor, dictam potestatem redimendi censum predictum hereditarie supportavit dictis Theoderico et Willelmo simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 300r
9 april 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Dictis Theodericus et Willelmus, emptores, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Arnoldo triginta novem florenorum Renensum, XX[ti] stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 300r
11 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Gerardi Arntssoen, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Danielis dicti Abensoen, hereditariam censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis proxime futuro de et ex duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Voir dat Waelbeempt, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Nycolai Arntss., ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Nycolai Symonss., ex alio, tendente a fossato dicto den Hoygrave ad quedam prata, dicta Huysmans Beempt, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XI^{a} aprilis, secundam post Misericordia.

R1270, fol. 300r
11 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum viginti florenos Renenses, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 300r-v
12 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Mathias van der Hoeven promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Arnoldo dicto Roever et Henrico, fratribus, liberis quondam Johannis dicti die Smyt de Thuystheze, hereditariam pactionem trium et dimidii modiorum siliginis mensure de Vechel, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Vechel trahituram de et ex omnibus hereditatibus dictis Arnoldo Roever et Henrico, fratribus, de morte quondam Johannis die Smyt et Marie, sue uxoris, parentum eorundem fratrum, iure successione hereditarie advolutis, quocumque locorum infra parochias de Uden et de Vechel situatis, datum ad hereditarium pactum die Mathie ab Arnoldo Roever et Henrico predictis pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, cumque Theodericus Multor de Vechel adhuc promisisset se daturum et soluturum dictis Arnoldo Roever et Henrico, fratribus, liberis dicti quondam Johannis Smyt de Tuystheze, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Vechel, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Vechel trahituram de et ex pecia terre, dicta den Dycacker, sita in parochia de Uden, ad locum dictum Tuystheze, inter hereditatem dictam ~~Eenssel~~ Eeusel liberorum, dictorum Deenen kynderen, ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis dicti Rodehanne, ex alio, data ad hereditarium pactum dicto Theoderico ab Arnoldo Roever et Henrico, fratribus predictis, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in diversis litteris, et cum de pactionibus predictis Henrico, filio quondam Henrici Roeverss. de Thuystheze, duo et dimidiis lopini siliginis mensure vero de Buscoducis atque Gerardo, filio eiusdem quondam Henrici Roeverss., octo lopini siliginis eiusdem iamdicte mensure per et post mortem dicti quondam

Henrici Roevers, eorum patris, iure successione hereditarie advoluta sunt atque ad dicti duo et dimidius lopini siliginis ad dictum Henricum et dicti octo lopini siliginis ad dictum Gerardum pronunc spectare dinoscuntur et spectant, ut dicebat, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus, filius quondam Henrici Roeverss., et Gerardus, eius frater, dictos duos et dimidii lopinos siliginis et octo lopinos siliginis hereditarie pactionis ad mensuram vero opidi de Buscoducis ascendentes ac cum eadem mensura levandi, hereditarie supportaverunt Rodolpho, filio quondam Johannis Roeverss. de Tuystheze, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dictus Henricus pro dictis duobus et dimidio lopinis et dictus Gerardus pro dictis octo lopinis siliginis mensure de Buscoducis warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XII[a] aprilis, tercia post Misericordia.

R1270, fol. 300v
12 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Arnoldus dictus Roever, filius quondam Petri die Scheenre Janss., duas libras communis pagamenti hereditarii census, solvendos hereditarie Purificationis ex quibusdam domo, domistadio et orto ac campo terre sibi coadiacentes, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum Aen die Herbartswyck, inter hereditatem Arnoldi van den Eynde ex uno et inter communem plateam ex alio, quas duas libras predictas dictus Arnoldus Roever erga Willelmum, filium quondam Gerardi van Myddegael, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Theoderici Janss., simul cum dictis litteris, aliis et iure promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 300v-301r
12 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Wolterus, filius quondam Henrici Stegemans, hereditarie vendidisset Johanni, filio quondam Lamberti Roelofss., hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, pariter quatuor hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berchen, inter hereditatem Lamberti Bollen ex uno et inter hereditatem Ode, relicte quondam Wolphardi Reymbouts, et eius liberorum ex alio; item ex uno iugere terre, sito in dicta parochia, inter aquam dictam die Meer ex uno et inter hereditatem Johannis Janss. et plurium aliorum ex alio, cumque Henricus, filius quondam Johannis Strickss., hereditarie vendidisset Johanni Lambrechss., sartori, hereditariam pactionem dimidi modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dimidium iuger terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berchen, inter hereditatem dicte emptoris ex uno et inter hereditatem Rycoldi Ghysbrechss. ex alio, cumque Johannes, filius quondam Johannis Gerys, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Johanni, filio quondam Lamberti Roelofss., hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex strepa terre arabilis quatuor vasatas vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et heredum quondam Zeberti van den Kerchoff ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Gerys, ex alio, cumque adhuc Gerardus, filius quondam Gregorii

Ermboutss., hereditarie vendidisset dicto Johanni, filio quondam Lamberti Roefss., pannicide, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, quinque hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Kessel, ad locum dictum Boven die Zantvoirt, inter hereditatem Nycolai Geritss. ex uno et cum adhuc Alardus, filius Goeswini Alartssoen, tamquam maritus et tutor legitimus Aleidis, sue uxoris, filie Nycolai Hessels, hereditarie vendidisset dicto Johanni, filio quondam Lamberti Roelofss., hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, pariter quatuor hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Macharen, inter hereditatem Yde Wyers ex uno et inter communitatem ex alio, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Lamberti, dictas pactiones hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Danielis die Heelt, simul cum dicis litteris et iure, promittens et cum eo Arnoldus, filius quondam Bartholmei dicti van den Nuwenhuyse, indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Hezeacker et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 301r
25 april 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus dictas pactiones hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Barthelomei van den Nuwenhuyse, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXV^{ta} aprilis, tercia post Quasimodo.

R1270, fol. 301r
12 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue dictas pactiones simul una pariter cum et mediante septuagintaquinque florenis Renensibus, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactionibus anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus, filius quondam Danielis, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni, filio quondam Lamberti, et Arnoldo, filio quondam Barthelomei, repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 301r
12 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Wy Bogart et Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest Willem van Achel, seggende dat hy alhier voir scouthet ende scepenen in recht een sake te doen sal hebben ende rechs moigen plegen tegen Francken Post, welke sake hy overmits andere occupacien die hy te doen heeft met zynen comanscappen in der mercten van Bergen, in zynen propren persoene nyet vervolgen en can noch en mach ende heeft daromme geconstitueert ende gesedt ende mits desen constitueert ende sedt Yngramme van Achel, zynen brueder, ende Zwederen van Gerwen, zyn facteurs ende procureurs, gevende ende verlenende denselven ende elcken

bysunder volcomen macht in zynen name ende van zynre wegen voir scouthet ende scepenen voirs. te compareren, aldair zyn sake voirs. te verwaren tegen den voirs. Francken ende enige andere, wyese oick weeren, het zy in aenleggers oft verwerders stadt, ende generalic allet dair af in recht te doen te procureren ende voirt te keren dat die voirs. Willem selver soude moigen doen oft hy present ende voir oigen weer, gelovende die voirs. Willem opte verbyntenisse van zynen gueden vast ende stedich te houden allet tgeen dat by den voirs. Yngramme ende Zweren oft den enen van hen dairaf in recht gedaen, geprocureert ende voirtgekeert sal werden ende dieselver van allen scaden ende commer die hen ten ocsuyne van dien eenichsins toecomen mucht, te releveren ende scadeloos te ontheffen, dese voirs. procuratie nochtans nae den wederroepen des voirs. Willems nyet langer duerachtich sonder argelist.
Datum supra.

R1270, fol. 301r
13 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Nycolaus, filius quondam Arnoldi Watermaels, tamquam maritus legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis Spronck, et ipsam Elisabeth cum eodem Nycolao, suo marito, tamquam cum suo tutore, palam recognoverunt et publice confessi sunt eis plenarie fore satisfactum per Johannem Bloyman Henricxsoen de huiusmodi legato unius maldri siliginis, quod Aleydis, soror legitime dum vixit dicti Johannis Bloyman, in extremis constituta de et a bonis suis post se relinquendis dari et persolvi voluit et desideravit predicte Elisabeth ad eius vitam et quamdiu in humanis vixit et non ultra, et hoc mediantibus certis pecuniis quas ipsi a Johanne predicto receperunt et idem Johannes ipsis in promptis numeravit et porrexit, ut dicebat, clamans igitur dicti Nycolaus et Elisabeth dictum Johannem et eius bona atque quoscumque alios huiusmodi quitancia indigentes de predicto legato ac pecuniis predictis ac quibuscumque impetitionibus et actionibus quibus mediante occasione premissorum impeti posset in quocumque individuo spirituali vel temporali quitos, liberos et penitus absolutos. Testes Hezeacker Hynden, datum XIII[a] aprilis, quarta post Misericordia.

R1270, fol. 301v
13 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Theodericus dictus Strick, filius quondam Henrici Strick, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Henrici Heyn Ghybens, Johannes dictus Strick, filius dicti quondam Henrici Strick, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Wellini Bollenss, et Henricus, filius quondam Godefridi die Bruyn, hereditarie vendiderunt michi ad opus domini Macharii Loyer, presbiteri, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Pasche de et ex pecia terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente dicti Theoderici, sita in parochia de Os in loco dicto Int Weystervelt, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Nycolai Symonss., ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Petri Bardeyn ad hereditatem dicte Mense; item ex pecia terre, tres vasatas terre vel circiter continente dicti Johannis, sita in dicta parochia ad rapagulum, dictum den Heesscheren Boem, inter hereditatem heredum quondam Theoderici Bollens ex uno et inter hereditatem Hermanni dicti Ruelens ex alio, tendente ab hereditate quondam Henrici Theeuwens ad communem plateam; item ex pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente dicti Henrici, sita in iamdicta parochia, ad locum dictum die Royen, inter hereditatem Johannis dicti Bryenenss. ex uno et inter hereditatem Hermanni Berntss. ex alio,

tendente ab hereditate Michaelis dicti die Rode ad communem viam, dictam den Moelenwech, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam et alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Bogart et Toelinc, datum XIII[a] aprilis, quarta post Misericordia.

R1270, fol. 301v
13 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Theodericus dictus Arntszoen, incola ville seu libertatis Sancte Ode Rodensis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex quodam manso Emondi, filii quondam Emondi Arntss., pariter quinque modiatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Rode, ad locum dictum Houthem, inter hereditatem seu mansum dictum die Hoeve tot Herenthom ex uno et inter hereditatem heredum quondam Ghysberti Roesmont ex alio, atque ex attinentiis dicti mansi singulis et universis, quam pactionem Theodericus, filius quondam Hermanni Hemsynck, erga dictum Emondum, filium quondam Emondi Arntss., tamquam maritum et tutorem legitimum Mechtildis, sue uxoris, filie Ghysberti van den Borne, emendo acquisierat, prout in litteris et quam pactionem unius modii siliginis predictam dictus Theodericus Hemsynck, pronunc incola opidi de Zuytphen, prefato Theoderico Arntss. unacum certis aliis pactionibus et censibus hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris iudicis ac scabinorum dicti opidi de Zuytphen desuper confectis plenius contineri, hereditarie supportavit Herberto, filio quondam Petri Beckerss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Theoderici Heymsynck ac suis heredum deponere, excepta tamen et dicto Emondo reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 301v-302r
13 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Theodericus dictus Arntss., incola libertatis Sancte Ode Rodensis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis tradendam ex domo, area ac pecia terre sibi adiacentes, pariter unacum modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, inter hereditatem Johannis de Amerzoyen ex uno et fine uno et inter hereditatem Wolteri Hermans ex alio, quam pactionem Theodericus, filius quondam Hermanni Hemsynck, erga Geerlacum, filium quondam Ghyselberti van den Yevelair, emendo acquisierat ; insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter duas modiatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Rode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Johannis de Amersoye ex uno et fine uno et inter hereditatem Wolteri Hermans ex alio, quam pactionem iamdictam dictus Theodericus, filius quondam Hermanni Hemsynck, erga dictum Geerlacum, filium quondam Ghiselberti van den Yevelair, emendo acquisierat, prout in diversis litteris, et quas pactiones predictas dictus Theodericus Heymsinck, pronunc incola opidi de Zuytphen, unacum certis aliis pactionibus et censibus primodicto Theoderico Arntszoen, hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris iudicis et scabinorum dicti opidi de Zuytphen desuper confectis plenius contineri, hereditarie supportavit Anthonio, filio Marcelii dicti Byerens, simul cum dictis litteris et iure, promittens

super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Theoderici Hemsynck ac suorum heredum deponere, excepta tamen et dicto Geerlaco reservata sua potestate redimendi pactiones predictas iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 302r
14 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Magister Thomas Kuyst, filius quondam Johannis, filii quondam Henrici, filii naturalis quondam Henrici Kuyst, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Helmont, solvendam hereditarie Remigii confessoris et in Helmont tradendam ex quodam manso, olim Theoderici dicti de Gemart, dicto tHofgoet, sito in iurisdictione de Gemart, atque ex attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum in humido et in sicco, in duro et in molli consistentibus sive sitis, quam pactionem predictam Johannes dictus de Hees, filius quondam Thome dicti Hoghe, erga dictum Theodericum de Gemert emendo acquisierat, prout in litteris, que pactio predicta dicto magistro Thome et Henrico, eius fratris, filio quondam Johannis Kuyst predicti, per et post mortem quondam Mechteldis, eorum avie, filie dicti quondam Johannis de Hees, uxoris dum vixit primodicti Johannis, filii quondam Henrici, filii naturalis quondam Henrici Kuyst, iure successione hereditarie advoluta est atque depost dicto magistro Thome mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et dictum Henricum, suum fratrem, dudum habita in partem cesserat, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Henrico, suo fratri, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis de Hees ac suorum heredum deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XIIII^{ta} aprilis, quinta post Misericordia.

R1270, fol. 302r
14 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Ghiselbertus, filius quondam Constantini dicti Stanss Shoessen, peciam terre arabilis duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Berchen, ad locum dictum Opt Berchensche Velt, inter hereditatem Johannis dicti die Quade ex uno et inter hereditatem Mercelii, filii quondam Johannis Colensoen, ex alio, tendente ab hereditate Katharine, relicte quondam Gerardi Janss., et eius liberorum, ad hereditatem cuiusdam altari Sancti Anthonii in ecclesia de Berchen, situati in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Nycolai Janss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 302r-v
14 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Egidius, filius quondam Christiani Voegels, et Agnes, filia quondam Arnoldi van den Donck, relicta quondam Martini, filii quondam Christiani Hellinx, tamquam proprietarii pro tempore domus, aree, orti ac hereditatum sibi coadiacentium, dictorum Duvels Hoefken, sitorum in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter communitatem ibidem

circumquaque adiacentem, palam recognoverunt et cum tutore indivisi super omnia et habenda Mathie, filio quondam Willelmi de Herenthom, promiserunt quod ipsi Egidius et Agnes huiusmodi duas libras communis pagamenti hereditarii census, quas Magnum Hospitale in Buscoducis, et duas libras communis pagamenti hereditarii census, quas quoddam altare in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in dicto opido de et ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, Duvels Hoefken vocatis, annuatim et hereditarie solvendum habent ac quidem Arnoldus van den Donck solvere consueverat, ut dicebat, ex eisdem domo, area, orto ac hereditatibus, exnunc deinceps dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur sic et taliter quod dicto Mathie ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Hynden et Bogart, datum XIIII[ta] aprilis, quarta post Misericordia.

R1270, fol. 302v
14 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Mathias, filius quondam Willelmi de Herenthom, pro se et suis coheredibus palam quitavit et quitos proclamavit dictos Egidium et Agnetem de et ab huiusmodi octo libris pagamenti quas quondam Petrus de Herenthom, eius avunculus, de et ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dictis Duvels Hoefken, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter communitatem circumquaque adiacentem, annuatim habere consueverat et dictus Mathias, tamquam heres dicti quondam Petri de Herenthom, ex eisdem depost solvenda habuit, ut dicebat, promittens super omnia et habenda dictis Egidio et Agneti quod ipse Mathias eosdem Egidium et Agnetem ac domum, aream, ortum et hereditates predictos ac reliqua eorum bona de dictis octo libris ac ulteriori solutione earundem atque ab omnibus dampna eis ea occassione de cetero quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnes observabit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 302v
14 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Gerardus, filius quondam Arnoldi dicti Wynen, et Henricus, filius quondam Willelmi Mertenss., carpentarii, promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Alardo Brants, presbitero, sexaginta septem florenos Renenses, XX[ti] stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, mediatim Pentecoste et mediatim Remigii Confessoris proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 302v
14 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Franciscus, filius quondam Cornelii Dircxsoen, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Arnolde, sue uxoris, filie Sanderi dicti Ghysbertss., ab eodem et quondam Beatrice, sua uxore, pariter genite, et ipsa cum eodem tamquam cum suo tutore hereditarie vendiderunt Theoderico, filio quondam Petri Henricxss., hereditarium censum novem et dimidii florenorum Renensium, XX[ti] stufers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis ad bursam in Buscoducis communiter currentis pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche de et ex omnibus eorum bonis ab eis ad presens habita ac imposterum ab eis habenda

et acquirenda necnon de et ex omnibus et singulis huiusmodi bonis que ipsis seu eorum alteri per et post mortem dicte quondam Beatricis, matris dum vixit dicte Arnolde, iure successionis hereditarie advoluta sunt atque per et post mortem dicti Sanderi, patris eiusdem Arnolde, adhuc advolvenda sunt quocumque locorum consistentia, sita solvenda ac reperienda, ac *(sic)* dicebat, ab eodem promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 302v-303r
14 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Et poterunt redimere perpetue simul una pariter vel vicissim et non minus simul et semel quam unum consimilium florenorum Renensium, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum decem et octo florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterant, solvendo de censu predicto.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 303r
12 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Hadewich, weduwe wilneer Aelbert Bollens, heeft hair afgeseegt der louwer oft scoemekerambacht bynnen deser stad ende zy en wil van deser tyt voirtane daermede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Bogart et Toelinc, datum XII^{a} aprilis, tercia post Misericordia.

R1270, fol. 303r
16 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus,[25] filius quondam Hermanni de Bergen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Theoderice, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti van Bloemendael, ab eodem et quondam Sophia, eius uxore, filia quondam Theoderici de Kuyck, filii quondam Henrici de Kuyck, fabri, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quarta parte pecie prati, site in parochia de Essche, inter hereditatem Johannis dicti Goyavartssoen et Henrici dicti Michielss. ex uno et inter aquam dictam die Aa ex alio, atque ex medietate pecie prati, dicte die Zwartgrave, inter hereditatem Jacobi van den Acker ex uno et inter hereditatem Ode dicte van den Heyden et Anselmi dicti Ansemss. ex alio, quam pactionem predictam Henricus dictus van Kuyck, faber, Petro dicto Pynne cum Elisabeth, sua uxore, filia quondam Theoderici van Kuyck, sorore dicti Henrici van Kuyck, nomine dotis ad opus opidi de Buscoducis hereditarie supportaverat, prout in litteris, et que pactio predicta dicto Arnoldo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Theoderice, sue uxoris, per et post mortem dicti quondam Theoderici de Kuyck iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro Pels simul cum dictis litteris, aliis et iure et cum arrestadiis

[25] *in de marge:* cancellatus est iste contractus de consensu partium, IX maii anno XV^{C} secundo.

termini ultimo predicti, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVI^{ta} aprilis, sabbato post Misericordia.

R1270, fol. 303r
25 april 1502
Lambert Bogart en Arnt Pauweter

Luytgardis, relicta quondam Petri dicti van den Berge, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et vacua hereditate sibi adiacente, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Voegels, et eius liberorum ex uno et inter reliquam domum et aream dicte Luytgardis ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem reliquam eiusdem Luytgardis, ut dicebat, legitime supportavit Johanni, filio Luytgardis et quondam Petri predictorum, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XXV^{ta} aprilis secundam post Cantate.

R1270, fol. 303r
25 april 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes promisit, ut debitor pricipalis michi ad opus Petri, filii naturalis quondam Arnoldi dicti van den Berge, filii dicti quondam Petri van den Berge, quod ipse dabet et solvet eidem Petro, naturali, hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie prima maii et pro primo solutionis termino prima die mensis maii, obitum dicte Luytgardis immediate subsequente et non prius, de et ex domo, area et vacua hereditate predictis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere, tali condicione annexa quod dictus Petrus, naturalis, dictum censum nullomodo vendet, alienabit nec alicui transportabit seu obligabit, nisi prius habuerit prolem seu proles legitimam seu legitimas, ymmo si absque prole seu prolibus legitima seu legitimis decesserit, quod extunc dictus census statim post mortem eiusdem Petri, naturalis, ad dictum Johannem, si protunc vixerit, alioquin ad proximiores heredes eiusdem Johannis protunc in humanis agentes iure hereditario succedet et devolvetur, contradictione absque non obstante.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 303v
25 april 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu .A. signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes palam recognovit et publice consentiit quod ipse dictam Luytgardem, eius matrem, quamdiu in humanis vixerit, suum liberum habere et possidere permittet usufructum in domo, area et vacua hereditate predictis, omni eo iure quo possedit ante supportationem pretactam, eadem supportatione usufructus pretacta non obstante absque dolo.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 303v
16 april 1502

Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Johannes Pynappel, filius quondam Mathei, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione, Johannes Pynappel, filius quondam Mathei, relictus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Willelmi, filii quondam Everardi dicti de Hoelt, rotificis, usufructum sibi competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis ex medietate olim ad Dympnam, filiam quondam Gerardi de Uden, spectantem in quodam manso, dicto die Hoeve op Zochel, sito in parochia de Uden, iuxta mansum quendam, dictum Hulst, quondam Gerardi de Uden et ex attinentiis predicte medietatis dicti mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, quam partem predictam dictus Willelmus, filius quondam Everardi de Hoelt, erga dictam Dympnam emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Johanne, filie Johannis Pynappel et quondam Heilwigis predictorum, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XVI aprilis sabbato post Misericordia.

R1270, fol. 303v
16 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Johanne cum tutore dictam pactionem hereditarie supportavit michi ad opus Domus Leprosorum dicte Ter Eyendonck, site prope Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 303v
16 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes Pynappel, relictus ut supra, usufructum sibi competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Nativitatis Domini ex pecia prati, unum bonarum prati vel circiter continente, et ex pecia terre arabilis sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum Delschot in loco dicto Veerdonc, inter hereditatem Demari, filii quondam Henrici de Venrode, ex uno et inter hereditatem Aelberti, filii quondam Willelmi Geritss. van den Eynde, et inter hereditatem Arnoldi dicti de Kessel ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes Pynappel erga Lambertum van den Hoevel, filium quondam Lamberti van den Hoevel, filii quondam Theoderici van den Hoevel, dudum acquisierat prout in litteris, legitime supportavit dicte Johanne, eius filie, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 303v
16 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Johanne cum tutore dictam pactionem, hereditarie supportavit ad opus dicte Domus Leprosorum simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 304r
16 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes, relictus ut supra, usufructum sibi competentem in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quatuor lopinatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter communem plateam ex uno et inter aqueductum, dictum waterlaet, ex alio, quam pactionem dictus Johannes Pynappel erga Servacium, fiium Rutgeri dicti Duls, maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie Henrici, filii quondam Amelii dicti die Rode, acquisierat prout in litteris, legitime supportavit dicte Johanne, sue filie, simul cum dictis litteris et aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 304r
16 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Johanna cum tutore dictam pactionem hereditarie supportavit michi ad opus dicte Domus, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 304r
16 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Seynsa, filia quondam Petri Scellens, relicta quondam Pontheneri dicti Kepkens, cum tutore usufructum sibi competentem in domo, area et orto, olim dicti quondam Petri, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis infra ambas portas ibidem, inter hereditatem Laurencii dicti Janss., cyrothecarii, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti van der Wyst ex alio, tendentibus a vico predicto ad aquam ibidem retro currentem, ut dicebat, legitime supportavit Willelmo, filio Seynse et quondam Pontheneri predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 304r
16 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus necnon Elisabeth, filia quondam Henrici die Ruyter, filii quondam Henrici die Ruyter, ab eodem primodicto Henrico die Ruyter et dicta Seynsa, eius uxore, pariter genita de secundo eius thoro, cum tutore dicte Elisabeth, promiserunt indivisi Aleydi, relicte quondam Jacobi Goyartss. van den Heze, quod ipsi dabunt et solvent eidem Aleydi hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto predictum dicti Willelmi necnon de et ex medietate ad dictam Elisabeth spectantem in quadam alia domo, area, orto ac domo posteriori, olim secundodicti quondam Henrici die Ruyter senioris, sitis ibidem inter ambas portas ibidem, inter hereditatem Johannis dicti van der Hagen ex uno et inter hereditatem Heymerici dicti die Tymerman ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem retro fluentem, quequidem mediatas domus, aree, orti ac domus posterioris iamdicti dicte Elisabeth per et post mortem secundodicti quondam Henrici die Ruyter senioris iure successione hereditarie advoluta est, ut dicebat. Promiserunt insuper cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex dictus domibus annuatim, necnon hereditario censu quatuor librarum dicte monete ex domo, area et orto secundodictis prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 304r-v
16 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Elisabeth palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt quod quivis eorum unam medietatem census hereditarii predicti exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVI^{ta} aprilis sabbato post Misericorida.

R1270, fol. 304v
16 april 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Everardi Sverensoen, hereditarie vendidisset Theoderico de Hynden hereditarium censum trium aureum florenorum, Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in moneta in Buscoducis communiter pronunc currentis pro quolibet huiusmodi florenum computando, solvendum hereditarie Dyonisii Martiris ex domo, area et orto, sitis in parochia de Orthen, ad locum dictum Maelstrem, inter hereditatem Katharine, relicte quondam Henrici die Wever, ex uno et inter hereditatem Hadewigis, filie Lodovici Janss., ex alio; item ex quodam campo terre dicto Mols Camp, octo iugera terre vel circiter continente, sito in dicta parochia de Orthen, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit quod idem Johannes dictum censum redimere et acquitare poterit perpetuis temporibus semper dum sibi placuerit cum et mediante quadragintaquinque et dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem et pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Hynden predictus et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 304v
deze akte is onvolledig

Johannes,[26] filius quondam Lamberti de Zoemeren, promisit super omnia et habenda Hermanno, filio quondam Franconis de Uden, calcifici, quatuordecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ad decimam septimam diem mensis aprilis proxime futuram si et inquantum dictus Hermannus protunc in.

R1270, fol. 304v
16 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Lamberti de Zoemeren, promisit super omnia et habenda Hermanno, filio quondam Franconis de Uden, calcifici, quatuordecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a crastina die ultra annum si et inquantum dictus Hermannus pronunc in humanis vixerit et alias non persolvendos.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 304v-305r
18 april 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Willelmus, filius quondam Petri dicti die Rode, promisit ut debitor principalis Symoni, filio quondam Wolteri dicti die Velkeneer, ad opus cuiusdam Hospitalis Sancti Eligii, dicti Sinte Loysgasthuys, fundacionis quondam domini Coenrardi de Driel, presbiteri, siti in Buscoducis in vico Orthensi quam in oppositum conventus Sancte Geertrudis ibidem, quod ipse dabit et solvet eidem Hospitali hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currentem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Pasche de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, pariter quinque lopinatas terre vel circiter continente dicti Willelmi, promittenti, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Lennenshoevel, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Johannis de Dommelen, ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente a communitate ibidem ad hereditatem reliquam dicti Willelmi, promittenti, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex premissis prius annuatim et iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali condicione annexa quod dictus Willelmus dictum censum redimere poterit perpetue cum et mediante triginta duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Symon, tamquam magister et rector pro tempore dicti Hospitalis, hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem Hospitalis dicto Willelmo repromisit.
Testes Hynden et Bogart, datum XVIII^{a} aprilis, secunda post Jubilate.

R1270, fol. 305r
18 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

[26] *in de marge:* vacat hic.

Arnoldus dictus de Bruekom, filius quondam Johannis, unam cameram cum suo fundo, quatuor cameris sibi invicem contigue adiacentibus sub uno tecto, sitis in Buscoducis in quodam vico dicto die Mandmekersstraet, inter hereditatem Henrici de Doerne ex uno et inter quandam vacuam hereditatem ibidem euisdem Arnoldi ex alio, tendentibus a dicto vico ad murum opidi predicti, illam scilicet cameram cum suo fundo que sita est contigue iuxta et prope dictam hereditatem dicti Henrici de Doerne, simul cum quadam parte orti ibidem retro eandem cameram consistentem, que quidem pars eiusdem orti tendit ibidem retro eandem cameram, mensurandi videlicet a medio stili eiusdem camere ad latus proxime camere ibidem linealiter versus et usque ad murum predictum, prout dicta camera cum suo fundo et parte orti predictis pronunc ibidem sunt situatis, ut dicebat, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Andree, filii quondam Henrici Joirdenss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 305r
18 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Arnoldus, filius quondam Andree Henrici Joirdenss., promisit super omnia et habenda primodicto Arnoldo de Bruekom duodecim libras monete necnon octuaginta quatuor peters, XIX stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secondam modernam valuationem pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 305r
18 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Idem Arnoldus, filius quondam Andree, promisit adhuc super omnia et habenda predicto Arnoldo quatuor et dimidiam libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, totidem libras a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos, atque totidem libras necnon triginta unum et dimidium consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 305r-v
18 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Aroldus dictus de Bruekom, filius quondam Johannis, hereditarie vendidit Matheo Kuyst, filio quondam Henrici Kuyst, hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currentem pro quolibet computando, solvendum hereditarie decimaseptima die mensis aprilis de et ex tribus cameris ac suis fundis, orto et attinentiis sibi mutuo adiacentibus dicti Arnoldi, sitis in Buscoducis in quodam vico dicto die Mandmekersstraet sub uno tecto ibidem, inter hereditatem quandam vacuam ibidem dicti Arnoldi ex uno et inter quandam aliam cameram quartam, videlicet hodierna die venditam Arnoldo, filio quondam Andree Henric Joirdenss., ab Arnoldo de Bruekrom predicto ex alio, tendentibus a dicto vico retrorum usque ad murum opidi de Buscoducis predicti atque ad ex dicta vacua hereditate dicti Arnoldi ibidem

adiacente, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi si quis exinde fuerit solvendo, hereditario censu duarum librarum Henrico Gheck ac hereditario censu triginta librarum monete, diversis personis exinde prius e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVIII[a] aprilis, secundam post Jubilate.

R1270, fol. 305v
18 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum et quinquaginta florenorum Renensium, XX[ti] stufers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden Andriesguldene, gerecht van gewichte, pro XXIX novos aureos florenos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, per archiducem Philippum pronunc monetatos pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 305v-306r
18 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Reynerus et Elisabeth, eius soror, liberi quondam Reyneri dicti Haengreefs, ab eodem quondam Reynero et Elisabeth, eius uxore, pariter geniti, necnon Wolterus dictus Kuyff, filius quondam Johannis dicti dicti *(sic)* Kuyff, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Eve, sue uxoris, filie dictorum quondam Reyneri et Elisabeth, sue uxoris, cum tutore, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Theoderici de Hees alias dicti de Os, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Reneneses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, pro XX[ti] octo, aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden Andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XXIX, novos aureos florenos pronunc monetatos per archiducem Philippum monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere absque precaria et alio onere quocumque tradendum de et ex quodam prato, dicto den Audenbeempt, unam et dimidiam modiatas terre vel circiter continente dictorum venditorum, sito in parochia de Waderle, inter hereditatem Johannis Goderts ex uno et inter hereditatem Domus de Postula ex alio, tendente ab hereditate Henrici, filii Cornelii Nedermoelens, ad communitatem de Waderle; item ex quodam alio prato, quatuor lopinatas terre vel circiter continente eorundem venditoris, sito in eadem parochia, inter hereditatem Barthelomei Dircxss. ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, tendente ab hereditate Robberti Robbynss. ad hereditatem cuiusdam dicti Goris van Vessem; item ex pecia hereditatis dicta den Alkenacker, octo lopinatas terre vel circiter continente dictorum

venditorum, sita ibidem inter hereditatem abbatis Epternacenci ex uno et inter hereditatem reliquam dicti Wolteri Kuyff ex alio et fine utroque; item adhuc ex quodam agro terre dicto den Smeelbocht, dimidiam modiatam terre vel circiter continente eorundem venditorum, sito in eadem parochia inter hereditatem conventus supra Dumum prope Eyndoviam ex uno et fine uno et inter hereditatem reliquam dicti Wolteri Kuyff ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem dicti abbatis Epternacensis; item adhuc ex alio agro terre eorundem venditorum, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito in eadem parochia, inter hereditatem reliquam dicti Wolteri Kuyff ex uno et fine utroque et inter cuiusdam viam ibidem dictam den gemeynen Moelenwech ex alio; item adhuc ex quadam pecia terre arabilis, dicta een ackerveldeken, venditorum predictorum, unam lopinatam terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem Robberti dicti Robbiins ex uno et fine uno et inter hereditatem Jacobi dicti Skoecx ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Cornelii Huysmans, ut dicebat, ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligatione et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 306r
18 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Et poterunt redimere perpetue simul una pariter cum et mediante sexaginta consimilibus florenis Renensibus in moneta et valore predictis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter absque dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 306r-v
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Goeswinus Goebels, filius quondam Henrici, relictus quondam Katharine, sue uxoris, filie quondam Johannis die Witte, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto quondam Henrici de Goedheil, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem Johannis, filii quondam Theoderici Bathenzoen, ex uno et inter hereditatem Reymboldi de Roesmalen ex alio, atque in viculo quodam sito ibidem iuxta hereditatem Reymboldi predicti, salvo et dominis Johanni Bathenss. et Johanni de Andel, canonicis in Buscoducis, reservato iure eis competente in usu viculi predicti, et qui domus, area et et *(sic)* ortus predicti siti sunt ibidem inter hereditatem magistri Christianni Loekemans, medici, ex uno et inter hereditatem et inter hereditatem *(sic)* Wolteri Stoock, filii quondam Henrici, dicto viculo interiacente ex alio, et quos domum, aream, ortum et viculam predictos dictus Goeswinus Goebels erga Jacobum, filium quondam Thome Mathyss., maritum et tutorem legitimum Agnete, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Lyeshout, acquisierat prout in litteris, legitime supportavit Johanni, Henrico et Goeswino, fratribus, ac Margarete et Elisabeth, eorum sororibus, liberis Goeswini et quondam Katharine predictorum, necnon Cornelio, filio Henrici Peterss., tamquam marito et tutori legitimo Katharine, sue uxoris, filie eorundem Goeswini et quondam Katharine coniugum, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare.

Testes Bogart et Toelinc, datum XIX aprilis, tercia post Jubilate.

R1270, fol. 306v
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes, Henricus et Goeswinus, fratres, Margareta et Elisabeth, eorum sorores, cum tutore, necnon dictus Cornelius, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Katharine, sue uxoris, in presentia et de expressis consensu et voluntate Henrici dicti Goebels, fratris dicti Goeswini, atque Henrici de Dordrecht, mariti et tutori legitimi Heilwigis, sue uxoris, sororisque eiusdem Goeswini, tamquam proximiorum consanguineorum et aliorum eorundem liberorum ex parte dicti eorum patris, cum tutore, premissa hereditarie supportaverunt dicto Goeswino, eorum patri, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Katharine, uxoris dicti Cornelii, deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 306v
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus Goebels, pater, promisit ut debitor principalis dicto Johanni, suo filio, quod ipse dabit et solvet eidem suo filio hereditarium censum trium librarum monete, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto predictis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu quinque librarum dicte monete atque hereditario censu undecim et dimidii stuferorum, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus Johannes dictum censum non vendet, alienabit nec alicui transportabit, nisi prius legitimum contraxerit matrimonium aut religionem aliquam intraverit et ibidem professionem fecerit vel inquantum eum coegerit necessitas tunc facere poterit de expressis consensu et voluntate tamen Wolteri Oems Janss. et Henrici Osmans, amborum inquantum vixerint et alias non, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et consentiit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 306v
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus, pater, promisit ut debitor principalis dicto Henrico quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditarium censum trium librarum monete, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex dicto domo, area et orto et sic ulterius, cum promissione et conditione ut iam immediate supra mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 306v
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus, pater, promisit ut debitor principalis dicto Goeswino, suo filio, quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino, suo filio, hereditarium censum trium librarum monete, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto predicto et sic ulterius per totum cum promissione et condicione ut iam supra mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 306v-307r
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus, pater, promisit ut debitor principalis dicte Margarete, sue filie, quod ipse dabit et solvet eidem Margarete, sue filie, hereditarium censum trium librarum monete, hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex iam premissis et sic ulterius cum promissione et conditione per totum ut iam supra mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307r
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus promisit ut debitor principalis dicte Elisabeth, sue filie, quod ipse dabit et solvet eidem Elisabeth, sue filie, hereditarium censum trium librarum monete, hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis et sic ulterius cum promissione et condicione per totem ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307r
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in quinque contractibus immediate precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Goeswinus Goebels, pater, palam recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni, Henrico, Goeswino, Margarete et Elisabeth, suis liberis, adhuc promisit quod cum aliquis eorundem suorum liberorum matrimonium legitimum contraxerit seu religionem ingrediatur et inibi professionem fecerit, quod ipse Goeswinius extunc infra annum huiusmodi contractionem seu ingressum religionis immediate subsequentem censum huiusmodi contrahentis seu religionem absque dolo ingredientis sine ulteriori dilatione redimet et acquitabit necnon redimere et acquitare tenebitur, quamlibet videlicet dictarum librarum cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterint solvendum de censu sic redimendum.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307r
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus, pater, promisit ut debitor principalis dicto Cornelio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Katharine, sue uxoris, filie dicti Goeswini, quod ipse dabit et solvet eidem Cornelio hereditarium censum trium librarum monete hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo, area, orto predicto. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307r
deze akte is onvolledig

Dictus[27] Goeswinus, pater, palam recognovit et super omnia et habenda dictis suis liberis ac Cornelio predicto promisit quod ipse quecumque debitor constante matrimonio inter ipsum et quondam Katherinam, suam uxorem, per ipsos pariter facta.

R1270, fol. 307r
19 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Goeswinus, pater, promisit super omnia et habenda dictis suis liberis ac Cornelio predicto quod ipse Goeswinus quecumque debita per ipsum et quondam Katharinam, eius uxorem, pariter et depost facta et in quibus iidem liberi et Cornelius predictus et eorum bona quovismodo tenerentur ad satisfactionem seu pro quibus imposterum aliquo modo impeti possent, dabit et persolvet ac dare et persolvere tenebitur sic et taliter quod eiusdem suis liberis ac Cornelio predicto ad et supra se et bona sua ea occasione dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307r-v
20 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Reynerus, filius quondam Willelmi dicti Reynerss., hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Johannis dicti Geritssoen, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Heze et Leende, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in parochia de Heze tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, pascualibus dictus groessen sibi mutuo coadiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Heze predicta, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Joirdenssoen ex alio et fine reliquo, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis census fundi prius annuatim exinde solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XX[a] aprilis, quarta post Jubilate.

R1270, fol. 307v
20 april 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

[27] *in de marge:* vacat.

Et poterit redimere perpetue simul unapariter vel vicissim et non minus quam unium modium siliginis quemlibet videlicet modium cum vigintiquinque peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 307v
21 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Elisabeth, filia quondam Adriani Jacop Huygenss, dedit fratri Johanni de Huesden, eius fratri, conventuali ordinis Predicatorum, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Kuyst et Bogart, datum XXI[a] aprilis, quinta post Jubilate.

R1270, fol. 307v-308r
21 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Want jouffrou Margriet, dochter wylen Jans, zoen wylen Rutgers van den Doeren, ende Steven Ram in den name ende vanwegen Jans ende Rutgers, wittige kynderen wylen Rutgers van den Doeren, zoen des voirs. wylen Jans van den Doeren, een steenen huys met vier cameren deen den anderen aenliggende, gelegen in sHertogenbosch in de Mandmekersstraet, met allen zynen toebehoirten hadden vuytgegeven ten erfchyns Arnden Janssoen van Bruekom ende dairnae dieselver Arnt van Bruekom hadde vercoft erflic Matheeussen Kuyst Henricxsoen enen erfchyns van thien Rijnsgulden, te rekenen twentich stuvers oft die werde dair voir in anderen paymente voir elcken der voirs. Rijnsgulden, te betalen alle jair erflic opten XVII[en] dach in aprille van ende vuyt drien cameren, genomen van den cameren voirs., ende vuyt eener ledigen erffenisse dairby gelegen, gelyc in versceydenen brieven van Den Bosch dair op gemaect volcomentliker is begrepen, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Arnt van Bruekom ende heeft oepenbairlic bekent et super omnia et habenda den voirs. Matheeussen geloeft ende consenteert in gevalle oft tvoirs. huys, cameren ende toebehoirten voirs. bynnen iaers mits den rechte van nardersscappen gelost worden, dat in dien gevalle hy, Arnt, alsulkene penningen dairmede denselven loss van nairdersscappen geboeren sal ende die dairaff zullen comen, nyet en zal aenverden, heffen, noch met recht heysschen, mar sal alsulkene penningen den voirs. Matheeussen geheelic ende all laten ontfangen ende in zynen name aenverden omme dairaen ende af te moigen innen, trecken ende imburseren alsulkene penningen als hy, Matheeus, voir het coepen van den erfchyns voirs. vutgeleegt ende vuytgegeven heeft, metgaders den jairchyns van desen iair, by alsoe naedien hy, Matheeus, die voirs. zyn vutgeleeghde penningen tsamen metten jairchyns voirs. dairaf getogen sal hebben, dat hy het overscott den voirs. Arnden sal vuytreycken ende laten volgen sonder argelist.
Testes Kuyst et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 308r
Deze akte is onvolledig

Lodovicus, filius Ghiselberti dicti Loyenss., hereditarie vendidit Olivero, filio quondam Rodolphi de Beeck, hereditarium.

R1270, fol. 308r-v
30 maart 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Alsoe die goede mannen Alde Scutten der gulden oft bruedersscappen des heiligen ridders ende martelairs Sint Joriis bynnen deser stad van sHertogenbosch aengeleegt hebben nu onledich in verden hebben ende doen maken een nyewe zoemerhuys op dit eynde van horen bogart, gelegen in sHertogenbossche, in de straet geheiten Sint Joriisstraet, ruerens aen ende by dieselve straet, dwelke hen vele costen sal ende dairvoir vele penningen zullen moiten verscyeten ende die voirts werven by vercope vuyten bogart voirs. eenige losrenten oft chynsen aen eenigen hoeren mede (*sic*) medebruederen ende omme dan dat met goeder manieren ende sonder quetsingen van den gemeynen goeden mannen Alden Scutten voirs. te vervallen ende alsulkenen vercofte losrenten oft chynsen jairlix te betalen ende die wederomme af te quyten, soe zyn gestaen voir scepenen hieronder gescreven Lambert van Buederick, als coninc ten tijde, Yewaen Kuyst, als hoichdekene ten tyde, Lambert die Wolff, als hoeftman, Lambert Bogart, als deken ten tyde, Dirck Loyen ende Jan van Lyer, als wasmeesters ten tyde, Jan Jacopszoen van Hedel ende Peter Reyners, als alde dekenen van den jair voirleden, Jacob die Witte, Jan Hermanssoen van Bergen, Herman Poelman, Wouter van Hall, Jacop van Hall, Gerit Jan Mathiiss van Vladeracken, Jan van Tangeren, Wouter Bott, Jan die Wolff, Jan Claess., Willem van Broegel, Jan Sloetmeker, Arnt Dircx, zoene Jan van Amerzoyen, allen Alde Scutten ende van den gulden voirs. ende voirts gemeyntlic die Alde Scutten ende goede mannen van derselven gilden ende hebben in den name als voir ende in dien name oepelic bekent, beleden ende by expresse consenteert Arnden van Otterdyck, anders geheiten die Cremer, ende Willemen Henricxs. van Orthen, dekenen nu ter tyt van den Alden Scutten ende der gilden voirs., diese dairtoe eendrechtelic hebben gecoren, zoese oic bekenden, als dat dieselver Arnt ende Willem in den name der Alder Scutten ende gilden voirs., onbecroent sullen moigen manen, heffen, opboeren ende met wegen van recht ofs noot zy vervolgen alsulkene twelf dobbel, als die voirs. stad van sHertogenbosch overlanck gegouden heeft ende noch jairlix gilt ende betaelt den voirs. Alden Scutten tot reparacien van hoeren voirs. bogart ende dairtoe noch die resten aengaende der voirs. gilden oft bruedersscappen die noch aen eenige van den scutten onbetaelt staen ende by den voirledenen dekenen verschenen ende vervallen zyn ende dairaf ende mede moigen vervallen die costen van den huse voirs. ende betalen die jairrente van den chyns die men vuyten bogart voirs. vercopen sal ende denselven alleynsken afquyten ende voirts dairmede ende inne doen ten meesten oirbare nutscap ende prouffyte van den gilden ende bruedersscappen voirs., sonder yemants wederseggen.
Getuygen hebben hier over geweest scepenen in sHertogenbosch die voirs. Yewaen Kuyst ende Lambert Bogart, datum penultima marcii, quarta post Pasche.

R1270, fol. 308v
22 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Lambertus dictus de Buederic, tamquam rex, Yewanus Kuyst, tamquam summus decanus, Lambertus die Wolff, tamquam capitaneus dictus hoeftman, Lambertus Bogart et Arnoldus de Otterdyck alias die Metser, tamquam decani pro tempore Antiquorum Sagittariorum Gilde seu confraternitatis beati Georgii militis et martiris infra opidum de Buscoducis, et illis nominibus, pro se et quibuscumque Sagittariis eiusdem gilde presentibus et futuris ad infrascripta expresse consentientibus, ut dicebat, promiserunt Willelmo Henricxsoen de Orthen quod ipsi dabunt et solvent eidem Willelmo hereditarium censum septem florenorum

Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie in festo beati Georgii militis et martiris et pro primo solutionis termino a festo beati Georgii militis et martiris proxime futuro ultra annum de et ex pomerio dictorum Sagittariorum, dicto der Scutt Bogart, et ex edificiis inibi et desuper consistentibus ac ceteris suis iuribus et attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico Sancti Georgii ibidem, inter hereditatem domini Johannis de Baecx, militis, ex uno et inter hereditatem Elsbene, relicte quondam Henrici Paeuweter, et eius liberorum ex alio, tendente a dicto vico retrorsum usque ad murum ibidem predicti, promittentes dicti promittentes nominibus quibus supra sub obligatione supradicti pomerii ac edificiorum et ceterarum attinenciarum predictarum warandiam, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart predicti, datum XXII^{a} aprilis, sexta post Jubilate, in profesto Beati Georgii militis et martiris.

R1270, fol. 308v
27 april 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterunt dicti promittentes ac Sagittarii gilde pretacte dictum censum redimere et acquitare semper dum eis placuerit simul una pariter aut vicissim scilicet cum duobus florenis Renensibus, videlicet dictum integrum censum cum centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia dictis promittentibus ad opus eorum et dictorum Sagittariorum repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 308v-309r
28 april 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Henricus, filius quondam Anthonii Evertssoen, hereditarie vendidit Yde, filie quondam Gerisii dicti de Herpen, hereditarium censum trium et dimidii peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam campo terre, dicto dat Bellenbroeck, tria iugera terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia Gestel prope Herlaer, prope locum dictum den Keer, inter hereditatem Arnoldi Jacopss. ex uno et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Arnoldi Voegels, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Hillegondis, filie dicti quondam Anthonii, sororisque dicti venditoris, ad hereditatem Rodolphi dicti Engbertss.; item de et ex duabus lignicrescentiis et eius fundis sibi mutuo adiacentibus, dictis twe houtwassen, tres lopinatas terre vel circiter pariter continente eiusdem venditoris, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, ad locum dictum Aen de Sporct, inter hereditatem Henrici Peterss. ex uno et inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex alio et fine uno, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad dimidium grossum antiquum ascendentem atque hereditario censu sex librarum monete, prius annuatim ex dicto campo e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXIII^{a} aprilis, sabbato post Jubilate.

R1270, fol. 309r
28 april 1502

Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante quadraginta quinque consimilibus peters, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 309r
31 maart 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Robbertus de Grevenbroeck, dominus temporalis de Loen, die huysinge ende erffenisse, geheiten dat huys van Loen, met zynen cameren ende toebehoirten, gelegen bynnen der stad van sHertogenbosch, heeft hy verhuert in gerechter verhueringe Anthonis Hinckart tot sHertogenbosch tot een spacie van vyf ende twentich jaren, den hoichtyde van sinte Johan Baptisten naestcomende sonder middelt volgende, te hebbene ende te besittene voir ende omme sestien Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers gerekent, te geven ende betalen alle jaer der voirs. jaren, deen helft tot Korsmisse ende dander helfte tot Sint Jansmisse, ende voir den iersten termyne van betalinge tot Korsmisse naestcomende ende zoe voirtaen die jaren voirs. gedurende.
Testes Hynden et Bogart, datum ultima marcii, quinta post Pasche.

R1270, fol. 309r
28 april 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Lodovicus, filius Giselberti dicti Loyenss., hereditarie vendidit Olivero, filio quondam Rodolphi de Beeck, hereditarium censum decem et septem ac dimidii denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem eorundem *(sic)* alia bona pecunia, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter de et ex domo, area et orto ac suis attinentiis dicti venditoris, sitis in parochia de Maren, inter hereditatem heredum cuiusdam dicti Spierinc Ruysschen ex uno et inter hereditatem dominorum Sancti Lamberti Leodiensis ex alio, tendente cum fine utroque ad communes plateas ibidem ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta una mensura, dicta spynt, seminis raparum, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum XXIII[a] aprilis, sabbato post Jubilate.

R1270, fol. 309r-v
26 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Wolteri Sceenkens, Johannes et Engbertus, fratres, liberi quondam Johannis Engbertss., promisissent ut debitores principales indivisi super omnia et habenda se daturum et soluturum Johanni de Berkel Geritss. ad spacium sex annorum festum Purificationis Beate Marie Virginis eotunc ultime preteritum sine medio sequentium, quolibet primiorum quinque annorum undecim peters, XVIII stuvers vel valorem in moneta quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter

currentem pro quolibet computando, in festo Purificationis Beate Marie Virginis et in ultimo anno dictorum annorum decem consimiles peters, promisissentque dicti Johannes, filius quondam Wolteri, et Johannes et Engbertus, fratres, indivisi super omnia et habenda dicto Johanni de Berkel, duos modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis eotunc proxime futuro; item tredecim sextaria siliginis dicte mensure a Purificationis eotunc proxime futuro ultra annum; item decem sextaria siliginis eiusdem mensure a Purificationis eotunc proxime futuro ultra duos annos; item septem sextaria siliginis dicte mensure a Purificationis eotunc futuro ultra tres annos; item quatuor sextaria siliginis dicte mensure a Purificationis eotunc proxime futuro ultra quatuor annos; item adhuc unum sextarium siliginis dicte mensure a Purificationis eotunc proxime futuro ultra quinque annos persolvendum, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Berkel premissa legitime supportavit Godefrido de Bladel simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XXVI[ta] aprilis, tercia post Cantate.

R1270, fol. 309v
deze akte is onvolledig

Mechteldis, relicta quondam Henrici, filii quondam Theoderici Johannis Ghenensens, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in pecia terre, dicta die Hellincsche Hoeve, cum suis attinentiis, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum Opte Erpsche Boordonck, inter hereditatem Rodolphi, filii dicti quondam Theoderici Jan Ghenensens, ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno et inter hereditatem Katharine, relicte quondam Huberti dicti Emontss. et eius liberorum, cum pluribus aliis ibidem, ut dicebat, legitime supportavit Gerardo et Hadewigi et Elisabet, eius sororibus, liberis Mechtildis et quondam Henrici predictorum, ad opus eorum et ad opus fratris Johannis Ordinis Predicatorum, necnon Arnoldi et Theoderici, liberorum eorundem Mechtildis et quondam Henrici, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.

R1270, fol. 309v
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Gerardus necnon Hadewigis et Elisabeth, eius sorores, cum suis tutoribus, ymmo in presentia et de expressis consensu et voluntate Amelii Claessoen, tutorum dictorum liberorum, pro se ipsis et dictis suis fratribus, dictam peciam terre cum suis attinentiis hereditarie supportaverunt dicto Rodolpho, filio quondam Theoderici Jan Ghenensens, simul cum dictis litteris et iure, promittentes cum tutore et cum eis dicta Mechteldis, eorum mater, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem.

R1270, fol. 309v -310r
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Mechteldis, relicta quondam Henrici, filii quondam Theoderici Jan Ghenensens, cum tutore usufructum sibi competentem in pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum op Boerdonck, in loco dicto in de Boordoncksche Hoeve, inter hereditatem Rodolphi dicti Roeff, filii dicti quondam Theoderici Jan Genensens, ex uno et inter hereditatem Katharine, relicte quondam Huberti Dirck Emontss., et eius

liberorum, et Henrici Lonyss. ex alio, tendente ab hereditate Johannis Huyben ad communem plateam; item in pecia terre arabilis, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia de Erpe ad mericam ibidem, inter hereditatem dicti Rodolphi dicti Roeff ex uno et inter hereditatem Symonis dicti Goykens ex alio, tendente ad communem plateam cum uno fine et cum alio fine ad hereditatem dicti Rodolphi, ut dicebat, legitime supportavit Gerardo et Hadewigi et Elisabet, eius sororibus, liberis Mechteldis et quondam Henrici predictorum, ad opus eorum et ad opus fratris Johannis Ordinis Predicatorum, Arnoldi et Theoderici, liberorum eorundem Mechtildis et quondam Henrici, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXVI^{ta} aprilis, tercia post Cantate.

R1270, fol. 310r
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Gerardus necnon Hadewigis et Elisabet, eius sorores, cum suis tutore ymmo in presentia et de expressis consensu et voluntate Amelii Claessoen, tutoris dictorum liberorum, pro se ipsis et dictis suis fratribus, premissa hereditarie vendiderunt Rovero, filio quondam Goeswini Roeverss., ab eodem, promittentes cum tutore et cum eis dicta Mechteldis, eorum mater, indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex premissis annuatim et iure solvendo, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 310r
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Roeverus promisit super omnia et habenda dictis Mechteldis, Gerardo, Hadewigi et Elisabeth ad opus eorum et ad opus Arnoldi et Theoderici predictorum sexaginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon duos modios siliginis mensure de Erpe, Purificationis proxime futuro persolvendos et in Erpe dictam siliginem tradendam.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 310r
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Mechteldis, relicta quondam Henrici, filii quondam Theoderici, filii quondam Johannis Gerit Claess., cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam campo hereditatis, dicto die Hellincs Hoeve, sito Op Boerdonc in parochia de Erpe, inter hereditatem Johannis Ansemssoen et liberorum quondam Emondi van der Zantvoert ex uno et alias iuxta hereditatem Willelmi Wevers, Johannis van den Wilgen et iuxta communitatem de Erpe, de quo campo terre predicto dictus Johannis Gerit Claess. tres partes erga Johannem, filium Arnoldi Gielissoenssoen, et quartam partem erga Egidium, filium Arnoldi Gielissoenssoen, dudum acquisierat, ut videbatur in litteris de Erpe contineri, legitime supportavit dictis Gerit, Hadewigi et Elisabeth ad opus eorum et ad opus fratris Johannis, Arnoldi et Theoderici predictorum, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 310r
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Gerit, Hadewigis et Elisabeth cum tutore et in presentia ut supra, dictum campum terre seu hereditatis hereditarie supportavit Rodolpho dicto Roeff, filio quondam Theoderici, filii dicti quondam Johannis Gerit Claess., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore et cum eis dicta Mechteldis cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dictorum fratris Johannis, Arnoldi et Theoderici necnon ex parte dicti quondam Johannis Gerit Claessoen ac quorumcumque suorum heredum et successores deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 310v
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Rodolphus dictus Roeff promisit super omnia et habenda dictis Mechteldi necnon Gerardo, Hadewigi, Elisabet, Arnoldo et Theoderico septuaginta duos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc currentis pro quolibet computando, et duos modios siliginis mensure de Erpe, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos et siliginem in Erpe tradendam.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXVI^{ta} aprilis, tercia post Cantate.

R1270, fol. 310v
26 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Idem Rodolphus promisit super omnia et habenda adhuc eisdem Mechteldi, Gerardo, Hadewigi, Elisabeth, Arnoldo et Theoderico quadragintaocto consimiles peters necnon duos consimiles modios siliginis eiusdem mensure Purificationis proxime futuro persolvendos et siliginem in Erpe tradendam.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 310v
27 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Jacobus dictus Peterss. alias Wyfflet et Godefridus de Nova Domo, incole de Weelde, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Theoderici die Borchgreve centum et vigintiquinque florenos, dictos zoongulden, decem stuvers pro quolibet computando, ad ter decem et septem septimanas ad ius reconsiliationis necis, videlicet Ghiselberti Dircxss. in Loen dum vixit commorantium persolvendos.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXVII^{a} aprilis, quarta post Cantate.

R1270, fol. 310v
27 april 1502

Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Wy, Vladeracken ende Bogart, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest joncker Henrickes van Scoenhoven, heer tot Wanrode, seggende hoe dat hem toebehoirt het dordendeel van der thienden van Empel, dwelcke hy zoe met dat te verpachten zoe die penningen oft andere coren dairaf comende op te boeren ende tontfangene in zynen properen persoone, overmits andere occupacie die hy te doen nyet en can, noch en mach regeren ende heeft dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert heren Willemen Watermael, priester, zynen facteur ende procurateur, gevende ende verlenende denselven heren Willemen vry ende volcomen macht ende sunderlinge bevele in zynen name ende van zynre wegen het voirs. dordendeel der thienden voirs. te verpachten, te verhueren, die penningen oft andere coren dairaf comende te ontfangen, van den ontfange quitantie te geven ende generalic allet dairinne te doen et voirt te keren dat die voirs. joncker Henrick selve zoude moigen doen, oft hy iegenwoirdich ende voir oigen weer, by alsoe ende hierinne voirsiene dat heer Willem voirs. van zynen ontfanck ende regimente den voirs. joncker Henricken tot zynen versueck altyt goede wittige rekeningen, bewys ende reliqua doen zal sonder wederseggen ende dese voirs. constitucie oft procuracie nae den wederroepen joncker Henricx voirs. nyet langer duerechtich.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Datum supra.

R1270, fol. 310v-311r
28 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Lambertus, filius Henrici Arntss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Ode, sue uxoris, filie quondam Gerit van den May, relicte quondam Godefridi, filii quondam Godefridi dicti die Brouwer, et ipsa Oda cum eodem suo marito tamquam cum suo tutore medietatem ad ipsos spectantem in domo, domistadio et orto ac suis iuribus et attinentiis, olim dicti quondam Godefridi die Brouwer Goyartss., sitis in parochia de Tefelen, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Gerit dicti Yewaens et Gerardi, filii quondam Ade Geritss., ex alio, tendente cum reliquo fine ad communem aqueductum ibidem, dictum totter Oyenscher Weteringe, quequidem medietas dicte Ode de morte dicti quondam Godefridi die Brouwer, sui dum vixit mariti, advoluta est, ut dicebat, hereditarie vendiderat dicto Gerardo, filio quondam Ade Geritss., ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus aggerum ad predictam medietatem e iure conservandi spectantibus.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXVIII^{a} aprilis, quinta post Cantate.

R1270, fol. 311r
28 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Gerardus promisit super omnia et habenda dictum Lamberto et Ode vigintiquatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 311r

deze akte is onvolledig

Andreas dictus Byerkens novem bonaria terre mericalis de decem et septem bonariis terre mericalis, olim Willelmi Wyten, nunc vero ad dictum Andream spectantia, sita in parochia de Haren.

R1270, fol. 311r
28 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Andreas dictus Byerkens decem et septem bonaria terre mericalis, olim Willelmi Wyten, sita in parochia de Haren iuxta molendinum venti de Helvoert et prope hereditates olim Christiani Coenen, erga Henricum van den Keelen, receptorem domini nostri archiducis Austrie, ducis Brabantie etc., mediante sententia hominum feodalium eiusdem domini nostri ducis emendo acquisivisset, ut videbatur in litteris eorundem receptorum et hominum feodalium desuper confectis plenius et lacius contineri, et cum deinde dictus Andreas octo bonaria terre mericalis de dictum decem et septem bonariis terre mericalis, illa videlicet octo bonaria terre, que sita sunt ibidem contigue prope quandam stegam ibidem protensam, inter eandem stegam ex uno et inter reliquam novem bonaria terre mericalis ex alio, hereditarie supportasset Johanni de Vlierden, filio quondam Johannis de Vlierden, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Andreas Byerkens dicta reliqua novem bonaria terre mericalis, prout ibidem sita sunt, hereditarie supportavit Symoni, filio Johannis, filii quondam Willelmi Wyten, simul cum dictis litteris et iure occasione dictorum novem bonariorum terre, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 311r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Barthelomeus, filius quondam Henrici dicti van der Scaft, in absentia dicti Symonis prebuit ad redimendum iamdicta novem bonaria terre et optinuit.
Testes Bogart et Paeuweter, datum VII julii.

R1270, fol. 311r-v
28 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum[28] sit universis quod cum Johannes de Vlyerden, filius quondam Johannis de Vlierden, palam recognovisset et publice confessus esset se quandam litteram Henrici van der Keelen, receptoris. ac hominum feodalium domini nostri ducis Brabantie etc., mentionantem de decem et septem bonariis terre mericalis, sitis in parochia de Haren, iuxta molendinum de Helvoert sic incipientem ′condt ende kennelic zyn allen dengenen die desen brief sullen sien oft hoeren

[28] *in de marge, d.d. 21 februari 1502:* Dictus Symon, filius Iohannis, filius quondam Willelmi Wijten, dicta reliqua novem bonaria terre hereditarie supportavit Franconi, filio Iohannis dicti Knoep, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] februarii.

lesen, want joncker Henrick van der Keelen, rentmeester myns genedige heren des eertshertoge van Oistryck, hertoge van Brabant etc. in zynre stad ende meyerye van sHertogenbosch, in fauten ende gebreke van betalinge geweest van vier ende dartich alde groten die myn voirs. genedige heer jairlix ende erflic vergelden heeft vuyt seventhien buenderen heyden, toebehoerende Willemen Wyten, gelegen in de prochie van Haren, et sic terminantem 'In kenesse der wairheyt, soe heb ic, rentmeester voirs., mynen zegel hier aen gehangen ende hebbe voirt versocht van myns genedichs heren wegen voirs. die mannen van leene voirgenoempt hoir segelen hier aen te hangen. Ende want wy Henrick van Berct, Goyart Rembouts, Dirck Sappeels, Willem Poynenborch ende Henrick Engbrechts, mannen van leene voirs., ten versueck des voirs. rentmeesters daer aen ende over gestaen hebben dair alle poincten gescieden gelyc voirs. steet, soe hebben wey des te orconden onse zegelen by des voirs. rentmeesters zegele oic aen dese litteres gehangen. Dit wairt gedaen ende gegeven opten drie ende twentichsten dach der maent decembris int jair ons Heren duysent vier hondert drie ende tnegentich', ad opus sui et ad opus Andree Byerkens sub sua custodia tenere promisisset que idem Johannes de Vlierden super omnia et habenda dicto Andree, quod ipse eidem Andree supradictam litteram tenderet, porrigeret et concederet sanam et integram tociens quociens idem Andreas eadem litteram indigeret ad ius suum petentem sub conditione tamen inibi contenta, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Andreas recognitionem et promissionem pretactas hereditarie supportavit dicto Symoni, filio Johannis, filii quondam Willelmi Wyten, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXVIII[a] aprilis, quinta post Cantate.

R1270, fol. 311v
2 oktober 1502
Raas Raessen en Lambert Millinck

Dictus Bartholomeus, filius quondam Henrici van der Scaft, promisit super omnia et habenda dictum Symonem, filium quondam Johannis, filii quondam Willelmi Wyten, in contractu A nominato, et eius bona de et ab omnibus promissionibus, veris et non fictis, per ipsum Symonem occasione dicte supportationis dictorum novem bonariorum terre quovismodo factis atque dampna indempnem servare.
Testes Raessen et Millinc, datum secunda octobris.

R1270, fol. 311v
21 februari 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Symon iam dictum etc., recognitionem et promissionem hereditarie supportavit Franconi, filio Johannis Knoep, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[ta] februarii.

R1270, fol. 311v-312r
29 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Everardus, filius quondam Everardi dicti die Snyder, Henricus, filius quondam Willelmi dicti de Herenthom, Mathias, filius quondam Henrici dicti van den Meeracker, et Johannes, filius quondam Mathie dicti Scoemekers, hereditarie vendiderunt Katharine, relicte quondam

Gerardi de Hazelberch, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente dicti Everardi, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Aent Schoer, inter hereditatem Johannis dicti van der Goyendonck ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Boekelman ex uno *(sic)*, tendente ab hereditate spectante ad mansum, dictum totter hoeven te Schoer, ad communem plateam; item ex uno sextariata terre dicti Everardi, sita in dicta parrochia Aen den Steenoeven, inter hereditatem Jordani Vrients ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Goyendonc ex alio, tendente ab hereditate Jacobi Tymmermans ad hereditatem domicelli Yewani de Cortenbach; item adhuc ex una sextariata terre eiusdem Everardi, sita ibidem, inter hereditatem ad dictum mansum, Ten Schoer vocatum, ex uno, que latere tendente ab hereditate, ad mansum Ten Bogart spectantem, ad communem plateam; item ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente dicti Henrici, sita in parochia predicta, ad locum dictum op Krempselaer, inter hereditatem cuiusdam Hospitalis Mulierum, siti in parochia predicta ex uno et inter hereditatem Erberti, filii quondam Arnoldi dicti de Erpe, ex alio, tendente alias ad communem plateam; item de et ex omnibus bonis dicti Mathie, habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus ac reperiendis; item de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi mutuo adiacentibus, modiatam terre vel circiter continente dicti Johannis, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Op Loenen, inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Henrici Weynen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Petri Emondts, Arnoldi die Doncker et heredum quondam Theoderici van den Voirt ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem Johannis dicti die Pelser, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione dimidii modii siliginis et novem grossis antiquis ex dictis duabus sextariatis terre dicti Everardi; item hereditario censu decem librarum monete, hereditario censu quinque librarum eiusdem monete, duobus modiis ordei necnon novem et dimidio lopinis siliginis atque sex denariis, stuvers vocatis, census fundi ex domo, area, horeo, orto ac hereditatibus dicti Johannis; item uno denario, gwillelmustuyn vocato, ex dicta pecia terre dicti Henrici, diversis personis prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere. Testes Toelinc et Paeuweter, datum penultima aprilis, sexta post Cantate.

R1270, fol. 312r
29 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum nonaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictus venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 312r
29 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Everardus, Henricus, Mathias

et Johannes palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt, videlicet quod dictus Everardus duos florenos et duas partes unius consimilis floreni, dictus Henricus unum florenum et terciam partem unius floreni, dictus Mathias unum florenum Renensium et dictus Johannes unum consimilium florenum Renensium dicti census exnunc deinceps dabet et solvet, necnon redimet et acquitabit, dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se hereditates suas pretactas ac bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 312r
29 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Judocus dictus Moll, filius quondam Johannis, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Wetten, filii quondam Ghiselberti de Wetten, filii quondam Rodolphi, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, sita in parochia de Rode Sancte Ode, in pastoria de Eerscot, ad locum de Aenscot, inter hereditatem Nycolai van den Broeck ex uno et inter hereditatem Elisabeth, filie quondam Theoderici van den Broeck, ex alio atque ex edificiis in dicta parochia terre consistentibus, quam pactionem predictam dictus Theodericus de Wetten, filius quondam Ghiselberti de Wetten, filii quondam Rodolphi, hereditarie supportaverat Franconi de Langel ad opus dicti Judoci Moll et eodem assignaverat tamquam marito dicte Mechtildis, sue uxoris, iuxta formam et tenorem testamenti quondam Arnoldi Heer, filii quondam Ghiselberti, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto van Afterbosch, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 312r
29 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Judocus dictus Mol, filius quondam Johannis dicti Moll, filii quondam Martini dicti Aleytensoen, hereditarium censum trium librarum monete solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, iuxta portam dictam sHeilichs Cruyspoirt, inter hereditatem olim Henrici dicti Hacken, fabri, ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van den Hoeven ex alio, quem censum predictus dictus Johannes Moll, filius quondam Martini dicte Aleytenss., erga Wolterum, Henricum et Ghiselbertum, frates, liberos quondam Engberti, filii quondam Ghiselberti dicti die Zegher, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni van Afterbosch simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens dictus Judocus ut debitor principalis super se et bona sua omnia, ab eo ad prius habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 312v
29 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Laurencius, filius quondam Johannis de Bladel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Lane, sue uxoris, filie quondam Goeswini Heer, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantem in tredecim et dimidio hont terre vel circiter, sita in parochia de Os, ad locum dictum Op Mekelendonck, inter hereditatem Mercelii de Goch ex uno et inter hereditatem Johannis Robben ex alio; item in uno iugere terre et modiorum plu *(aldus, lees* plus*)*, sito in dicta parochia de Os, ad locum dictum den Cruysenbeempt, inter hereditatem heredum quondam Willelmi die Loyer ex uno et inter hereditatem Nycolai Arntss. ex alio; item in tribus hont terre vel circiter, sitis in eadem parochia, ad locum dictum Opten Rushoevel, inter hereditatem heredum quondam Symonis de Gheel ex uno et inter hereditatem heredum quondam Geertrudis, relicte quondam Johannis Lamberts, ex alio; item in duobus hont terre, sitis ibidem, ad locum dictum Opt Meervelt, inter hereditatem heredum quondam Gerardi Pelgroms ex uno et inter hereditatem Theoderici die Weyer ex alio, in ea quantitate qua premissa ac omnes hereditates pretacte ibidem sunt situate et ad dictum quondam Goeswini Heer spectare consueverant, que integre hereditates iamdicte dicto Laurencio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Lane, sue uxoris, et Petro, filio Theoderici die Cangieter, tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini, pariter mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit dicto Petro, filio Theoderici die Cangieter, simul cum dictis litteris et cum quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus et cum toto iure sibi in dictis litteris et in hiis que continentur in eisdem occasione dictarum hereditatum quovismodo competente, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Lane, sue uxoris, deponere, exceptis tamen conditionibus, recognitionibus et promissionibus in dictis litteris divisionum contentis et eisdem semper salvis reservatis et in suis robore et vi permansuris.
Testes Kuyst et Toelinc, datum penultima aprilis, sexta post Cantate.

R1270, fol. 312v
29 april 1502
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Magister Franciscus Toelinc promisit ut debitor principalis Theoderico Colen die Bever, receptori pro tempore conventus Sancte Clare, siti in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem conventui hereditarium censum duorum peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum de et ex quodam manso dicti magistri Francisci, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, atque de et ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus ac reperiendis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi hereditario censu unius scuti antiqui atque hereditaria pactione unius maldri siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus magister Franciscus primodictum censum duorum florenorum Renensium redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante trigintaduobus peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus Colen nomine dicti conventus hoc palam et consentiit, hoc tamen salvo quod idem magister Franciscus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni receptori pro tempore dicti conventus legitime preintimabit.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 312v
29 april 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Arnoldus, filius quondam Petri dicti van der Weteringen, promisit super omnia et habenda Johanni dicto die Leeuwe Arntss., aurifabro, viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 313r
30 april 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Theodericus de Bosichem, filius quondam Rutgeri, promisisset ut debitor principalis Elisabeth, filie quondam Willelmi Moelen, quod ipse daret et solveret eidem Elisabeth hereditarium censum decem aureum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers pro quolibet florenos et tres grossos monete Brabancie pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti Theoderici, sitis in Buscoducis, ad locum dictum den Hoigen Steenwech, inter hereditatem Godefridi die Bye ex uno et inter hereditatem Gerardi van den Broeck ex alio, prout in litteris, cumque dicta Elisabeth Moelen, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarantem inter cetera inibi contenta et ordinata asseruisset se habere solvendum dictum hereditarium censum decem florenorum Renensium ex domo et hereditatibus dicti Theoderici de Bosichem, quem censum legavit Yde de Brede, begine Curie Beginarum in Buscoducis, ad eius vitam et non ultra habendum et possidendum, post vero eiusdem Yde obitum legavit eundem censum e iure testamenti reliquit Johanni et Arnoldo, fratribus, liberis quondam Bernardi Geritss. ~~die~~ dicto Huedemekers, ad sue voluntatis libitum disponendum et convertendum unacum singulis litteris desuper mentionem facientibus, ut videbatur, in quod instrumento contineri et cum deinde dicta Yda vite sue diem clausisset extremum, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus medietatem dicti census decem florenorum Renensium ad ipsum spectantem, hereditarie supportavit michi ad opus Elisabeth, relicte quondam Arnoldi dicti die Hoessche, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti quondam Johannis, sui fratris, et dicte quondam Elisabet Moelen ac quorumcumque suorum heredum et successorum necnon eorundem heredum eorundem quondam Johannis et Elisabet deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum ultima aprilis, sabbato post Cantate.

R1270, fol. 313r
29 april 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Alsoe Barber, weduwe wylen Gerit Jacops, tanderen tyden in huwelixen vorwarden die getracteert was tusschen Herman, zoen wilneer Dircx Henric Pelgromss., ter eenre ende Cristynen, dochter Barbaren ende Gerit Jacops voirs., ter ander zyden, onder meer anders gegeven ende geloeft hadde veerthien mergen lants, gelegen tot Leckerkerck in den Hoeck, met zulker condicien soe wanneer als drie jaren doen naestcomende geleden soude zyn, soe soude Herman voirs. zynen koer hebben oft hy die voirs. vierthien mergen lants soude willen hebben ende behouden oft dair voir hebben die somme van vierhondert ende vyftich

Rynsgulden, gelyc dat in eenre huwelixer vorwarden tusschen Herman ende Cristynen voirs. gemaect, clairlycken is begrepen ende want dan die voirscreven Herman achtervolgende der huwelixer vorwarden voirs. gecoeren heeft voir die voirs. vierthien margen lants te hebben die voirs. somme van penningen, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Herman, als man ende mombaer der voirs. Christinen, zynre huysvrouwen, ende heeft oepenbairlic gekent ontfangen te hebbene van den voirs. Barbaren die somme van vierhondert ende vyftich Rijnsgulden, tot twentich stuvers tstuck gerekent, ende scelt dair af quyt der voirs. Barbaren hair gueden ende alle andere des quitantie behoevende.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXIX[a] aprilis, sexta post Cantate.

R1270, fol. 313r-v
30 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Symon, filius quondam Reyneri Jan Ghybenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Deynaldi dicti van den Horinck, hereditarie vendidit domino Nycolao Langsmyt, presbitero, hereditariam pactionem notanter unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere absque omni precaria domini nostri ducis aliisque exactionibus et incommodis tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus et prato sibi mutuo coadiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Zoemeren, inter hereditatem Lamberti, filii quondam Gerardi Ghybenss., et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Nycolai dicti Deelen, ex alio, tendentibus a communi platea ad quedam prata, dicta die Romselsche Beemden; item ex pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente eiusdem venditoris, sita in parochia de Zoemeren in agris dictis die Veltemsche Eckeren, inter hereditatem Domus de Postula ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Thome Trudenss., ex alio, tendente a communi aqueductu ad hereditatem Godefridi dicti van den Wyer, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria paccione trium modiorum siliginis Johanni dicto van den Merendonck prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Vladeracken et Hynden, datum ultima aprilis, sabbato post Cantate.

R1270, fol. 313v
30 april 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sexaginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuvers, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 313v
7 mei 1502
Frans Toelinck en Goessen van den Hezeacker

Johannes, filius quondam Johannis, filii quondam Andree Dircxsoen, pellificis, agrum terre cum lignicrescentia, situm in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Bruggen, inter hereditatem heredum quondam Henrici Beckers ex uno et inter hereditatem Henrici Sanders ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, quem agrum terre cum lignicrescentibus predictis predictus Johannes unacum certis aliis bonis et hereditatibus erga Johannem, filium quondam Danielis Lucaszoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo dicto Reynerss. ad opus sui et ad opus Lamberti die Wolff et Johannis de Ouden, tamquam decanorum pro tempore Confraternitatis Venerabilis Sacramentis, fundate in quadam capella, sita in ecclesia Fratrum Predicatorum in Buscoducis, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione agri, terre et lignicrescentie predictorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Hezeacker, datum VII[a] maii, sabbato post Vocem.

R1270, fol. 313v-314r
2 mei 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Wy Hezeacker ende Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen is geweest Margriet, wittige huysvrou Lodewichz. Beys, ende heeft geconstitueert ende mits desen constitueert Ghysbrechten van Straten, haren zoen, ende Coenrarden Claess., hair wittige procureurs ende facteurs, gevende ende verlenende denselven volcomen macht voir hair ende in haren name voir den eerwerdigen wysen ende voirsienigen heren cancellier ende Raide van Brabant te compareren ende aldair te approberen, te ratificeren ende te prysen, zoe verre hair aengaet, alsulkene uutsprake ende arbitrael sentencie als tusschen den voirs. Lodewigen ter eenre ende der voirs. Margrieten Ghysberden, haren soen, ende den voirs. Coenrarden ter ander zyden opte gescillen ende twisten tusschen beide wesende ende dairaf dat se in recht hingen uuytgesproken ende pronuncieert is by meester Gerarden van Gronssel, alhier in presentien, meester Jans van Vladeracken en Jannen Kanapart, meester Claess. Kuyst ende Ghysbrechden Henricxs. die Bruyn ende generaliter in haeren name allet voirts dair inne als totter laudacien ende lovinge der voirs. uutspraken te doen des dairtoe ende inne behoeren sal ende van noode wesen gedain te werdene, gelovende die voirs. Mergriet opte verbyntenisse van haren gueden vast ende stedich te houden allet geen ende zoe was by den voirs. Ghysberden ende Coenrarden tsamentlic van hare wegen ende in haren name dair inne gedaen sal werden.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen aen desen brief doen hangen, gegeven opten twesten dach in meye.

R1270, fol. 314r
4 mei 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Adrianus, filius Willelmi Michielss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, relicte quondam Gerardi dicti van den Koeveringe, promisit ut debitor principalis Gerardo, filio quondam Henrici Gielissoen, quod ipse dabet et solvet eidem Gerardo, filio quondam Henrici, vitalem pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet vita dicte Henrice, uxoris dicti Adriani, durante et non ultra Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradet de et ex omnibus suis bonis, habitis et habendis. Promisit insuper warandiam, et satisfacere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum quarta maii, quarta post Vocem.

R1270, fol. 314r
4 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Bartholomeus, filius quondam Arnoldi dicti Meeuss. de Eerssel, super quibuscumque causis, querelis, actionibus et impetitionibus quibus mediante ipse aut sui post ipsum heredes et successores impetere seu gravare posset dominum Petrum Ghysen Arntss., presbiterum, et suos post ipsum successores in quocumque iudicio spirituali vel seculari occasione quacumque id fieri poterit usque in diem presentem, ut dicebat, atque super toto iure ad opus dicti domini Petri, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 314r
4 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dominus Petrus Ghysen, presbiter, filius quondam Arnoldi Ghysen, hereditariam pactionem quatuordecim sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Bartholomeus, filius quondam Arnoldi Meeuss., promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto domino Petro anno quolibet hereditarie Nativitatis Marie et in Buscoducis traditurum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Eerssel iuxta communem plaetsam ibidem, inter hereditatem dicti Arnoldi Meeuss. ex uno et inter hereditatem Theoderici de Voirmalen, Johannis Quackelair et Johannis Peelmans ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam aliam plateam ibidem, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Jacobi dicti Quackelairs, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 314r
4 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Dictus Johannes, filius quondam Jacobi Quackelairs, promisit super omnia et habenda dicto domino Petro triginta quatuor peters, XXIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 314r
3 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Hadewigis, relicta quondam Johannis Palm de Wach, et Anthonia, relicta quondam Willelmi die Jonger, promiserunt super omnia et habenda Engberto de Uden sedecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Vladeracken et Hynden, datum tercia maii, tercia post Vocem.

R1270, fol. 314v
4 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Frans Toelinck

Henricus dictus van den Venne Janss., Johannes, eius filius, necnon Nycolaus, filius Nycolai Aelbertss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie dicti Henrici van den Venne, super medietate cuiusdam pecie prati dicti den Pennekart, site in parochia de Zonne, inter hereditatem Laurencii, filii quondam Willelmi dicti Wreynssenss., ex uno et inter hereditatem Jacobi Sperren ex alio, tendente a quodam fossato dicto den Kamsgrave ad communem plateam dictam die Pennekarstraet; item adhuc super medietate unius lopinate terre, dicte den Velderhoff, site in dicta parochia, inter hereditatem Rutgeri Nagelmekers ex uno et fine uno et inter quasdam hereditates, dictas die Flaes, et hereditatem Happonis Hoymaker ex alio, tendente cum fine uno ad communem plateam, die Velderstraet vocatam, ut dicebat, atque super toto iure eis in litteris quibuscumque mentionem inde facientibus quovismodo competente ad opus Johannis, filii quondam Johannis dicti der Weduwer, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Henrice necnon ex parte reliquorum liberorum dicti Henrici van den Venne ac suis heredum deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum quarta maii, quarta post Vocem.

R1270, fol. 314v
deze akte is onvolledig

Arnolda,[29] relicta quondam Jacobi, filii quondam Godefridi dicti die Wael, cum tutore usufructum necnon totam partem et omne ius ad ipsam, ut dicebat, spectantem in hereditaria paccione duorum et dimidii modiorum mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex quodam campo terre, quinque iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hiintham, inter hereditatem Sororum de Orthen ex uno et inter hereditatem Christiani van den Meeracker ex alio, quam pactionem predictam dictus Jacobus erga dominos Marcelium die Lu, priorem, Gerardum Kepkens suppriorem, Willelmum Haertscheen, cellerarium, Rutgerum Dicbier et Henricum Mostart, conventuales conventus.

R1270, fol. 314v
7 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Arnoldus dictus Reyneruss. promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Johannis, filii quondam Andree Dircxs., vigintisex Rijnsgulden, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon duos et dimidium stuvers Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum VII^{a} maii, sabbato post Vocem.

R1270, fol. 314v
7 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

[29] *in de marge:* vacat.

Arnolda, relicta quondam Jacobi, filii quondam Godefridi die Wael, cum tutore usufructum necnon totam partem et omne ius ad ipsam spectantem in hereditaria paccione duorum et dimidi modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quodam campo, terre quinque iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Sororum de Orthen ex uno et inter hereditatem Christiani van den Meeracker ex alio, quam pactionem predictam dictus Jacobus erga dominos Mercelium die Lu, priorem, Gerardum Kepkens, supperiorem, Willelmum Haertscheen, cellerarum, Rutgerum Dicbier et Henricum Mostart, conventuales conventus de Porta Celi prope Buscoducis, ordinis fratri Willelmi, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit michi ad opus Conventus Sororum Regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, simul cum dictis litteris et iure et arrestadiis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 315r
6 mei 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Petrus, filius quondam Johannis van Yeckendonck, pro se ipso et Henrico, suo fratri, quatuordecim vasa siliginis hereditarie pactionis mensure de Helmont, solvendi hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac suis attinentiis, sitis in parochia de Stiphout, iuxta hereditatem heredum quondam Thome Kivyts ex uno et inter hereditatem heredum quondam Laurencii Laureynss. ex alio; item ex huiusmodi parte seu porcione bonorum Michaeli, filio quondam Willelmi Pouwelss., de morte dicti Willelmi, sui patris, advolutorum, dudum supportata Franconi de Langel ad opus dictorum Petri et Henrici, liberorum quondam Johannis van Yeckendonck, ab Henrico, filio quondam Arnoldi Goessenss., prout in litteris, hereditarie supportavit domino Anthonio, filio Henrici, filii quondam Arnoldi Goessenss., presbitero, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte suis et dicti Henrici, sui fratris, deponere cum condicione consueta.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum VI^{ta} maii, sexta post Vocem.

R1270, fol. 315r
9 mei 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Aelbertus, filius quondam Symonis de Hedel, tamquam maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filie Lamberti de Gerwen, filii Mathie de Gerwen, filii quondam Lamberti de Gerwen, peciam terre, unum bonarium terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Berliikem, ad locum dictum die Loeffoirt, inter hereditatem heredum quondam Wolteri Goetscalcx ex uno et inter hereditatem eorundem heredum et Celye dicte Bucx ex alio, de qua pecia terre Thomas, Willelmus, Johannes et Ghyssella, liberi dicti Lamberti de Gerwen, quatuor quintas partes totamque partem et omne ius ad ipsos in eadem pecia terre spectante dicto Aelberto, filio quondam Symonis de Hedel, tamquam marito et tutori legitimo dicte Marie, sue uxoris, hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio Lamberti dicti Mannarts, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Marie, sue uxoris, deponere. Promisit insuper super premissa in causa quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dicta

pecia terre plus fore solvendum quam census fundi ad duos grossos antiquos vel circiter ascendente domino de Helmont, hereditaria pactio dimidii modii siliginis cuidam Theoderico die Droechsceerder et hereditarius census octo librarum monete conventui de Porta Celi prope Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, hoc plus dictus Aelbertus prefato Henrico penitus deponet.
Testes Kuyst et Toelinc, datum IX[a] maii, secunda post Exaudi.

R1270, fol. 315r
1 februari 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Symonis de Hedel, prebuit ad redimendum premissa e iure proximitatis, et optinuit.
Testes Brecht et Borchgreve, datum prima februarii.

R1270, fol. 315r-v
9 mei 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Godefridus, filius quondam Nycolai Goyartss., hereditarie vendidit michi ad opus Egidii, Petri et Henrici, fratrum, et Hadewigis, eorum sororis, liberorum quondam Egidii dicti de Gheel, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et in Buscoducis de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti venditoris, maldratam terre vel circiter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum opte Poeldonck, inter hereditatem Mathei Poynenborchz. ex uno et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Johannes Glauymans, ex alio, tendente a communi platea ad quandam communem stegam; item adhuc ex agro terre eiusdem venditoris, maldratam terre vel circiter continente, sito infra libertatem et ad locum predictum, inter hereditatem Rodolphi dicti Roelenss. ex uno et inter hereditatem hereditarie dicti de Mosvenne ex alio, tendente ab hereditate reliqua dicti venditoris ad quendam aggerem, dictum den Reyndoncschen Dyck, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris antique pecunie hereditario censu quinque librarum monete et hereditaria paccione unius modii siliginis ex domo, area et orto ac hereditatibus predictis necnon hereditario censu quinque librarum monete, ex dicto agro terre prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor dictum censum duorum florenorum Renensium redimere et acquitare poterit perpetue cum triginta duobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout Arnoldus dictus Janss. et Johannes, filius Petri Hermanss., tamquam mamburni dictorum liberorum, hoc palam recognoverunt et consentierunt, hoc tamen salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato mamburnis aut liberis pretactis legitime preintimabit absque dolo.
Testes Hynden et Toelinc, datum IX[a] maii, secunda post Exaudi.

R1270, fol. 315v
10 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Frans Toelinck

Jacobus die Witte, filius quondam Hugonis, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Geritss. van Vladeracken, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Theoderici de Os alias de Hees, hereditarium censum octo novorum florenorum per archiducem Philippum pronunc noviter monetatorum, iusti ponderis, dictorum nyewe Philippusgulden nu by den ertshertoge Philips gemunt, gerecht van gewicht, vel valorem eorundem in alia bona pecunia, solvendum hereditarie Servacii episcopi et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis ad vicum dictum Aen den Hoigen Steenwech, inter hereditatem Gerardi dicti van den Broeck ex uno et inter hereditatem Laurencii Boyen et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto vico ad aquam ibidem retro currentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi necnon quadragintaquinque stuferis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum X^{a} maii, tercia post Exaudi.

R1270, fol. 315v
10 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum centum et viginti consimilibus novis florenis per archiducem Philippum ante datam presencium monetatis, iusti ponderis, dictis nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, voir daet van desen gemunt et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 315v-316r
10 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Dirk van Hijnden

Notum sit universis quod cum Rycoldus, filius quondam Barthelomei dicti Rycoutss. van den Bergelen, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum domino Johanni de Andel, canonico et cantori ecclesie collegiate Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, ad opus cantorie eiusdem ecclesie, hereditariam pactionem octo modiorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex quodam manso qui fuerat olim dictum quondam Aelberti dicti Buck, postea domini Arnoldi dicti Buck, sigilliferi Leodiensi, sito in parochia de Berlykem, ad locum dictum Belveren, et ex singulis suis terris, pratis, pascuis, mericis et aliis attinentiis eiusdem mansi universis ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, prout in litteris, cumque dominus Henricus de Berse, canonicus et cantor ecclesie collegiate predicte, dictum mansum cum suis attinentiis predictis ex causa defectus solutionis supradicte pactionis iuridice evicisset atque erga Mercelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisivisset et cum deinde idem dominus Henricus de Berze necnon domini Gerardus de Eyck et magister Henricus de Campo, capitulares et canonici capituli dicte ecclesie eiusdem mansum cum suis attinentiis predictis hereditarie supportassent magistro Nycolao Kuyst ad opus magistri Henrici Ghyzels, filii quondam Ghiselberti, vinitoris, promisissentque iidem domini Henricus de Berze, Gerardus de Eyck et magister Henricus de Campo sub obligatione omnium bonorum dicte cantorie ac dicti capituli ratam servare,

obligationem et impetitionem ex parte eorum dicte cantorie necnon dicti capituli ac omnium capitularium, presentium et futurorum, deponere, salvis et dicte cantorie reservatis dicta sua hereditaria pactione octo modiorum siliginis atque adhuc sua hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, prout in diversis aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Henricus Ghyzels promisit ut debitor principalis dare et solvere dicto domino Henrico de Berze ad opus dicte cantorie supradictas pactiones octo necnon unius et dimidii modiorum siliginis annuatim terminis et locis ad hoc debitis iuxta continentiam litterarum desuper confectarum de et ex manso et eius attinentiis predictis necnon de et ex quodam campo terre dicti magistri Henrici Ghyzels, vigintiquatuor iugeribus terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berlykem, ad locum dictum aen de Werfst, inter communitatem seu communem plateam circumquaque adiacentem, quem campum terre iamdictum idem magister Henricus Ghyzels ad maiorem securitatem solutionis dictarum pactionem octo necnon unius et dimidii modiorum siliginis pro eisdem pactionibus ad pignus imposuit et iure hereditario firmiter obligavit necnon imponit et obliga *(sic)* per presentes, promittens super omnia et habenda warandiam de dictis pactionibus et quod ipse dictum mansum cum suis attinentiis ac campum predictum pro solutione earundem pactionum prefate cautonem annuatim exinde, ut premittitur, solvendarum sufficientem bene valentia semper efficiet et satissecura.
Testes Hezeacker et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 316r
10 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Dirk van Hijnden

Dictus magister Henricus Ghysels promisit super omnia et habenda dicto domino Henrico de Berze, cantori, viginti octo modios siliginis mensure de Buscoducis Remigii confessoris proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 316r
11 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Arnoldi Lambrechtss., et Yda, eius uxoris legitima, necnon Romboldus dictus Lucass. die Becker, promiserunt indivisi super omnia et habenda Petro dicto Butkens, multori, tres et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Pasche proxime futuro, item tres et dimidium consimiles peters a Pasche proxime futuro ultra annum, item tres et dimidium consimiles peters a Pasche proxime futuro ultra duos annos necnon ad tres et dimidium consimiles peters a Pasche proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Franciscus Toelinc et Arnoldus Paeuweter, datum undecima die mensis maii, feria quarta post dominicam qua cantatur Exaudi.

R1270, fol. 316v
11 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Alsoe Peter Butkens hadde doen gedaigen Dircken geheiten Rombouts, zoen wilner Arnt Lambrechts, ende denselven verreyct hadde voir die somme van twentich Rijnsgulden, nae

inhoude van enen signett dair op gegeven ende dieselve penningen by goeder rekeningen reduceert zyn op vierthien peters van XIX stuvers tstuck, huyden des daigs geloeft den voirs. Peteren van Dircken voirs. Yden, zynre huysvrouwen, ende Rombouden Lucassoen nae inhoude van enen scepenen sculdbrief dair op gemaect, ende die voirs. penningen mede aentreffen zouden den brueder van Peter Butkens voirs., zoese seeghden, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Peter Butkens ende heeft geloeft super omnia et habenda den voirs. Dircken ende Yden, zynre huysvrouwen, van allen scaide die hen comen mach van den brueder des voirs. Peters ten ocsuyne der voirs. penningen in eniger manieren te releveren ende scadeloos te ontheffen, mede bekennende die voirs. Peter hem vernuegt te wesene van den penningen in den signett voirs. begrepen, beheltelycken hem nochtans die vierthien peters in den voirs. sculdbrieff begrepen, die te manen ende te heffen opte termynen dairinne assigneert sonder argelist.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XI[a] maii, quarta post Exaudi.

R1270, fol. 316v
11 mei 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Peter geheiten Achten ende Henricxken, zyn wittige huysvrou, dochter wilneer Jans Henrick Wouterssoen, ende weduwe wylen Rutgers van Zeelant Ariaenzoen, derselver Henricxken ende wylen Rutgers voirs. als van den iersten bedde gewonnen Roeloff, zoen Peters ende Henricxkens voirs. als van den nabedde, ende Laureyns Wouter Arntszoen, als man ende mombaer Margrieten, zynre huysvrouwen, oick dochter Peters ende Henrixkens voirs. van den nabedde, voir henselven ende hoir erfgenamen ende nacomelingen ende Henrick ,natuerlycke zoen wilneer Henric Tyelmans, droechscerder, van denselven Henricken Tyelmans ende Katherynen, dochter wylen Henric Wouters voirs., tsamen gewonnen ende Lucas Jans Michielszoen ende Margriet, zyn huysvrou, natuerlycke dochter Jans die Mollenaere, van denselven Jannen ende der voirs. Katherynen tsamen gewonnen, voir henselven ende voir hen kynderen, erfgenamen ende nacomelingen hebben oepenbairlic bekent ende beleden van Ghysbrechten ende Dircken, gebrueders, zoenen wylen Goyarts Gielis van Gestel, als gecoeren executoirs des testaments wilneer Henricx, zoen des voirs. Henric Wouters, ontfangen te hebbene goede wittige rekeningen, bewys et reliqua als van hoeren regimente, beweynde ende executoirsscap dat se gehadt hebben van den gueden die hen by den voirs. wylen Henricken Henric Wouterszoen in zynen testamente besett gelaten ende by der doot desselfs Henricx gebleven ende aengecomen zyn ende scauden dieselve dairaf quyt ende bedanckten hen voirts des van boven tot beneden van den goeden executoirsscappen ende guvernancien die se dairaf gedraigen hebben tot desen daige toe, gelovende voirts die voirs. Peter Achten, Henricxken, zyn huysvrou, Ariaen Roelof ende Laureyns onversceiden voir hen ende voir die voirs. Margriet, Laureynsen huysvrou, ende voirts voir hen erfgenaemen ende nacomelingen ende die voirs. Henrick Lucas ende Margriet, zyn huysvrou, onversceiden voir hen ende hoir kynderen ende erfgenaemen super omnia et habenda den voirs. Ghysberden ende Dircken dat zy denselven Ghysberden ende Dircken ende hoir gueden van den voirs. executoirsscap, beweynde ende regimente ende van der administracien die se gehadt hebben van den gueden voirs. ende van allen scaide die hen ten ocsuyn van dien enichsins toecomen mucht in enigen gerichten, geestelic oft werlic, oft anders in eniger manieren zullen quyteren, releveren ende gehelic scadeloos ontheffen sonder argelist.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 317r

12 mei 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Adrianus, filius Wolteri Willemss., quascumque suas bestias et pecora necnon quecumque sua bona parata, haeflike gueden communiter vocata, et domusutensilia atque quoscumque huiusmodi fructus ad ipsum e iure aratri spectantes, quos adhuc consistentia habet in hereditatibus dicti Wolteri, sui patris, sitis in parochia de Nysterle, ad locum dictum Vorstenbossche, ut dicebat, legitime supportavit michi ad opus Katharine, relicta quondam Lodovici van der Heyden, simul cum toto iure sibi in premissis quovismodo et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XII[a] maii, quinta post Exaudi.

R1270, fol. 317r
12 mei 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Wolterus, filius quondam Nycolai dicti Pluymen, hereditarie vendidisset Arnoldo, filio quondam Johannis Hadewigensoen, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto eiusdem venditoris, sitis infra libertatem de Oisterwyc, inter hereditatem Wolteri Bac, filii quondam Geerlaci, ex uno et inter hereditatem Hermanni Wyten ex alio; item ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicta communiter dat Cloetken, sita in parochia de Haren in agris ibidem, inter hereditatem Willelmi die Becker senioris ex uno et inter hereditatem, ad mansum dictum tGuet ter Stegen spectantem, ex alio, prout in litteris, et cum deinde Katharina, filia legitima quondam Johannis Hadewigen, hereditarie vendidisset Johanni, filio naturali quondam Johannis Beckers, huiusmodi successionem bonorum hereditariorum, dictam versterff van erfgueden, que sibi advoluta sunt ex parte sui patris et matris quocumque locorum in parochia de Bucstel consistentia vel aliunde, ut videbatur in litteris de Bucstel contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius naturalis quondam Johannis Beckers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii dicti quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Hadewigen, dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie supportavit Anthonio, filio quondam Arnoldi Wangen, simul cum dictis litteris et iure occasione dicte pactionis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Hadewigen, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 317r
12 mei 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum trigintasex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Anthonius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, filio naturali quondam Johannis Beckers, repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 317r

12 mei 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Barbara, filia quondam Johannis Melissoen, cum tutore, domum, aream et ortum, sitos infra libertatem de Os, ad locum dictum Aen den Hoevel, inter hereditatem heredum quondam Johannis Lambrechss. et Petre, filie quondam Michaeli Rommen, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Nollens ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dicta Barbara erga Henricum Meliszoen, pistorem, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Bernardo, filio quondam Willelmi die Brouwer, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte dicti Henrici Melissoen, pistoris, deponere, exceptis hereditario censu unius aurei denarii, reael communiter vocati, Mense Sancti Spiritus in Os, necnon hereditariis pactionibus ad quinque maldratas siliginis ascendentes, annuatim prius exinde e iure solvendis.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 317v
12 mei 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Dictus Bernardus, filius quondam Willelmi die Brouwer, promisit super omnia et habenda Thome, filio quondam Johannis Meliss., vigintiquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XII^{a} maii, quinta post Exaudi.

R1270, fol. 317v
12 mei 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Dictus Bernardus promisit super omnia et habenda dicto Thome vigintiquinque consimiles florenos Renenses a Remigii proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 317v
deze akte is onvolledig

Willelmus, filius quondam Johannis dicti Meeussoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Gerongii van der Heyden Geroncxss.

R1270, fol. 317v
12 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Arnoldi dicti van den Audenhuys, Jacobus, filius Aelberti dicti Gieliss., Martinus, filius quondam Johannis Gieliss., et Theodericus, filius quondam Petri dicti de Tardwyck, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Theoderici de Os alias de Hees, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureum florenum

Renensem, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, aureum florenum novos per archiducem Phillipum pronunc noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et aliam bonam pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Servacii epscopi et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendum de et ex quodam prato, dicto die Egelsvoirt, dicti Arnoldi, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Everschot, inter quoddam communem pratum, dictum den gemeynen beempt, ex uno inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Abenss., et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Henrici dicti Muts ad hereditatem dicti Jacobi, filii Aelberti Gieliss.; item ex quodam prato dicti Jacobi, septem plaustratas feni vel circiter annuatim portantes, sito ibidem inter hereditatem Willelmi de Zonne ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii Henrici Gieliss., ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad primodictum pratum dicti Arnoldi; item de et ex quodam manso dicti Martini, sito in dicta parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Creytenborch, videlicet domo, area, horreo, aliis edificiis, terris, arabilibus et pascualibus, sibi mutuo adiacentibus ac ceteris attinentiis eiusdem mansi singulis et universis sitis, inter hereditatem Henrici Huybenss. ex uno et inter hereditatem Symonis dicti van den Vest ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communitatem de Vechel; item ex quodam prato, quinque bonaria terre vel circiter continente dicti Theoderici, sito in dicta parochia de Rode, in loco dicto Iecschot, inter quedam prata dicta die Broeckschebuenre ex uno et inter quandam longam stegam, dictam die Lange Stege, ex alio, tendente ab hereditate Henrici die Leeuwe ad hereditatem seu quoddam pratum Henrici dicti die Tillair, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modi siliginis ex dicto prato dicti Jacobi atque censibus fundi ac sedecim stuferis necnon sex et dimidio modiis siliginis hereditarium pactionum ex dicto manso dicti Martini, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum XII^{a} maii, quinta post Exaudi, in profesto Servacii episcopi.

R1270, fol. 318r
12 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterunt redimere perpetue simul una pariter quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabunt eorum alter absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 318r-v
14 mei 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Johannes, Willelmus et Nycolaus, fratres, liberi quondam Theoderici Haertscheen, filii quondam Willelmi Haertscheen senioris, Nicolaus et Arnoldus, fratres, liberi, filii quondam Jacobi Haertscheen, filii dicti quondam Willelmi Haertscheen, videlicet iidem Nycolaus et Arnoldus pro se ipsis et pro domino Willelmo, eorum fratre, filio dicti quondam Jacobi Haertscheen, conventuali conventus de Porta Celi prope Buscumducis,

et Johannes, filius Chistianni de Dynther, tamquam maritus et tutor legitimus Eufemie, sue uxoris, filie dicti quondam Iacobi Haertscheen, domum, aream ac domum quandam posteriorem, dictam een torfhuysken, vacuam hereditatem, dictam een pleetsken, sibi retro adiacentem, sitos in Buscoducis apud Forum, inter hereditatem Godefridi Coppens die Zwertveger ex uno et inter hereditatem Johannis de Eymerica, pannicide, Arntss., quam idem Johannes dudum erga dictos venditores emendo acquisierat, quodam muro lapideo interiacente, necnon hereditatem Ermgardis, relicte dicti quondam Jacobi Haertscheen, sibi a dictis venditoribus dudum venditam ex alio, tendentem a Foro retrorsum usque ad hereditatem Everardi, filii quondam Everardi Colen, des scaelmekers, quandam via *(sic)* interiacentem, simul cum medietate muri lapidei iamdicti necnon medietate guttarii supra eundem murum consistentis quousque dicta hereditas dicti Johannis de Eymerica se extendet et cum aliis muris, tam lateralibus quam finalibus, et cum porta cloaca et puteo ad et iuxta dictam vacuam hereditatem, plaetsken vocatam, ibidem situatam et ad premissa spectantem; insuper quandam aliam domum sive cameram lateralem ibidem retro situatam iuxta quendam viculum, dictum dat Spoerstraecken, inter hereditatem dicte Ermgardis quodam muro lapideo interiacente ex uno et inter hereditatem Tyelmanni de Questenborch, vinitoris, filii quondam Tyelmanni, sibi a dictis venditorbus dudum venditam ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad dictum viculum, dat Spoerstraetken vocatam, simul cum medietate iamdicti muri lapidei et cum medietate guttarii ibidem retro consistentibus, unacum stillicidiis, penu, edificiis reliquisque iuribus et attinentiis ad premissa e iure spectantibus a terra sursum et econtra a summo deorsum, hereditarie vendidissent dicto Tyelmanno de Questenborch, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis idem Tyelmannus de Questenborch premissa sibi ut premittitur, vendita simul cum dictis litteris, aliis et iure, dedit ad hereditarium censum Arnoldo Keymp, filio quondam Gerardi Keymp, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi domino nostro duci ad unum denarium, stoeter communiter vocatum, ascendentem necnon hereditario censu quatuor librarum monete dominis decano et capitulo ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, aut illi seu illis sui vel quibus idem census e iure sit solvendum, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandum et solvendum ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu quinquaginta florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureorum florenorum cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictum gouden Andriesgulden, pro XX^{ti} novem, aureum florenorum Renensium, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferos, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios quoscumque seu aliam pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, sibi ad censum, ut dicebat, est datis, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ac omnes questionem proximitatem deponere, exceptis tamen huiusmodi conditionibus et ordinationibus inter dictum Tyelmanum ex uno et Juttam, relictam dicti quondam Godefridi Coppens Zwertvegers ex altera partibus dudum factis et initis eisdemque in suis vi et robore illesis permansuris. Promisit insuper super omnia et habenda in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex premissis plus fore solvendum quam supradicti census fundi, census quatuor librarum ac dictus census quinquaginta florenos Renenses aut si dicto Arnoldo premissa in toto vel in parte via iuris imposterum evinceretur, quo dictus Tyelmannus hoc plus et dampna ex huiusmodi evictione eveniencia unacum expensis litis ea occasione perpessis prefato Arnoldo penitus deponet et realiter refundet ac deponere et refundere tenebitur absque dolo. Quo facto dictus Arnoldus repromisit ut debitor

principalis se daturum et soluturum dicto Tyelmanno dictum censum quinquaginta florenorum Renensium anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis, sibi ad censum, ut dictum est, datis atque ex omnibus et singulis aliis suis bonis habitis et habendis. Testes Bogart et Toelinc, datum XIIII[ta] maii, sabbato post Exaudi, in profesto Pentecostes.

R1270, fol. 318v
14 mei 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue simul una pariter aut mediatim et mediatim, videlicet dictum integrum censum cum et mediante octingentis et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus aut medietatem eiusdem census cum quadragentis et vigintiquinque huiusmodi florenis Renenses, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Tyelmannus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 318v
14 mei 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Heilwigis, relicta quondam magistri Ghiselberti Michiels alias Luey, dedit michi ad opus domini Willelmi de Dommelen, presbiteri, ac Jordani de Boert ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 318v-319r
14 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dympna, filia quondam Wolteri Emontss., ab eodem quondam Woltero et quondam Christina, filia quondam Willelmi Valkenborchz., pariter genita, cum suo tutore super quodam campo dicto den Byecht, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen in loco dicto Eerten, ultra repagulum ibidem, inter hereditatem Johannis Andriess. ex uno et inter hereditatem Elisabet, relicte Mathei de Engelant, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate dicti Johannis Andriess. ad hereditatem Johannis Gysbertss.; item adhuc super pecia terre siliginee, ibidem contigue coadiacente, inter hereditatem heredum quondam Lamberti de Zoemeren ex uno et inter hereditatem Egidii die Houtseger ex alio; item adhuc super quodam campo, unum iuger terre vel circiter continente, sito ibidem, inter primodictum campum ex uno et inter hereditatem Johannis Lambrechts de Zoemeren ex alio, qui quidem campi et pecia terre siliginee predicti Gerardo, filio quondam Godescalci Geritss. alias Scellens, ab eodem quondam Godescalco de dicta quondam Christina, sua uxore, filia quondam Willelmi Valkenborchz, pariter genito, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Johannem, suum fratrem, ac Johannem, filium quondam Lamberti de Zoemeren, dudum habita in partem cesserat, prout in litteris divisionum, atque super toto iure ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi ad quinque stuferos et quartam partem unius huiusmodi stuferi ascendente, hereditarius census decem stuferorum et unum sextarium siliginis capitulo in Buscoducis, hereditarius census decem solidorum communis pagamenti investiture ecclesie Beginarum et hereditarius

census decem consimiles solidorum Mense Sancti Spiritus in Buscoducis atque hereditarius census viginti solidorum eiusdem pagamenti cuidam altari, sito in capella dicta ter Eyendonck seu Sancto Georgio ibidem, aut si dicto Gerardo de premissis aliquid imposterum iuridice evinceretur, quod ipsa Dympna hoc plus et huiusmodi dampna portabit et solvet ac portare et solvere tenebitur pro una quarta parte, prout eadem Dympna hoc palam recognovit et sub obligatione premissa dicto Gerardo adhuc promisit.
Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, fol. 319r
14 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicta Dympna super domo, area et orto et hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem heredum quondam Johannis Spronck ex uno et inter hereditatem Johannis Scellens ex alio, tendente a communi platea ad quendam campum Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, quiquidem domus, area, ortus ac hereditates predicti Johanni, filio quondam Godescalci Geritss. alias Scellens, ab eodem quondam Godescalco et dicta quondam Christina, sua uxore, filia quondam Willelmi Valkenborchz, pariter genito, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Gerardum, fatrem suum, atque Johannem, filium quondam Lamberti de Zoemeren, maritum et tutorem legitimum Yde, sue uxoris, filie quondam Wolteri Emonts, et quondam dicte Christine, sue uxoris, dudum habita in partem cesserant, prout in litteris divisionum scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenus continentur, atque super toto iure sibi in premissis quovismodo competente ad opus dicti Johannis, filii quondam Godescalci Geritss., hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, promittens insuper dicta Dympna cum suo tutore predicto sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et ex premissis aliquid fore solvendum aut si dicto Johanni premissa in toto seu in parte imposterum iuridice evincerentur, quod ipsa Dympna hoc aliquid et huiusmodi dampna portabit et solvet ac portare et solvere tenebitur, videlicet pro una quarta parte et non amplius absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 319r-v
14 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dicta Dympna cum suo tutore, ad hoc ab ea electo et ei a iudice rite dato, super domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus cum lignicrescentibus desuper stantibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Johannis Ghysbertszoen ex uno, tendente cum uno fine ad hereditatem Martini de Elmpt et cum reliquo fine ad hereditatem Wolteri Vuchs; item super pecia terre siliginee, unam lopinatam terre vel circiter continente, sita infra dictam libertatem, inter hereditatem Arnoldi Marss ex uno, tendente cum uno fine ad communem stegam ibidem; item adhuc super pecia terre siliginee, sita in parochia de Roesmalen, iuxta locum dictum by de Rayberch, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Engelant ex uno et inter hereditatem Willelmi Mertenss. die Olysleger ex alio, tendente ab hereditate domini Willelmi Watermaels, presbiteri, ad quandam stegam ibidem, dictam die Rist; item adhuc super pecia terre ibidem sita, dicta die Rist, tres lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem conventus Sancte Brigitte siti ibidem ex utroque latere et uno fine, tendendente cum alio fine

ad dictam stegam, die Rist vocatam, qui quidem domus, area, ortus, hereditates et pecie terre predicti Johanni, filio quondam Lamberti de Zoemeren, marito et tutori legitimo Yde, sue uxoris, filie quondam Wolteri Emonts, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Gerardum ac Johannem, fratres, liberos quondam Godescali Geritss., dudum habita in partem cesserant, prout in litteris divisionum scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius continetur, atque super toto iure sibi in premissis quovismodo competente ad opus dicti Johannis, filii quondam Lamberti de Zoemeren, hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper dicta Dympna cum tutore predicto in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex premissis plus fore solvendum quam hereditarius cencus decem librarum monete Sancto Georgio in capella dicta ter Zyeker, extra portam, dictam Pynappelspoirt, opidi de Buscoducis, aut si premissa dicto Johanni Lambertss. in toto vel in parte imposterum iuridice evincerentur, quod dicta Dympna hoc plus et huiusmodi dampna portabit et solvet ac portare et solvere tenebitur, videlicet pro una quarta parte et non amplius, absque dolo.
Testes Hynden et Bogart, datum XIIII[ta] maii sabbato post Exaudi, in profesto Pentecostes.

R1270, fol. 319v
14 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Gerardus[30] et Johannes, fratres, liberi quondam Godescalci Geritss. alias Scellens, ab eodem et quondam Christina, filia quondam Willelmi Valkenborchz, pariter geniti, et Johannes, filius quondam Lamberti de Zoemeren, tamquam maritus et tutore legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Wolteri Emontss., ab eodem quondam Woltero et dicta quondam Christina, filia quondam Willelmi Valkenborchz, pariter genite, super hereditario censu duarum librarum communis pagamenti, quem censum quidam Matheus dictus die Molnere annuatim et hereditarie dicto Woltero Emontss. solvere tenebatur ex domo sua et area, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Christine Theeuwens ex uno et inter hereditatem Willelmi de Weerdt ex alio; insuper super uno et dimidio iugeribus terre, sita in parochia de Roesmalen, in quodam campo ibidem aen de Hoich Vliedert, inter hereditatem Johannis Pynappel ex uno et inter hereditatem Mathie, relicte quondam Mathie Janss., ex alio, tendente a quadam stega ibidem ad quoddam fossatum, dictum den Leygrave, ut dicebat, atque super toto iure eis seu eorum alteri in premissis quovismodo competente ad opus Dympne, filie quondam Wolteri Emonts predicti, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Yde deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iure ex dicto uno et dimidio

[30] *later toegevoegd onder deze akte, d.d. 6 oktober 1502, met de toevoeging*: fiat pro notario ex predicto contractu: Dicta Dympna, filia quondam Wolteri Emontss., ab eodem et quondam Woltero et Christina, filia quondam Willelmi Valkenborch, pariter genita, cum tutore dicta unum et dimidium iugera terre hereditarie supportavit Martino, filio quondam Gerardi Ceelenss., cum litteris et iure, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere in una quarta parte premissorum, exceptis censu fundi ad dimidium stuver taxato domino duci atque hereditario censu duorum florenorum Renensium, XX stuvers vel valorem pro quolibet computando, dicto Martino annuatim ex dictis uno et dimidio iugeribus terre e iure solvendis, ut dicebat. Testes Brecht et Borchgreve, datum VI octobris.

iugeribus terre plus fore solvendum quam census fundi ad dimidium stuferos ascendente aut si dicte Dympne de premissis imposterum iuridice aliquid evinceretur aut si contrapignora dicti census imposterum insufficiencia inventa fuerunt et non satissecura, quod dicti Gerardus et Johannes, fratres, et Johannes hoc plus huiusmodi dampna et insufficiencia portabunt et solvet ac portare et solvere tenebuntur, videlicet pro tribus quartis partibus et non amplius, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 320r
19 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Arnoldus, filius quondam Geerlaci de Cleve, promisit super omnia et habenda Petro Pryker quinquaginta novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Bogart, datum XIX maii, quinta post Penthecostes.

R1270, fol. 320r
19 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Everardi Laureyns, et Henricus de Weerdt Henricxss., promiserunt super omnia et habenda divisi, videlicet quivis eorum pro una medietate, domino Johanni de Ouden, presbitero, duodecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 320r
19 mei 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Adrianus, filius quondam Martini Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Philippi Goyartss., decem et octo lopinos siliginis annue et hereditarie pactionis quos Adrianus, filius Petri Huibenzoen promiserat ut debitor principalis super se et bona sua omnia, ab eo eotunc habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda, dare et solvere dicte Elisabeth anno quolibet Purificationis ex domo et orto cum suis attinentiis, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum Eynthoeven; item adhuc ex pecia hereditatis, unius lopinate vel circiter, sita inter hereditatem Johannis Goyarts ex uno et inter hereditatem Johannis die Bye ex alio; item adhuc ex pecia hereditatis, trium lopinatarum vel circiter, dicta dat Ordelven, inter hereditatem Hermanni van den Hout ex uno et inter hereditatem Henrici Verhoeven ex alio, prout in litteris de Tilborch et Oirle videbatur contineri, hereditarie supportavit Adriane, sue matri, relicte dicti quondam Martini Artss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, ac suis heredum deponere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 320r
19 mei 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Wolterus, filius quondam Adriani dicti Meyermans, promisit ut debitor principalis dicte Adriane, sue sorori, filio dicti quondam Adriani, quod ipse dabet et solvet eidem Adriane hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Tilborch anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Tilborch predicta tradet et deliberabit de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Wolteri, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum ten Zwartenberch, inter hereditatem Arnoldi Willemss. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Scuyten ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Gerardi Back, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus grossis antiquis census fundi, hereditaria pactione dimidii modii siliginis necnon duodecim lopinis siliginis hereditarie pactione, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 320r-v
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Ghisbertus, filius quondam Johannis Wouterss., peciam terre, tres vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Berchen, ad locum dictum opt Berchensche Velt, inter hereditatem Alardi, filii quondam Constantini dicti Stanss sHoessens, ex uno et inter hereditatem heredum cuiusdam dicti Folpart Reymboutss. ex alio, tendentem a communitate de Berchen ad hereditatem Wolteri, filii quondam Jacobi Quattelss., cum pluribus aliis; item sextariatam terre vel circiter, sitam in dicta parochia, ad locum dictum aent Hagelcruys, et inter hereditatem Mercelii, filii dicti quondam Constantini dicti Stanss Shoessen, ex uno et inter hereditatem Jacobi Symonss. ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem dicti Wolteri, filii quondam Jacobi Quattels; item adhuc unam vasatam terre vel circiter, sitam in dictam parochia iuxta ecclesiam de Berchen, inter hereditatem investiture de ecclesie predicte ex uno et inter hereditatem Wellini Stricx ex alio, tendentem ad hereditatem fabrice dicte ecclesie cum uno fine et cum alio fine ad hereditatem Johannis Zebertss.; item adhuc dimidium iuger vel circiter, situm in parochia de Haren, territorii de Megen, in loco dicto Int Harensche Geerken, inter hereditatem Theoderici Willemss. die Hollander ex uno et inter hereditatem domicelle Johanne de Spralant ex alio, tendentem a quadam platea, dicta die Harenschestraet, ad hereditates quasdam dictas die Tusschen Ryt, quodam aqueductu interiacente; insuper adhuc dimidium iuger terre vel circiter, situm in eadem parochia de Berchen, ad locum dictum op die Ossergemeynt, inter hereditatem Henrici Zebertss. ex uno et inter hereditatem Reymboldi, filii quondam Henrici Donckerss., ex alio, tendentem a quadam stega, dicta die Osserstege, ad hereditatem Herberti Wouterss., ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Alardo, filio quondam Constantini dicti Stanss sHoess., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, braspenninc communiter vocato, domino de Megen, ex dicto dimidio iugere terre in Haren situato annuatim e iure solvendo, necnon aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservando spectantibus, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XIX[a] maii, quinta post Penthecostes.

R1270, fol. 320v-321r
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Johannis Pouwelss., et Boudewinus eius frater, filius dicti quondam Johannis Pouwelss., promiserunt ut debitores principalis indivisi magistro Johanni, filio quondam Theoderici Andriess., presbitero, ad opus sui et ad opus Hadewigis, sue matris, relicte dicti quondam Theoderici, quod ipsi dabunt et solvent eisdem magistro Johanni et Hadewigi, eius matri, ac diucius viventi ex ipsis in humanis vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census novos florenos per archiducem Philippum pronunc noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro viginti quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, anno quolibet ad vitam dictorum magistri Johannis et Hadewigis, sue matris, ac diucius ex ipsis viventis in humanis, mediatim prima decembris et mediatim prima junii, et pro primo solutionis termino prima decembris proxime futura et in Buscoducis libere tradent de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duodecim vasatas terre vel circiter continente dicti Henrici, sitis in parochia de Os, ad locum dictum opt Amstelsche Eyndt, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem reliquam eiusdem Henrici ex alio, tendente ab hereditate Gerardi de Heessel ad hereditatem Wolteri de Brede; item ex dimidio iugere terre eiusdem Henrici, sito ibidem ultra communem plateam ibidem protensam, inter hereditatem Lamberti de Brakel ex uno et inter hereditatem dicti Wolteri ex alio, tendente cum fine anteriori ad communem plateam ibidem; item ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi mutuo adiacentibus ac suis attinentiis, viginti unam lopinatas terre vel circiter continente dicti Boudewini, sitis in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Martini de Elmpt ex uno et inter hereditatem Jacobi Dircx, Jan Pouwelss. et liberorum quondam Martini dicti de Avensoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis, filii quondam Godefridi dicti van den Huls, ut dicebat. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu sex librarum monete ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Henrici, necnon censu fundi ad tres grossos antiquos ascendente, hereditaria pactione dimidii modii siliginis et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus dicti Boudewini ac ac pluribus aliis hereditatibus eiusdem Boudewini, prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 321r
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum trigintasex consimilibus florenis Renensibus et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Johannes pro se et dicta sua matre hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis promittentibus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem promittentibus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis magistro Johanni et Hadewigi, eius matri, seu alteri eorum legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 321r
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Boudewino, suo fratri, quod ipse Henricus dictam vitalem pensionem exnunc deinceps dabit et solvet ac redimet et acquitabit necnon dare et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eidem Boudewino ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 321r
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Zegerus, filius quondam Petri Zegerss., tamquam cantor pro tempore in Hildwarenbeke, dedit michi ad opus magistri Laurencii Back, presbiteri, et Johannis van den Wouwer ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi census, pactiones, ad dictam cantoriam spectantes usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 321r
19 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Godefridus, filius quondam Johannis Heren, promisit super omnia et habenda domino Franconii dicto sBruynen, presbitero, septuagintaquinque peters XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currentis pro quolibet computando, necnon tres modios siliginis mensure de Lyedrop, Pasche proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Lyedrop tradendam.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 321r-v
19 mei 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Henricus,[31] filius quondam Mercelii van der Erpt, hereditarie vendidit Bruystino, filio quondam Wellini Arntss., institori, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter unam modiatam terre vel circiter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum op die Cruysstraet, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter communem plateam alias undique adiacente; item ex alia domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, etiam modiatam terre vel circiter continente eiusdem venditoris, sitis in eadem parochia ad mericam ibidem, inter hereditatem Jacobi Dircx Heyenss. ex uno et inter hereditatem Aelberti Geritss. van Dyeperbeeck ex alio, tendente a quodam aggere, dicto den Donckerendyck, ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem

[31] *onder deze akte, d.d. 1 oktober 1610*: Pactio unius modii siliginis in hoc contractu comprehensa redempta et acquitata est ad manus Ode, filie quondam Johannis Maessoen, per Mathiam Willemss. de Herenthum. Actum I^{a} octobris anno XVI^{C} decimo. Me teste D. van Kessel.

deponere, exceptis hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis, hereditario censu decem pullorum censualium, dictorum thynshoenre, et una quarta olei ex primodictum domo, area, orto ac pecia terre atque duobus modiis quinque vasis et uno sextaris siliginis, tribus sextariis havene et tribus sextariis ordei hereditariarum pactionum ex domo, area, orto ac hereditatibus secundodictis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum XIX[a] maii, quinta post Penthecostes.

R1270, fol. 321v
20 mei 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Theodericus, filius quondam Theoderici Barniers, hereditariam pactionem viginti lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex tribus quintis partibus ad Arnoldum, filium quondam Wolteri Janss., spectantem in domo, area, orto ac pecia hereditatis sibi adiacentis, pariter quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Nystelre, ad locum dictum Vorstenbosch, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis Claess. ex alio, quam pactionem predictam dictus Theodericus erga Katharinam, filiam quondam Mathie dicti van den Langenberge, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Theoderici de Os alias de Hees, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens sub obligatione domus, aree, orti ac trium lopinatarum terre sibi mutuo coadiacente, sitorum in parochia de Roesmalen iuxta repagulam de Hyntham, inter hereditatem Lamberti de Asten ex uno et inter hereditatem Petri, filii primodicti Theoderici, ex alio, tendente cum finibus utrisque ad communes plateas; item adhuc pecie terre, dicta den Heyenhoff, site ibidem inter hereditatem Domus Leprosorum, dicte ter Eyendonck, site in Hyntham, ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii Mathiiss. van Vladeracken, ex alio, tendente ad communes plateas cum finibus utrisque necnon adhuc super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XX[a] maii, sexta post Penthecostes.

R1270, fol. 321v-322r
20 mei 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Henricus dictus Heer, filius quondam Goeswini, relictus legitimus Arnolde, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Aelberti Valkensoen, in presentia et cum expressis consensu, voluntate et consilio Henrici, filii quondam Johannis Heren, Rutgeri, filii quondam Johannis Ruttensoen, ab eodem quondam Johanne et Bela, sua uxore, filia quondam Henrici Heren, pariter geniti, et Huberti Jan Gieliss., tamquam proximiorus de linea seu sanguine primodicti Henrici Heer, atque Goeswini et Aelberti, fratrum, liberorum impuberum eiusdem Henrici, ab ipso et dicta quondam Arnolda, pariter genitorum, de latere vero eiusdem Henrici, eorum patris, ymmo etiam in presentia et de expressis consensu et voluntate Aelberti, filii dicti quondam Johannis, filii quondam Aelberti Valkensoen, Yewani Kuyst, filii quondam Henrici, mariti et tutoris legitimi Agnetis, sue uxoris, Rasonis Persoens alias Scraetz, mariti et tutoris legitimi Heilwigis, sue uxoris, et Mathie, filii Lamberti dicti des Zoutcoepers, mariti et tutori legitimi Ermgardis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis, filii quondam Aelberti Valkenss., tamquam proximiorum de sanguine dictorum Goeswini et Aelberti, liberorum impuberum ex parte et latere dicte quondam Arnolde, eorum matris, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quodam

manso quondam domini Ludolphi van den Water, canonici in Buscoducis, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Mathie Lanen de Hermalen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Danelss. de Oirscot et heredum quondam Arnoldi van den Borne ex alio, atque ex attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentium, situm aut solvendum, hereditarie supportasset michi ad opus conventus Fratrum Carthusiensium, siti prope Buscumducis in parochia de Vucht, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus Heer, filius quondam Goeswini, et cum eo Henricus, filius quondam Johannis Heren, Rutgerus, filius quondam Johannis Ruttens, Hubertus Jan Gieliss. atque dicti Aelbertus, Yewanus, Raso et Mathias, nomine liberorum impuberum, palam recognoverunt se recepisse a dicto conventu Fratrum Carthusiensium summam vero centum et quinquaginta florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, necnon tres modios siliginis semel in sacco occasione dicte supportacionis seu pocius acquitationis supradicte pactionis trium modiorum siliginis atque quod ipsi eosdem centum et quinquaginta florenorum Renensium ultimus converterunt et applicarunt in redemptionem huiusmodi hereditarii census novem aureum florenorum, Rijnsgulden communiter vocatorum, decem denarios, dobbel vuerysers communiter vocatos, olim per ducem Karolum aut domicellam Mariam, eius filiam, monetatos pro quolibet computando, solvendi hereditarie Jacobi apostoli ex domo et area, sita in Buscoducis in vico Ecclesie, insuper ex domo, area et orto, sita ibidem in opposito domus et aree predicte, quem censum Henricus, filius quondam Goeswini Heren, predictus, magistro Godefrido de Campo, canonico in Buscoducis, dudum hereditarie vendiderunt iuxta continentiam litterarum desuper confectarum de data vicesime septime diei mensis julii anni Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundi, clamantes igitur dicti prefatum conventum et fratres eiusdem et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de dicta summa centum et quinquaginta florenorum Renensium ac ab ulteriori solutione dicte pactionem trium modis siliginis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Bogart et Paeuweter, datum XX^{a} maii, sexta post Penthecostes.

R1270, fol. 322r
21 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dominus Henricus de Palude, presbiter, filius quondam Gerardi de Palude, dimidium modium siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Beeck, quem dimidium modium siliginis predictum Arnoldus, filius quondam Arnoldi van Dun, promiserat annuatim et hereditarie dando et solvendo domino Petro, presbitero, filio quondam Theoderici, filii quondam Jacobi sBressers, anno quolibet Purificationis ex pecia prati seu terre, sita ad locum dictum tot Dun, iuxta communem aquam, dictam die gemeyn Aa, ex uno et cum alio latere iuxta communitatem, ut videbatur in litteris de Beeck contineri, et quem dimidium modium siliginis predictum dictus dominus Petrus, presbiter, in suo testamento inter cetera inibi contenta prefato domino Henrico legaverat et reliquerat, ut dicebat, hereditarie supportavit domino Theoderico van den Ecker, presbitero, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris et instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti domini Petri, presbiteri, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere cum conditione consueta.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXI^{a} maii, sabbato post Penthecostes.

R1270, fol. 322r
21 mei 1502
Frans Toelinck

Johannes dictus die Lodder, filius quondam Johannis die Lodder, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Willelmi Joesten, quod ipse dabet et solvet eidem Johanni hereditarium censum unius libre monete anno quolibet hereditarie Penthecostes de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in quodam campo terre pascualis, duodecim pastus dictos scharenweyen vel circiter continentes, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum aen de Loeffoirt, inter hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever ex uno et inter hereditatem Henrici Huybenzoen ex alio, tendente a communitate, ibidem dicta den Duynhalm, ad hereditatem reliquam dicti Johannis die Lodder, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 322r-v
23 mei 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Willelmus,[32] filius quondam Johannis Meeuszoen, tamquam maritus et tutore legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Gerongii van der Heyden, quendam campum terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, olim dicti quondam Gerongii van der Heyden, nunc vero dicti venditoris, situm in parochia de Roesmalen, in loco dicto in den Heesschen Breede, inter hereditatem Arnoldi Beys ex uno et inter hereditatem Ade Roempot ex alio, tendente a quodam fossato, dicto die weteringe, ad aggerem ibidem, dictum den Hoofdyck, in ea quarte qua dictus campus cum suis attinentiis ibidem situs est, ut dicebat, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Reyneri dicti Kersmekers, ab eodem, promittens et cum Gobelinus, eius frater, filius dicti quondam Johannis Meeuss., indivisi sub obligatione pecie terre arabilis, duodecim vasatas terre vel circiter continente primodicti Willelmi, site in dicta parochia de Roesmalen, ad locum dictum Wilshuysen, inter hereditatem dicti Gobelini ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi dicti Screynmakers, ex alio, tendente ab hereditate Michaeli Rutgerss. ad communem plateam, necnon adhuc indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad predictum campum e iure spectantibus, necnon hereditario censu septem florenorum Renensium, XX^{ti} novos denarios, nyewe stuvers vocatos, pronunc per archiducem Philippum monetatos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dudum vendito Johanni Bloyman a Willelmo predicto iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, quem censum dictus emptor exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit sic et taliter quod dicto venditori ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus emptor hoc palam et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXIII^{a} maii, secunda post octava Penthecostes.

R1270, fol. 322v
23 mei 1502

[32] *in de marge, d.d. 26 maart 1521*: XXVI^{ta} marcii anno XX, de mandato Monix, Toelinc, Broeck et Johannis, filii Johanni Arntss. de Vladeracken, ex isto contracto et ex litera scabinali prius exinde expedita, que abrasa et per mures cancellata fuit, est nova littera scabinalis expedita et sigillata, tradita Petro Reyners qui ad requestam sculteti mediante suo iuramento iuravit dictam priorem litteram sic fore cancellatam et ipsum adhuc fore in possessione dicti campi et eundem ad ipsum adhuc pertinere et sic causam fore iustam.

Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Johannis Meeuss., maritus et tutor legitimus Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Gerongii van der Heyden, hereditarie vendidisset Johanni Bloyman, filio quondam Henrici Bloymans, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} novos stuvers pronunc per archiducem Philippum monetatos vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Mathie apostoli et in Buscoducis libere tradendum ex campo terre, tria et diumidium iugera terre vel circiter continente dicti venditoris, sito in parochia de Roesmalen in loco dicto in den Heesschen Vrede; item ex duobus iugeribus terre vel circiter eiusdem venditoris, sitis in parochia de Nuwelant, ad locum dictum op Groot Nulant; item adhuc ex uno iugere terre vel circiter, ad ipsum spectante in quodam campo terre, sito in parochia et loco predictis iuxta pontem, dictam die Vorste Brugge, cumque idem emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere posset perpetue temporibus simul et semel cum septuaginta quinque novis aureis denariis, nyewe Philippusgulden vocatis, pronunc per archiducem Philippum monetatos et cum nulla alia moneta, et cum censu et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus, venditor, dictam potestatem redimendi censum predictum hereditarie supportavit dicto Petro simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 322v
24 mei 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Magister Johannes Baeljuys, cirurgicus, peciam terre partim arabilis et partim pascualis, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Oirscot in pastoria van der Noeteler, inter hereditatem Arnoldi Sykens et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Theoderici van der Venne, ex uno et inter communem plateam ex alio, simul et cum medietate cuiusdam aque, dicte enen wouwer, dicte pecie terre finaliter adiacente dudum venditoris, dicto magistro Johanni a dicto Woltero, filio quondam Thome van den Venne, prout in litteris, hereditare supportavit Danieli, filio quondam Laurencii Goessenss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis tamen recognitione et promissione in dictis litteris contentis, quas recognitionem et promissionem pretactas dictus Daniel adimplebit et adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto magistro Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Daniel hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto magistro Johanni repromisit.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum XXIIII^{ta} maii, tercia post octava Penthecostes.

R1270, fol. 323r
24 mei 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Henricus dictus Dicbier, scultetus superior in Buscoducis, promisit super omnia et habenda Gerardo dicto van der Zantvoirt trigintatres florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad statim seu ad monitionem eiusdem Gerardi; item adhuc trigintatres consimiles florenos Renenses Nativitatis Baptiste atque adhuc triginta tres consimiles florenos Renenses Jacobi apostoli proxime futura persolvendos.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 323r
24 mei 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Want dat zoe gesciet is, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Henric Dicbier ende heeft oepelic bekent ende den voirs. Gerarden consenteert in gevalle hy die voirs. yerste drieendedartich Rijnsgulden den voirs. Gerarden terstont oft tot ziinre maningen nyet en betaelden, dat alsdan hy in de voirs. ander XXXIII ende XXXIII Rijnsgulden terstont te betalen vervallen sal wesen ende sal die selver Gerit die tsamen opten voirs. Henricken moigen volgen.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 323r
25 mei 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Ostinus dictus Ost Nulaet, tinctor, medietatem spectantem ad Johannem Roggen, filium quondam Willelmi Roggen, et Petrum, filium quondam Johannis Peterss., in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Karchoven, inter hereditatem Willelmi de Os ex uno et inter hereditatem Benedicti dicti Bus Heyen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici Rutgers et suorum coheredum; item adhuc medietatem ad eosdem Johannem Roggen et Petrum Jan Peterss. spectantem in hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, olim Johannis Boyen, quam pactionem Laurencius Emmen, liberi Lamberti Leynen et Gerardus Ley in Hoculem annuatim solvere tenebitur erga Mercelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sentencia scabinorum in Buscoducis emendo acquisivisset, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Ostinus dictas medietates premissorum hereditarie supportavit Laurencio, filio quondam Johannis, filii quondam Laurencii Groys, et Cornelio, filio quondam Petri dicti van den Emde, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper et cum eo Daniel, filius Hermanni van Malsen alias die Zwart, indivisi super omnia et habenda omnes obligationem et impetitionem ex parte dictorum Johannis Roggen et Petri Jan Peterss. in dictis medietatibus premissorum exeuntes ac imposterum eventuras deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXV^{ta} maii, quarta post octava Penthecostes.

R1270, fol. 323r-v
25 mei 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes Roggen, filius quondam Willelmi Roggen, Petrus, filius quondam Johannis Peterss., et Daniel, filius Hermanni van Malsen alias die Zwart, promisissent ut debitores principales indivisi Mechteldi, relicte quondam Johannis de Broegel, ad opus Heilwigis Wonders, filie quondam Johannis Pels, et ad opus Jacobi, filii quondam Gerardi van Myddelwyck, quod ipsi darent et solverent dicte Heilwigi quamdiu in humanis vixerit et post eius decessum dicto Jacobo, si eium supervixerit, hereditarium censum quatuor aureum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim

Nativitatis Baptiste ex quodam campo terre, dicto dat Meervelt, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente dictorum Johannis et Petri pariter, sito in parochia de Empel ad communem plateam, dictam den Waswech; item ex tribus iugeribus terre dicti Danielis, sitis in dicta parochia, ad locum dictum den Bredeacker, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Heylwigis pro se ac nomine dicti Jacobi palam recognovit se recognovit se recepisse a Laurencio, filio quondam Johannis, filii quondam Laurencii Groys, et Cornelio, filio quondam Petri van den Eynde, quascumque huiusmodi pecuniarum summas que provenerunt sibi et dicto Jacobo, solvendum ex causa acquitationis census predicti, clamans igitur dicta Heilwigis pro se et dicto Jacobo dictas Laurencium et Cornelium et eorum bona de premissis ac censu predicto quitos, promittens super omnia et habenda eisdem Laurencio et Cornelio quod ipsa eosdem et eorum bona de premissis atque ab ulteriori solutione census predicti atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 323r-v
25 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Reynerus, filius quondam Johannis Vranckenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Gerardi Topss., promisit ut debitor principalis Theoderico Colenss. die Bever quod ipse dabet et solvet eidem Theoderico hereditarium censum trium peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, hereditarie in festo Venerabilis Sacramenti et in Buscoducis libere tradet de et ex quodam prato, novem plaustratas feni vel circiter annuatim capientem, sito in parochia de Woenssel in loco dicto in dElsbroeck, inter hereditatem Henrici Bloyss. ex uno et inter hereditatem Johannis Vrancken ex alio, tendente ab hereditate dicti Henrici ad hereditatem Aleidis, filie quondam Henrici van den Bogart, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Vladeracken et Hynden, datum XXV^{ta} maii, quarta post octavam Penthecostes, in profesto Venerabilis Sacramenti.

R1270, fol. 323r-v
25 mei 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Et poterit redimere perpetue cum quadragintaquinque consimilibus peters et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Reynero repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 323v
deze akte is onvolledig

Frater[33] Johannes de Meeuwen, rector pro tempore Fratrum Carthusiensium Domus Sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht prope Buscumducis, potens ad infrascripta, ut dicebat, peciam terre arabilis, sitam in parochia Oirscot in pastoria de Verrenbest, inter quandam communem aquam ibidem, dictam den gemeyne palyart, ex uno et inter hereditatem Godefridi dicti sBeckers ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad

[33] *in margine:* vacat.

communem plateam in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Johannis dicti van den Ecker, ab eodem, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, presentium et futurorum, warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem solidis et octo denariis pagamenti atque duobus denariis antique pecunie.

R1270, fol. 323v-324r
25 mei 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Fratres Johannes de Meeuwen, rector, et Cornelius Weynen, tamquam procuratores pro tempore Fratrum Carthusiensium Domus Sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht prope Buscumducis, nomine eiusdem ac dicte Domus ac quorumcumque conventualium eiusdem Domus presentium et futurorum peciam terre arabilis, sitam in parochia de Oirscot in pastoria de Verrenbest, inter quandam communem aquam, dictam den gemeynen palyart, ex uno et inter hereditatem Godefridi dicti sBeckers ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam in ea quarte dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Johanni, filio quondam Johannis dicti van den Ecker, ab eodem, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem solidis et octo denariis pagamenti, quos decem solidos et octo denarios dicti fratres Carthusienses ex certis aliis eorum bonis in Vucht situatis capitulo Oirscottensis prius annuatim solvere consueverant, exceptis etiam duobus denariis antique pecunie quos quidam Johannes Willem Keympss. ex certis suis bonis in Oirscot situatis eidem capitulo Oirscottensis annuatim solvere consueverat, ut dicebat, et quos decem solidos octo denarios pagamenti et duos denarios antique pecunie predictos dictus Johannes, filius quondam Johannis van den Ecker, exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus annuatim terminis et locis ad hoc debitis et consuetis de et ex dicta pecia terre arabilis prefato capitulo Oirtscottensis dabet et solvet ac dare et solvere tenebitur sic etiam et taliter quod dictis fratribus et Johanni Willem Keymps seu eorum alteri ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout idem Johannes, filius quondam Johannis van den Ecker, hoc palam recognovit et super omnia et habenda michi ad opus dictorum fratrum et dicti Johannis Willem Keympss. necnon ad opus dicti capituli Oirscottensi repromisit.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXV^{ta} maii, quarta post octavam Penthecostes, in profesto Venerabilis Sacramentis.

R1270, fol. 324r
27 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Hector die Bever, filius quondam Rodolphi die Bever, dedit michi ad opus Henrici de Uden et Jacobi de Doerne ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XXVII^{a} maii, sexta post octavam Penthecostes.

R1270, fol. 324r
27 mei 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Engbertus, filius quondam Willelmi Luedinx, promisit super omnia et habenda magistro Johanni de Vladeracken sedecim libras monete Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 324r
28 mei 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Maria, filia quondam Arnoldi dicti Janss., Wolterus, filius quondam Jacobi Gieliss., Elisabeth, relicta quondam Egidii Helvoerts, Katherina, relicta quondam Yewani de Rode, atque Henrica, relicta quondam Sanderi dicti Colveers, et adhuc primodicta Maria pro Maria, filia quondam Petri Claess., begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, cum tutore, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Wolterus, filius Wellini de Berse, promiserat se daturum et soluturum Henrico Colen, filio quondam Henrici dicti Colen, hereditarie Purificationis ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Nuwelant, inter hereditatem domicelle Mechteldis, filie quondam Henrici Becker, ex uno et inter hereditatem Emondi Peterss. ex alio, data ad hereditarium pactum dicto Woltero ab Henrico Colen predicto, et quam pactionem predictam dicti Maria, Wolterus, Elisabeth, Katharina, Maria, begina, ad opus eorum et ad opus dicte Henrice erga Christinam, filiam quondam Gerardi Trapparts, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt Johanni seniori, filio quondam Johannis Corstiaenss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promisit insuper primodicta Maria sub obligatione premissa omnes obligationem et impetitionem ex parte dicte Marie, begine, deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXVIII^{a} maii, sabbato post octavam Penthecostes.

R1270, fol. 324r-v
28 mei 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Primodicta Maria, filia quondam Arnoldi Janss., cum tutore, sex lopinatas terre vel circiter, sitas in parochia de Nuwelant, inter hereditatem Arnoldi Jacopssoen ex uno et cum alio latere ad hereditatem Reymboldi Broeszoen, tendente cum uno fine ad viam, dictam den Hoigenwech, et cum alio fine ad hereditatem Arnoldi Jacopss., quas sex lopinatas terre predictas dicta Maria erga Ricoldum dictum Ryck, filium quondam Franconis Colenss., et Nicolaum Aelbrechss., tamquam maritum et tutorum legitimum Rycolde, sue uxoris, filie quondam Rycoldi Wolter Wellenss., dudum acquisierat, ut videbatur in litteris de Geffen contineri, hereditarie supportavit dicto Johanni seniori, filio quondam Johannis Corstiaenss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper et cum ea Wolterus, filius quondam Jacobi Gieliss., Elisabeth, relicta quondam Egidii dicti Helvoerts, Katharina, relicta quondam Yewani de Rode, et Henrica, relicta quondam Sanderi Colneers, divisi, videlicet primodicta Maria sub obligatione premissa et alii super omnia et habenda in casu quo supradicte sex lopinate terre imposterum via iuris prefato Johanni in toto seu in parte evinceretur, quod tunc adstatim huiusmodi evictione facta eidem Johanni seniori refundent et refundere tenebuntur ac refundere tenebitur eorum alter, videlicet primodicta Maria quatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et adhuc eadem Maria nomine dicte Marie, begine, tredecim consimiles stuvers,

dictus Wolterus unum et dimidium consimiles florenos Renenses ac sex stuvers, dicta Elisabeth unum et dimidium consimiles florenos Renenses et quatuor stuvers, dicta Henrica decem et novem consimiles stuvers et dicta Katharina decem et octo consimiles stuvers, quibus refusis dictus Johannes senior dictas sex lopinatas terre prefato, promittentes econverso resupportabit ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXVIII[a] maii, sabbato post octavam Penthecostes.

R1270, fol. 324v
28 mei 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Godefridus, filius quondam Godefridi Brabantss., hereditarie vendidit Godefrido, filio quondam Henrici Janss., hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradendam de et ex medietate, ad dictum venditorem spectantem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi mutuo coadiacentibus, dimidiam modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Haren, inter hereditatem Lamberti Nullinc ex uno et inter hereditatem Petri dicti Elens ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam seu communitatem ibidem; item ad ex *(sic)* medietate ad dictum venditorem spectantem in quodam prato, tria bonaria terre vel circiter continente, sito in dicta parochia in palude, dicta int Langbroeck, inter hereditatem altaris beate Anne, siti in ecclesia parrochiali de Oisterwyc, ex uno et inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis Monix junioris ex alio, tendente ab hereditate Johannis Monicx Willemss. ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad dimidium stuferi ascendente, hereditario censu unius libre communis pagamenti atque tribus et dimidio modiis siliginis, ex premissis et quibusdam aliis hereditatibus eiusdem venditoris prius annuatim e iure solvendum, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 324v
28 mei 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 324v-235r
28 mei 1502
Goessen van de Hezeacker en Dirk van Hijnden

Anthonius, filius quondam Goeswini dicti Sceyven, hereditarie vendidit michi ad opus Willelmi de Achel hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam ex domo, area et orto cum suis attinentiis dicti venditoris, sitis infra

libertatem de Oisterwyck in vico ecclesie ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Michaelis dicti sBeeren ex uno et inter hereditatem Petri dicti die Decker ex alio et fine posteriori, tendentibus cum fine anteriori ad vicum predictum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex denariis, stuvers communiter vocatis, et tribus oirtkinis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 235r
31 mei 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Lambert, zoen wilneer Thomaes Lambertss., ende Jenneken, zyn wittige huysvrou, dochter wilen Claess. van der Zantvoirt, hebben oepenbairlic bekent ende opte verbyntenisse van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, my tot behoeff Ariaens, noch onmundige zoen wilneer Jacops Driess., geloeft dat zy denselven Arianen een spacie van twelff jaren den daet van desen sonder myddelt naesteen volgende sullen houden ende besorgen van eten, drincken, van haveninge, tamelic ende eerlic, ende van alles des hem bynnen dien tyde nae der menschelicheit van noode wesen sall ende dat zy ter cause van dien vanwegen des voirs. Ariaens ontfangen hebben die somme van vyf ende vyftich Rijnsgulden, te rekenen twentich stuvers oft die werde dairvoir in anderen munten nu loepende voir elcken der voirs. Rijnsgulden, diewelke vyf ende vyftich Rijnsgulden voirs. zij voir tvoirs. onderhouden ende besorgen des voirs. Ariaens die voirs. twelff jaren gedurende zullen bruycken ende besigen tot hoeren oirbaere ende prouffyte, hierinne voirsiene ende wel besceiden oft alsoe geboirden dat Ariaen voirs. bynnen die twelff jaren voirs. storve ende aflivich worde, dat in dien gevalle die helfte van den voirs. vyff ende vyftich Rijnsgulden aen hen, Lamberden ende Jenneken voirs., zullen blyven ende die moigen inhouden ende die ander helfte van denselven vyff ende vyftich Rijnsgulden in dien gevalle terstont nae dode desselfs Ariaens zullen Lambert ende Jenneken vuytreycken ende sculdich wesen vuyt te reycken ende te betalen Wouteren, zoen wilneer Andriess. Geldens, ende zynen bruederen ende suster, sonder wederseggen, fraude oft argelist, gelyc Lambert ende Jenneken voirs. dat oic bekenden ende opte verbyntenisse voirs. denselven Wouteren ende zynen bruederen ende suster geloefden.
Testes Hynden et Toelinc, datum ultima maii.

R1270, fol. 235r
30 mei 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Thomas, filius Martini dicti van den Eynde, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Arnoldi Meliss., hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie in festo Venerabilis Sacramentis ex domo, area et orto ac suis attinentiis dicti venditoris, sitis infra libertatem de Oisterwyck in vico Ecclesie ibidem, inter hereditatem Willelmi dicti van den Wyel ex uno et inter hereditatem domini Johannis die Becker, presbiteri, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad hereditatem investiti de Oisterwyck, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus stuferis et dimidia blancca, necnon hereditaria pactione unius modii siliginis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat et satisfacere.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum penultima maii.

R1270, fol. 235r-v

30 mei 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum quadragintaduobus peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon tribus blanccis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur absque dolo.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum penultima maii.

R1270, fol. 325v
30 mei 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Nycolai Henricxss., promisisset ut debitor principalis Petro de Hedel Janss. ad opus sui et ad opus Christine, sue uxoris, filie quondam Godefridi Daems, necnon ad opus Pauperum Maiorum Hospitalis in Buscoducis ac monialium inibi commerantium quod ipse daret et solveret eisdem Petro et Christine quamdiu in humanis vixerit seu alter eorundem vixerit et post eorundem Petri et Christine amborum decessus dictis pauperibus pro duabus terciis partibus et monialibus predictis pro una tercia parte hereditarium censum duodecim librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem Danielis Geritss. ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Jordani de Gael, ex alio, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus et cum eo Johannes de Hedel, tamquam magister pro tempore dictorum pauperum, necnon frater Adrianus Geritss., clericus pro tempore in eodem Hospitali ac receptor dictarum monialium, palam recognoverunt et publice confessi sunt quod dictus Henricus quatuor libras hereditarii census de dicto censu hereditario duodecim librarum redemit et acquitavit ad manus dicti Petri et quod idem Petrus pecunias ex acquitatione dictarum quatuor librarum provenientes convertit et applicavit ulterius in redemptionem seu solutionem huiusmodi pensionis octo librarum, quam dicti Petrus et Christina, eius uxor, in eorum testamento legaverant Godefrido, filio quondam Nycolai Lyevens et Engele, sue uxori, commorante in Antwerpia, ex bonis suis post obitus ipsorum amborum si vixerint habenda, iuxta tenorem instrumenti desuper confecti, clamans igitur dicti recognoscentes nomine quo supra eundem Henricum et eius domum, aream et ortum predictos quitos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 325v
30 mei 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Henrick, zoen wilneer Claes Henricxss, gewantsnyder, heeft hem afgeseegt der nastelmekerambacht bynnen deser stadt ende hy en wil van deser tyd voirtane dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 325v – 326r
31 mei 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Johannis, filii quondam Michael Luey, hereditarium censum decem et septem ac dimidie librarum monete, quem censum dominus Petrus, filius quondam Arnoldi Ghysen, presbiter, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Johanni anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo et area ac duabus cameris sibi finaliter coadiacentibus, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet supra conum viculi ibidem, tendentibus versus vicum Ecclesie inter dictum viculum ex uno et inter hereditatem Johannis Keymp, pannicide, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem olim Yde Wolfs, nunc liberorum quondam Jacobi de Driel, pridem ad hereditarium censum datum dicto domino Petro a Johanne predicto pro censu predicto et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit Zegero, filio quondam Johannis Elyaess., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam et omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, salva tamen dicto domino Petro et sibi reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Hynden et Toelinc, datum ultima maii.

R1270, 326r
31 mei 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum dominus Petrus, filius quondam Arnoldi Ghysen, presbiter, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Johannis, filii quondam Michael Luey, hereditarium censum decem et septem ac dimidie librarum monete hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo et area ac duabus cameris sibi finaliter coadiacentibus, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet supra conum viculi ibidem, tendentibus versus vicum Ecclesie et cum deinde dictus Johannes palam recognovisset et super omnia et habenda dicto domino Petro repromisisset quod idem dominus Petrus dictum censum redimere posset perpetuis temporibus cum et mediante centum et vigintiduobus ac dimidio peters, XIX stuvers pronunc valuata vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, et cum deinde dictus Johannes supradictum censum hodierna die supportasset Zegero, filio quondam Johannis Elyaess., prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis idem Zegerus palam recognovit se dicto Johanni pro censu predicto dedisse et contulisse centum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers in moneta pronunc valuata pro quolibet computando, et cum eundem censum redimi et acquitari contigerit, quod de denariiis ex eadem redemptione proventuris ipse Zegerus dumtaxat, imbursabit et retinebit eosdem centum florenorum Renensium in moneta ut supra, unacum censu anni redemptionis et arrestadiis protunc restante et residuum porriget seu porrigi procurabit dicto Johanni absque contradictione, dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1270, 326r
31 mei 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Dictus Christianus de Merica, presbiter, filius quondam Johannis, filii quondam Petri de Merica, promisit ut debitor principalis michi ad opus domini Willelmi Arntss., decani capituli Oirschottensis, quod ipse dabet et solvet eidem domino Willelmo hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in moneta seu pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon quindecim huiusmodi denariorum, stuvers communiter

vocatorum, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex quodam manso seu bonis, dicto die Pynhorst, sitis in parochia de Rode Sancte Ode ad mericam ibidem atque ex attinentiis mansi seu bonorum predictis singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi hereditario censu quinque librarum monete atque hereditaria paccione duorum modiorum siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus dominus Chistianus supradictum censum sex florenorum Renensium redimere et acquitare poterit perpetue dum sibi placuerit cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis atque quod idem census stabit ad iura patrie et vicinorum, quondam exponetur staen sal te schoet, te loet ende te lantrecht, similiter aliis bonis secularibus.
Testes, datum supra.

R1270, 326r-v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd[34]

Matheus, filius quondam Pauli Hoefkens alias Kepkens, super domo, area et orto, olim dicti quondam Pauli, sitis in Buscoducis iuxta vicum dictum die Weverplaetze, ad finem vici dicti die Peperstraet, inter hereditatem magistri Henrici de Boert, rectoris scolarium in Buscoducis, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Uden ex alio, atque super singulis aliis edificiis, iuribus et attinentiis eorundem domus, aree et orti universis, quiquidem domus, area et ortus predicti dicto Matheo mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserat, prout in litteris, insuper super hereditaria paccione dimidii modii siliginis de hereditaria paccione unius modii siliginis, quam Johannes Roelens van der Braken pronunc solvere tenetur; item super quibuscumque suis domus utensilibus ac clenodiis argenteis, quocumque nomine nuncupentur, ubicumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure sibi in premissis quovismodo competente in quibuscumque litteris seu instrumentis mentionem inde facientibus et effestucando resignavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere. Approbavit insuper, laudavit et ratificavit necnon approbat, laudat et ratificat per presentes huiusmodi donationem, cessionem et assignationem, factas dicto Lamberto et Willelme, eius uxori legitime, in subsidium eorum matrimonii a Matheo predicto, iuxta tenorem cuiusdam instrumenti publici desuper confecti de data vero anni Domini millesimo quingentesimi primi meis *(aldus)* aprilis diei prime.

R1270, 326v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Matheus, filius quondam Pauli dicti Hoefkens alias Kepkens, pronunc etatis quadraginta annorum, ut asserebat, super domo, area et orto quodam ibidem ultra Dyesam consistentibus, olim dicti quondam Pauli, sitis in Buscoducis iuxta vicum, dictum die Weverplaetze, ad finem vici dicti die Peperstraet, inter hereditatem magistri Henrici de Boert, rectoris scolarium pro tempore in dicto opido, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Uden ex alio atque super singulis aliis edificiis et iuribus eorundem domus, aree et orti universis,

[34] *in de marge:* vacat.

quiquidem domus, area et ortus predicti dicto Matheo mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita in partem cesserant, prout in litteris, insuper super hereditaria pactione dimidii modii siliginis de hereditaria pactione unius modii siliginis, quam Johannes Roelens van der Braken pronunc solvere tenetur; item adhuc super quibuscumque suis domus utensilibus, quocumque nomine nuncupentur ac ubicumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure sibi in premissis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus ad opus Lamberti, filii Martini, filii quondam Lamberti van der Moelen, des cangyeters, et ad opus Willelme, sue uxoris, filie quondam Mathie, filii dicti quondam Pauli Hoefkens, hereditarie renunciavit effestucando modo in talibus consueto. Approbavit insuper, laudavit et ratificavit dictus Matheus necnon approbat, laudat et ratificat per presentes huiusmodi donationem, cessionem et assignationem, quas dictus Matheus prefato Lamberto et Willelme, eus uxori, in subsidium eorum matrimonii de premissis fecerat alias videlicet anno Domini millesimo quingentesimo primo, mensis julii die prima, iuxta tenorem cuiusdam publici instrumenti desuper confecti, promittens dictus Matheus super omnia et habenda huiusmodi renunciationem, approbationem, laudacionem et ratificationem ac omnia in dicto instrumento contenta et per ipsum facta ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum quorumcumque heredum et successorum in premissis existentes ac imposterum eventuros deponere, salvis tamen dicto Matheo quamdiu in humanis vixerit et non ultra ac sibi reservato sua vitali possessione ac fruitione dictorum domus utensilium et specialiter comprehensorum in quadam littera scabinali de Buscoducis, hodierna die desuper confecta, iuxta conventiones et conditiones inibi contentas, omnibus dolo et fraude in hiis seclusis penitus et remotis.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum VI^{ta} julii.

R1270, 327r
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Matheeus, soen wilneer Pouwels Hoefkens anders geheiten Kepkens, heeft oepenbairlic beleden ende bekent dat hy huyden des daigs in zynre bewaernisse heeft ende besitt alleene ten tochtersser recht die porcelen van huysraet hiernae gescreven, die nae zynre doot ter stont comen sullen aen Lamberden, zoen Mateus van der Moelen, den cangyeter, ende aen Willemken, zijn huysvrou, dochter wilneer Mathiis, zoen des voirs. Pouwels Hoefkens, oft aen henre beyden wittige kynderen indien zy aflivich weren, te wetene:
in den iersten een tridsoir met drie doeren ende twee scyetladen ende een zitten van vierthien voeten;
item een sitten koetse ende enen gesneeden pretter ende drie drievoets stoelen met leenen ende een kiste ende een cleyn kistken;
item sess goede nyewe zittencussen met enen ghelen scilt ende dairinne een zwerte bar met drie byen ende roden lössen;
item noch drie zitten oic metten barren ende wapenen voirs., arger dan dandere; item noch een met enen roden loesse met enen ghelen scilt ende drie roy mispelbloemen; item een gebeelde saertse; item noch een blaeuwe saertse op een bedde van X verdel;
item noch sess coeperen potten;
item enen hoigen pott;
item noch een groot platt bexken; item een cleyn bexken;
item vyf metalen kendelers, elck met eenrer pypen; item twe cleyne witte ketelkens; item noch twe cleyn zwarte ketelkens;

item een metalen lampet; item een metalen vuerpanneken; item een cleyn metalen ~~lanoirken~~ lavoirken; item een ront yseren panne; item twe ganspannen; item enen ruster; item twe loten struylpotten; item seven hoichvoets fyn mengelkannen, wegende XXI libra een vierendeel; item drie platte mengelkannen; item een platte quaert can fyn, wegende tsamen XI½ pont; item noch twe graen platte cannen ende vier drinckpotkens graens, wegende XX libra; item drie breede scoetelen, sess tenen tiljoren, vier sautsieren fyn, wegende te samen $XX^{1/2}$ libra; item een bedde van twe ellen metten hoetpolu;[35]
bekenden voirts die voirs. Matheeus dat hy die voirs. porcelen van huysraet, zoese voir genoempt zyn, alleen zoe lange hy in der menschelicheit leven sal, bruycken ende besigen sal, ende dien getrouwelic bewaren tot behoeff Lamberts ende Willemkens voirs. ende hore beyder wittige kynderen, denwelken den voirs. huysraet toebehoirt ende dien nae zynre doot hebben ende aenveerden sullen sonder yemants wederseggen, geloevende die voirs. Matheeus opte verbyntenisse van allen zynen gueden, hebbende ende vercrigende, ende in goeder trouwen als dat hy die voirs. bekentenisse ende belydenisse ten ewigen daigen vast ende stedich sal houden sonder wederseggen ende dairtegens nyet comen noch doen by hemselven oft yemanden anders in ennigen gerichten, oft geestelic oft werlic, in enniger manieren. Testes, datum supra.

R1270, 327v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Lambertus, filius Martini, filii quondam Lamberti van der Moelen, satisfaciens eloquio et amicabili contractui inter ipsum et Willelmam, eius uxorem, filiam quondam Mathie, filii quondam Pauli Hoefkens alias Kepkens, ex una et inter Matheum, filium dicti quondam Pauli Hoefkens, ex altera partibus pronunciato, promisit ut debitor principalis eidem Matheo quod ipse dabet et solvet eidem Matheo annuam et vitalem pensionem decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Mathei et non ultra Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et et ex domo, area ac orto quodam, ibidem retro ultra Dyesam, sitis in Buscoducis iuxta vicumm dictum die Weverplaetzem ad finem vici dicti die Peperstraet, inter hereditatem magistri Henrici de Boert, rectoris scolarium in Buscoducis, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Uden ex alio, super quibus domo, area et orto predictis dictus Matheus ad opus dictorum Lamberti et Willelme hodierna die hereditarie renunciaverunt, prout in litteris. Promisit insuper et cum eo dictus Martinus, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quinque florenis Renensibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod postquam dictus Lambertus consimilem vitalem pensionem decem florenorum Renensium ad opus dicti Mathei comparaverit et eidem assignaverit ad eius vitam levandi ad et supra bona alia contrapignora ad hoc sufficientia et satissecura infra opidum de Buscoducis aut eius villicationem consistentia et situata, sic quod eidem Matheo id ratum fuerit et firmum ad eius vitam eandem pensionem sic emendam percipiendi, quod extunc domus, area et ortus pretacti a primodicta vitali pensione et ulteriori solutione eiusdem ex eisdem domo, area et orto prestanda erunt quiti et penitus exonerati absque dolo et fraude, prout idem Matheus hoc palam recognovit et consentiit.

---

[35] *hierna is doorgestreept:* item een een *(sic)* zilveren croesen wegen sess loot, *met in de marge de aantekening dat deze doorhaling correct is.*

Testes Toelinc et Paeuweter, datum VI[ta] julii.

R1270, 327v – 328r
2 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Arnoldi Henricxss., maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Mercelii Parthyn, filii quondam Judoci, quecumque bona mobilia, immobilia, hereditaria atque parata que dicti Petro et Elisabeth per et post mortem quondam Johannis, filii quondam Nycolai Hacken, pellificis, ab eodem quondam Nycolao et quondam Johanna, sua uxore, filia dicti quondam Mercelii Parthyn, pariter geniti, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda advoluta sunt, hereditarie supportasset Johanni, filio quondam Mercelii van Ekart, cumque Arnoldus et Gerardi, liberi quondam Johannis Hack, Johannes, filius quondam Bruystini Wouterss., Arnoldus, filius quondam Mauricii Janss., Ghysbertus Bruystenss., Elisabeth, filia quondam Arnoldi Dircxss., Heilwigis, filia quondam Johannis Willemss., Willelmus Tollener, maritus et tutor legitimus Johanne, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Hack, et Johannes, filius Eustacii Dircxss., ab eodem Eustacio et Katharina, filia quondam Johannis Hack, pariter genitus, quecumque bona mobilia, immobilia, hereditaria atque parata, ipsis aut eorum alteri per et post mortem quondam Johannis Claess., pellificis, hereditarie advoluta, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda aut reperienda, hereditarie supportassent Ottoni Bollicx, pannicide, et cum Petrus, filius quondam Mercelii Joesten, ab eodem quondam Mercelio et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Nycolai van der Weteringe, pariter genitus, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata que sibi per et post mortem quondam Johannis, filii quondam Nycolai Hacken, pellificis, sui nepotis, ab eodem quondam Nycolao et quondam Johanna, sua uxore, filia supradicte quondam Margarete pariter geniti, advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, hereditarie supportasset Johanni, filio quondam Symonis van der Graft alias de Lyt, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes, filius quondam Mercelii van Ekart, Otto Bollix et Johannes, filius quondam Symonis van der Graft, premissa eis, ut premittitur, supporta, hereditarie supportaverunt Johanni de Balen simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum secundam junii.

R1270, 328r
2 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Henricus de Aerle, filius quondam Henrici de Aerle, dedit magistro Willelmo de Busco ad opus sui et ad opus magistri Bartholomei de Merlair, presbiteri, Johannis Bloyman et Symonis Mauriss. ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, 328r
2 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Theoderici de Zoemeren, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Remigii Confessoris ex domo, area et orto, sitis in parochia de Alem, inter hereditatem Hermanni Aelbrechtss. ex uno et et inter hereditatem Willelmi de Gestel ex alio, quem censum dictus Arnoldus erga Theodericum, filium quondam Boudewini Lambrechtss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Goeswino van den Sloet simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum supra.

R1270, 328r
2 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Theodericus, filius quondam Johannis die Tymmerman, tamquam maritus et tutor legitimus Barbare, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti van den Broeck, in absentia Theoderici Henricxss. van Tulden prebuit ad redimendum e iure proximitatis et quitandum huiusmodi domum de tribus ligaturis, dictis van drie gebonten, cum horreo et ceteris edificiis ibidem prope consistentibus ac cum quadam lignicrescentia, dicta busselken, necnon hereditatibus sibi adiacientibus cum suis attinentiis, sex lopinatas terre vel circiter continente, prout ibidem sita sunt in parochia de Oirscot in pastoria de Verrenbest et ad Nycolaum Thomaess. van Oudenhoven pertinere consueverat, cum uno latere ad hereditatem Godefridi Goessens. et cum alio latere et fine uno ad communem plateam, hereditarie supportatum dicto Theoderico van Tulden a Ghiselberto Ghysbrechtss. van den Broeck, ut videbatur in litteris de Oirscot contineri, et optinuit.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, 328r
2 juni 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hijnden

Arnt van Hees ende Henrick Clinge, kerckmeesters ten tyde van der kercken van Lytt, hebben oepenlic bekent ende op verbyntenisse van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, Marcelyzen Ghysbrechtss. geloeft dat zy als kerckmeesters voirs. tussen dit ende Sint Jacopsmisse naestcomende denselven Marcelysen zullen doen goede behoerlycke veste met brieven van oirlove die se dairaf aen mynen heer van Ludick oft zynre genaden zegeler werven sullen, alsoe dat hy des verwart zal wesen ende dat van vier honden lants, gelegen in der parochien van Lytt opten vuyterwert, toebehoerende der fabrycken der kercken voirs.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, 328v
2 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Wy Hynden ende Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is geweest Philips Hinckart, raet ende hoofmeester ons genedichsten heren des eertshertogen, ende heeft gegeven ende verleent ende mits desen geeft ende verleent Anthonysen Hinckart, zynen brueder, vry ende volcomen macht dat hy in den name van hem voir scepenen van den Bosch sal moigen erflic opdragen ende overgeven joncker Jannen van Elderen, heer van Maesecker, zyn thiende groet ende smael, hem toebehoerende tot Oirscot, met allen hoeren rechten ende toebehoirten ende

denselven joncker Jannen dairinne moigen erven metten brieven dairaf zynde, alst behoert, ende dat metten commer dairop staende ende begrepen in den tractaet van der huwelixe vorwarden, gemaect tussen den voirs. voirs. *(sic)* hoefmeester oft Anthonys, zynen brueder, ende den voirs. joncker Jannen ende heeft voirts geloeft die voirs. hoofmeester opte verbyntenisse van zynen gueden vast ende stedich te houden ewelic allet geen ende zoe wes by den voirs. Anthonyse hierinne gedaen sal werden, hierinne nochtans voirsiene dat Anthonys voirs. den voirs. joncker Jannen in der voirs. thienden ende hare toebehoirten nyet erven en sal noch hem die opdragen, tenzij dat eenige vorwarden ende condicien als behoeren by hem volvuert te werdene ende noch onvolvuert zyn nae inhoude ende heyssche des instruments oft tractaets der huwelixe vorwarden voirs., ierst by hem volvuert ende volbracht zullen wesen sonder argelist.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven secunda junii.

R1270, 328v
2 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Wy Hynden ende Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelicken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is geweest die voirs. hoefmeester ende heeft gegeven ende verleent ut supra den voirs. Anthonysen macht, dat hy in den name van hem sal moigen opdragen den voirs. joncker Jannen alsulkenen heerlycken thyns, staende te boet ende te gewynne als hy vergeldende heeft tot Oirscot ende voirtyts by Willemen Hinckart, zynen vader, vercregen tegen die kynder van der Aa ende denselven joncker Jannen dair inne moigen erven metten brieven dairaf zynde alst behoert, ende heeft voirts geloeft die voirs. hoefmeester et sic ulterius ut in contractu immediate precedenti mutatis mutandis.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Datum supra.

R1270, 329r
3 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Dympna, filia quondam Wolteri Emontss., cum tutore promisit ut debitor principalis Martino, filio quondam Gerardi dicti Ceelenss., quod ipsa dabet et solvet eidem Martino hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currentem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro notanter de et ex uno et dimidio iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Roesmalen in loco dicto die Hoich Vlyedert, in de Havercampen, inter hereditatem Johannis Pynappel ex uno et inter hereditatem Katharine, relicte quondam Mathie Janss., et eius liberorum ex alio, tendentibus a quadam stega, dicta die Vlyedartsche Stege, ad fossatum, dictum den Leygrave, ut dicebat, promittens cum tutore et cum ea Johannes, filius quondam Henrici de Zoemeren, eius sororius, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto dimidio stufero census fundi prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Toelinc, datum tercia junii.

R1270, 329r
3 juni 1502

Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Et poterit redimere perpetue cum viginti sex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Martinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte Dympne et eius compromittenti repromisit hoc tamen salvo quod idem Dympna aut eius compromittens huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Martino legitime preintimabunt absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, 329r
3 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Gerardus de Berck, filius quondam Gerardi, ab eodem quondam Gerardo et quondam Yda, sua uxore, filia quondam Nycolai die Leeuwe, pariter genitus, hereditarium censum sexta *(of septuaginta?)* aureorum denariorum, peters communiter vocatorum, decem et novem stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, quem censum Theodericus de Bruheze, filius quondam Johannis, promiserat se daturum et soluturum Arnoldo Berwout anno quolibet hereditarie Penthecostes ex quodam manso, dicto Ten Berch, sito in parochia de Doernen, ad locum dictum Ten Berch, atque ex terris, pratis, pascuis, mericis ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis et de quo censu predicto dictus Everardus de Berck, canonicus ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, et Henricus, eius frater, liberi quondam Gerardi de Berck, ab eodem quondam Gerardo et quondam domicella Sophia, sua uxore, filia quondam Johannis Dickbier, pariter geniti, Gerardus Balyart, maritus et tutor legitimus Sophie, sue uxoris, filie quondam Gerardi et quondam domicelle Sophie predictorum, Elisabeth, filia quondam Wolteri van den Voirt, ab eodem quondam Woltero et quondam Hillegonde, sua uxore, filia dictorum quondam Gerardi et Sophie predictorum pariter genita, pro se ipsis et sorore Aleyde, conventuali conventus regularissarum, siti in opido de Arschot, filia dictorum quondam Gerardi et domicelle Sophie, Nycolaus, filius dicti quondam Gerardi de Berck, ab eodem quondam Gerardo et quondam Yda, sua uxore, filia quondam Nycolai die Leeuwe, pariter genitus, et Johannes de Gerwen, filius quondam Theoderici, ab eodem quondam Theoderico et quondam domicella Beatrice, sua uxore, filia quondam Damelis Roesmont, pariter genitus, totam partem et omne ius hereditarium ad ipsos spectantem in censu predicto primodicto Gerardo de Berck hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Bartholdo de Berck, presbitero, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare et omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1270, 329r
3 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Bartholdus palam recognovit et super omnia et habenda primodicto Gerardo promisit quod ipse eundem Gerardum et eius bona de et a quibuscumque promissionibus per ipsis occasione census predicti quibuscumque personis factis seu promissis atque dampnum indempnem servare.

Testes, datum supra.

R1270, 329v
3 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinc

Johannes, filius quondam Martini Paeuweter, promisit debitor principalis michi ad opus Petri, filii dicti Johannis, quod ipse dabet et solvet eidem Petro annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet vita dicti Johannis durante et non ultra, Nativitatis Baptiste et Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex decem hont terre vel circiter, sita in parochia de Os, After die Speeldonck, inter hereditatem Jacobi de Boekel ex uno et inter hereditatem Lamberti Didden ex alio, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Hynden et Toelinc, datum tercia junii.

R1270, 329v
3 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinc

Sorores Heilwigis Keymps, mater, Rutgera van den Hautart, procuratrix, Elisabeth de Luyssel et Margareta Goyens, sorores inhabitantes sororum de Orthen Domus Sancti Andree, site in Buscoducis iuxta vicum Hynthamensem, in opposito conventus Sancte Clare in Buscoducis, nomine earum et dicte Domus et quarumcumque sororum eiusdem Domus, presentium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Theoderici de Davantria, earum confessoris, cum tutore, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, horreo et orto cum suis fundis et attinentiis, sitis in opido de Helmont in vico dicto die Vehuysstraet, inter hereditatem olim Johannis sDekens ex uno et inter hereditatem olim Johannis dicti Zweders et Elye dicti des Cupenbynders ex alio, quam pactionem predictam Lambertus de Doernen, filius Christiani, ad opus dictarum sororum de Orthen Domus Sancti Andree erga Gerardum Selen de Helmont emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Willelmo de Busco ad opus Johannis Beck, simul cum dictis litteris et iure, promittentes cum suis tutore predicto sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte Domus ac quarumcumque sororum eiusdem Domus, presentium et futurarum, deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum tercia junii.

R1270, 329v – 330r
3 juni 1502

Allen heren ende fursten, ridderen ende knechten, capiteynen ende hooftmannen, mannen van wapenen, ruyteren, edele ende onedele, ende allen anderen die dese onse oepene brieve sullen sien ende hoeren lesen ende elcken van hen bysundere saluyt.
Wy scepenen ende rait der stad van sHertogenbossche doen condt dat wair is dat by deses stad Gerit van der Hellen Henricxzoen, thoender des briefs, over vierthien iaren geordineert ende syndert is geweest ende alnoch is geswoeren bode deser goeder stat, ende begeren dairomme aen u ende elcken van u bysunder zeer fruntlic dat ghy denselven Geritden des wilt kennen ende houden voir onsen geswoeren bode ende dyenaer, ende denselven Geritden in die veylicheit zynre wegen ende passaigien overal, beyde te water ende te lande, te willen houden

voir recommandeert in onsen name ende van onser wegen, soe wy in gelycken oft meerderen saken diere wy vermoichten ons gerne zouden willen keeren tot uwer gelieften. Dat bekenne onse Heere Got almechtich die uwe besceydene wysheiden gesparen wille langlivich in salicheit.
Gegeven onder den zegel ad legata deser stad hier beneden aen dese onse iegewoirdige lettere gehangen in kennesse der wairheit, den dorden dach der maent van junio int jaer ons Heren duysent vyfhondert ende twee.

R1270, 330r
4 juni 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Johannes de Herssel junior, filius quondam Theoderici, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Nulant, ad locum dictum In den Nuwen Polder, inter hereditatem heredum quondam Gerardi Balyart ex uno et fine uno et inter hereditatem Hospitalis in Buscoducis, Meelmans Gasthuys nuncupati, ex alio; item adhuc unum iuger terre vel circiter, situm in parochia et loco predictis, inter hereditatem Arnoldi, filii Bernardi Huedemeker, ex uno et inter hereditatem Ambrosii, filii quondam Rodolphi Broess., ex alio, que unum iuger et unum iuger terre predicta dictus Johannes de Herssel erga Johannem et Arnoldum, fratres, filii *(aldus)* quondam Lamberti dicti van der Hoeven, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Theoderici de Herssel, filii quondam Theoderici, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum quarta junii.

R1270, 330r
4 juni 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Johannes, filius quondam Theoderici de Herssel, filii quondam Theoderici, medietatem campi terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, siti in parochia de Kessel in loco dicto Int Stroobroeck, inter hereditatem pauperum de Kessel ex uno et inter hereditatem Heylwigis Hermans ex alio, quam medietatem predictam dictus Johannes erga Theodericum, suum fratrem, filium dicti quondam Theoderici de Herssel, filii quondam Theoderici, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Herssel, suo avunculo, filio quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, 330r
4 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Wolteri Arntss., particulam prati dictam dat Meyken, sitam in parochia de Oirschot in pastoria van der Ameyden, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Scoteldreyer, ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Wolteri van den Meervenne, ex alio, tendentem ab hereditate Michaelis die Metser ad hereditatem Goeswini Gieliss., ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Woltero van den Meervenne, relicto quondam Lane, sue uxoris, filie quondam Nycolai Goessenss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.

Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, 330r
6 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinc

Elisabeth, filia quondam Willelmi dicti Vestarts, cum tutore, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Gerardus dictus Weygerganck, filius quondam Henrici, promiserat ut debitor principalis Katharine, relicte quondam Marcelii dicti Rutgers, et dicte Elisabeth, filie quondam Willelmi dicti Vestarts, quod ipse daret et solveret dicte Katharine, quoadvixerit ipsa et post eius decessum dicte Elisabeth, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traderet ex quodam campo terre, dicto die Wydonc, unum et domidum bonaria vel circiter continente, sito in parochia de Sciinle in loco dicto Eelde, inter hereditatem Michaelis dicti van der Weteringe ex uno et inter hereditatem Petri de Loven et Nycolai dicti Mertens ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Bele, filie quondam Gerardi de Empel, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Katharine ac suorum heredum deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum sexta junii.

R1270, 330v
6 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Notum sit universis quod cum Nycolaus Haertscheen, filius quondam Jacobi, maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filie quondam Arnoldi die Raet, hereditarium censum duodecim librarum monete, quem censum frater Johannes die Raet et Henricus die Raet, eius frater, filii quondam Arnoldi die Raet, et Zegerus Pouwelss., eorum sororius, promiserant indivisi se daturum et soluturum dicto Nycolao Haertscheen anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex tribus quartis partibus domus et aree dicti quondam Arnoldi die Raet, site in Buscoducis apud Forum Piscium, inter communem vicum ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Henrici van den Beverdyck et eius liberorum, ex alio, hereditarie suportasset Henrico die Raet, filio dicti quondam Arnoldi die Raet, cumque idem Henricus palam recognovisset et super omnia et habenda dicto Nycolao repromisisset quod idem Nycolaus dictum censum redimere et acquitare posset ad spacium duorum annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente dicto spacio durante, videlicet integrum censum cum quinquagintaquatuor peters, novem dobbel vueryssers vel valorem in alia pecunia pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus Ketheler, filius Aelberti Ketheler, et Margareta, eius uxor legitima, relicta dicti quondam Henrici die Raet, nomine et ex parte eorum et liberorum eorundem Margarete et quondam Henrici palam recognoverunt et publice confessi sunt se a *(aldus)* recepisse ab Henrico de Engelen, filio Jacobi de Engelen, proprietario pro tempore domus et are *(aldus)* predictorum, supradictos quinquagintaquatuor peters et hoc in acquitationem et redemptionem census predicti, clamans igitur dicti Willelmus et Margareta nomine quo supra dictum Henricum de Engelen ac domum et aream predictum de premissis quinquagintaquatuor peters et ab ulteriori solutione census predicti quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Hynden et Bogart, datum sexta junii.

R1270, 330v
6 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Delyana, filia quondam Johannis Kepkens, promisit ut debitrix principalis Johanni, suo fratri, filio dicti quondam Johannis Kepkens, quod ipse dabet et solvet eidem Johanni, suo fratri, hereditarium censum duorum peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis currente pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Annuntiationis Marie et pro primo solutionis termino Annuntiationis Marie proxime futuro de et ex quarta parte ad ipsam, ut dicebat, spectantem in quodam manso, olim dicti quondam Johannis Kepkens, sito in parochia de Herpen, ad locum dictum Aen de Coelwyck, atque ex iuribus et attinentiis eiusdem quarte partis mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat. Promisit insuper cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis viginti tribus stuferis atque viginti tribus blanccis vel circiter necnon tribus et dimidio maldras siliginis ex dicto integro manso prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, 330v-331r
7 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogart

Maria, filia quondam Egidii van der Boydonk, uxor legitima Egidii, filii quondam Henrici Moenen, cum tutore, super domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Oisterwyc, ad locum dictum Udenhout, in loco dicto In de Brabantsche Hoeve, inter hereditatem heredum quondam Heilwigis Roetarts ex uno et fine uno et inter communitatem de Haren ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Willelmi van der Hoeven; item super quodam prato, undecim lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia et loco predictis in loco dicto in Udenhouthebroeck, inter hereditatem heredum quondam Damelis de Oekel ex uno et inter hereditatem Petri Pryem ex alio, tendente ab hereditate heredum dicti quondam Willelmi van der Hoeven ad communem plateam, atque super toto iure sibi competente ad opus Johannis, filii quondam Theoderici Roetartss., hereditarie renunciavit, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Hynden et Bogart, datum VII[a] junii.

R1270, 331r
7 juni 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hijnden

Lambertus, filius quondam Johannis Henricxss., promisit ut debitor principalis Martino, filio quondam Henrici, filii quondam Mathei van Bakelair, ad opus sui et ad opus Elisabeth, sue uxore legitime, quod ipse dabet et solvet eisdem Martino et Elisabeth, eius uxori, ac diucius viventi ex ipsis in humanis annuam et vitalem pensionem duarum librarum monete anno quolibet ad vitam eorundem Martini et Elisabeth ac diucius ex ipsis viventium Purifcationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere tradet ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, inter hereditatem Johannis Arntss. ex uno et inter hereditatem Ade dicti van der Spanck ex alio, tendentibus ab hereditate liberorum quondam Henrici Pouwels ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda

warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex libris hereditarii census prius annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum supra.

R1270, 331r
7 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Willelmus, filius Wolteri dicti Scosters, promisit super omnia et habenda domino Lamberto Kyemt, presbitero, decem et novem peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, 331r
deze akte is onvolledig
Wolterus, filius quondam Arnoldi Willemss., domum, aream et alias hereditates.

R1270, 331r
7 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes et Jacobus, fratres, liberi quondam Wolteri, filii quondam Arnoldi Willemss., et Reynerus, filius quondam Egidii Reynerss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Wolteri predicti, domum, aream et alias hereditates sibi adiacentes, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem conventus sororum Regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, ex uno et inter hereditatem Peregrini van Hermalen ex alio, tendentes ab hereditate Wolteri die Molneer ad communem plateam, quas domum, aream et alias hereditates predictos dictus Wolterus, filius quondam Arnoldi Willemss., erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sentencia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Arnoldo, filio quondam Arnoldi Willemss., simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Heilwigis et dicti quondam Wolteri deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, 331r-v
8 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Gloria, relicta quondam Mercelii van der Ekart, usufructum sibi competentem in hereditarie paccione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Arnoldus van der Voert promiserat se daturum et soluturum Michaeli, filio Danielis de Rycartsvoert, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Hezewyck, inter hereditatem quondam Gerardi Voss et Petri, filii Theoderici Peters., ex uno; item ex pecia terre dicta Vermechtelden Ecker, sita in parochia predicta in loco dicto In tVelt; item ex pecia terre dicta dat Gheerken, sita ibidem; item ex pecia terre dicta tVlasstucxken, sita apud hereditatem dictam den Boentuyn, legitime supportasset Johanni, filio Glorie et quondam Mercelii predictorum, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes dictam pactionem duorum modiorum siliginis hereditarie supportavit michi ad opus

Conventus Fratrum Bogardorum, siti in Buscoducis in vico Tinctorum, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes Hynden et Toelinc, datum VIII[a] junii.

R1270, 331v
8 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante septuaginta octo florenis Renensibus, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis prout fratres Johannes de Peer, minister, et Nycolaus de Dumo, conventualis dicti conventus, palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicti conventus prefato Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, 331v-332r
8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Johannes,[36] filius quondam Johannis van den Loo, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quodam manso Johannis, filii quondam Johannis van der Hellen, sito in parochia de Roesmalen, olim Henrici Beckers, et ex iuribus et attinentiis dicti mansi singulis et universis quocumque locorum consitentibus sive sitis; insuper ex pecia terre arabilis Rodolphi van den Colck Dircxs., sita in dicta parochia, prope locum dictum die Mutse, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem Hermanni Wonder ex uno et inter hereditatem Johannis Andriess. ex alio; insuper ex pecia terre, novem lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Bruggen, inter hereditatem Gerardi de Aken ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno; insuper ex quatuor hont terre pascualis, site in dicta parochia, ad locum dictum tGerstlant, quam pactionem dictus Johannes, filius quondam Johannis van den Loo, erga dictos Johannem, filium quondam Johannis van der Hellen, et Rodolphum van den Colck emendo acquisierat; insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Oisterwyck tradendam ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico tendente ante habitationem quondam Arnoldi Berwout a vico Vuchtensis versus murum opidi de Buscoducis, atque ex hereditario censu vigintiquinque solidorum communes pagamenti, quem Luytgarda dicta van den Pol et Gerardus, eius filius, Mathie Poynenborch, filio quondam Petri Poynenborch, solvere tenebatur hereditarie ex domistadio quodam, sito in Oisterwyck, quam pactionem ultimo dictam predictus Johannes erga Gerardum van den Loe, filium quondam Wolteri van den Loe, filii quondam Johannis van den Loe, filii quondam Wolteri van den Loe, acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio Huberti de Creyen, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui in predictis pactionibus existentibus prefato Gerardo deponere.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum octava junii.

R1270, 332r

[36] *in de marge van deze akte*: A.

8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Notum[37] sit universis quod cum Petrus, filius quondam Willelmi Goyartss., promisisset super omnia et habenda Johanni, filio quondam Johannis van den Loo Wouterss., vigintiquinque peters, XIX stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ad certum terminum persolvendum cumque idem Petrus adhuc promisisset super omnia et habenda dicto Johanni ad spacium octo annorum Purificationis eotunc proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum undecim et dimidium lopinos siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis et in Buscoducis traditurum et in ultimo termino dictorum annorum adhuc vigintiquinque consimiles peters, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Johannis van den Loo, premissa hereditarie supportavit dicto Gerardo, filio quondam Huberti de Creyen, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.

R1270, 332r
8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Johannes,[38] filius quondam Johannis van den Loo Wouterss., quinque lopinos siliginis de decem lopinis siliginis hereditarie pactione, quos decem lopinos siligines quidam Johannes dictus Vanniis annuatim et hereditarie Purificationis solvere tenetur de et ex certis suis bonis et hereditatibus, in parochia de Oysterwyck iuxta molendinum dictum Creyten Moelen situatis, quiquidem quinque lopini siliginis predicti primodicto Johanni per et post mortem quondam Mathie, sui fratris, iure successionis hereditarie advoluti sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit supradicto Gerardo de Creyen, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, 332r
8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dictus[39] Gerardus promisit ut debitor principalis dicto Johanni, filio quondam Johannis van den Loo Wouterszoen, quod ipse dabet et solvet eidem Johanni annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Johannis et non ultra Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex omnibus suis bonis, ab eo ad prius habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, promittens super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, 332r-v
8 juni 1502

---

[37] *in de marge van deze akte*: b.
[38] *in de marge van deze akte*: C.
[39] *in de marge van deze akte*: d.

Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Notum[40] sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus A, b et C signati, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus, filius Huberti de Creyen, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Johannis van den Loo Wouterss., repromisit quod ipse Gerardus pretacte pactiones sibi, ut premittitur, supportatas in toto seu in parte nemini vendet, alienabit, transportabit nec impignorabit, ymmo dumtaxat ad suum usum annalem et suam competenciam reservabit quamdiu dictus Johannes in humanis vixerit atque quod ipse Gerardus ex causa hereditariarum supportationum pretactarum dictum Johannem quamdiu in humanis vivet bene et iuxta exigenciam sui status de victu et dormitu ac eisdem concernentibus ac aliis suis humanis necessariis enutriet et eidem, excepto amictu et calciatu, de premissis fideliter providebit absque dolo, hoc tamen salvo in casu quo dictus Gerardus in premissis, quod Deus avertat, defectuosus inventus fuerit et super quo defectu scabini in Buscoducis pro tempore per testimonium vicinorum eiusdem Gerardi prius sufficienter fuissent informati, quicquid iidem scabini desuper dictaverint, hoc idem dictus Gerardus ratum, gratum atque firmum perpetue observabit omni dolo secluso.
Testes, datum supra.

R1270, 332v
8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus A, b, C, d et E, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus palam recognovit et super omnia dicto Johanni promisit in casu quo eidem Johanni infra hinc et a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos proxime sequentes non placuerit post eosdem duos annos amplius apud dictum Gerardum moram trahere et in expensis suis permanere et idem Johannes non egrotans, sed stans et ambulans, idem eidem Gerardo infra eosdem duos annos intimaverit et expresse dixerit quod extunc eisdem duobus annis elapsis, adstatim absque mora notabili dictus Gerardus prefato Johanni, inquantum protunc sanus, stans et absque dolo ambulans vixerit, premissa resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet necnon refundet et refundere tenebitur eidem Johanni pactiones annales et pecunias, de premissis interim receptas, atque quod idem Gerardus stabit contentus de suis expensis eidem Johanni in dictus duobus annus collatis cum tercia parte decem lopinorum siliginis, sibi hodierna die a dicto Johanne supportata, ac cum huiusmodi trigintasex florenis Renensibus quos dictus Gerardus a dicto Johanne in mutuo receperat, hoc tamen salvo quod idem Johannes receptionem annalem, quam interim habuit de vitali pensione predicta a dicto Gerardo, eidem Gerardo quoad primodictas pactiones annales et pecunias receptas realiter defalcabit et defalcare tenebitur atque in eodem causa idem Johannes litteras de eadem pensione mentionantes prefato Gerardo iterum tradet et deliberabit aut in eius presentia rumpet et cancellabit absque dolo, prout ipse Johannes hoc palam recognovit et super omnia dicto Gerardo repromissit.
Testes, datum supra.

R1270, 332v -333r
8 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

[40] *in de marge van deze akte*: E.

Johannes, filius quondam Johannis van den Loo Woutersss., terciam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in decem lopinis siliginis hereditarie pactionis, quos decem lopinos siliginis iamdictos quidam Johannes dictus Vanniis annuatim et hereditarie Purificationis solvere tenetur ex certis suis hereditatibus, in parochia de Oisterwyck iuxta molendinum dictum Creyten moelen situatis, et que tercia pars predicta dicto Johanni per et post mortem quondam Katharine, sue sororis, iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Gerardo de Creyen simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quitavit insuper idem Johannes et quitum proclamavit eundem Gerardum et eius bona de et ab huiusmodi trigintasex florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, quos dictus Johannes prefato Gerardo dudum mutuaverat et idem Gerardus ab eodem Iohanne in mutuo receperat.
Testes, datum supra.

R1270, 333r
9 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Yda, filia quondam Henrici de Eyck alias dicti Tymmermans, cum tutore pro seipsa et Elisabeth, sua sorore, promisit ut debitrix principalis Petro de Hedel Janss. quod ipsa dabet et solvet eidem Petro hereditarium censum unius et dimidium librarum monete anno quolibet hereditarie Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino ab Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum de et ex domo et domistadio cum suis attinentiis, sitis in parochia de Oirschot, in pastoria van der Kerchove, inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Voss ex uno et fine uno et inter communem plateam ex alio, tendente cum fine reliquo ad viam lapideam; item ex pecia terre, sextariatam terre aut modicum minus continente, sita in parochia et pastoria predicta, inter communem plateam ex uno et inter semitam ecclesie ibidem ex alio, tendente cum uno fine ad quandam viam, dictam eenen voetpatt, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno stotero minus novenario capitulo Oirscottensi, uno stufero decano in Oirscot et vitali paccione duorum modiorum siliginis Petro de Hedel, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum IX^{a} junii.

R1270, 333r
9 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante novem peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus palam recognovit et super omnia et habenda dicte Yde repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, 333r
10 juni 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Gerardus de Hemart Henricxss. promisit super omnia et habenda Willelmo Moell Janss. septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro

quolibet computando, et quindecim consimiles stuferos Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Toelinc, datum X[a] iunii.

R1270, 333r
11 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Johannes,[41] filius Jacobi Marsmans alias Sloetmekers, hereditarie vendidit Goeswino, filio quondam Arnoldi Dircxss., hereditarium censum septem aureum florenorum Renensium, dictorum enckel gouden Rijnsgulden, vel valorem eorundem in alia bona pecunia, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis temino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de ex quodam campo terre dicti venditoris, sex iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Empel in loco dicto In de Cortbeemden, inter hereditatem Johannis, filius quondam Theoderici de Herssel, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis de Herssel ex alio, tendente a communi platea seu aggere ibidem ad hereditatem conventus Sororum Tercie Regule Sancti Francisci, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Ulenborch; item ex quodam alio campo terre eiusdem venditoris, viginti unum terre vel circiter continente, sito in parochia de Os, retro locum dictum After Ussen, inter hereditatem heredum quondam Henrici Ghysselen ex uno et inter hereditatem Coenrardi Keymp ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem Johannis Robben, ut dicebat, ab eodem promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu quatuor decim aureum florenorum Renensium ex predicto campo prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XI junii.

R1270, 333v
11 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum aureis florenis Renensibus, dictis enckel gouden Rynsgulden, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes Hynden et Kuyst, datum XI[a] junii.

R1270, 333v
11 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Johannes Balyart Barthoutss. et Jacobus, filius quondam Johannis Heer, promiserunt indivisi super omnia et habenda fratri Johanni de Trajecto Superiori ad opus Conventus Beatarum Marie Virginis et Brigitte Vidue, siti in Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, quinquaginta novem peters, XVIII stuferos vel valorem pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos.

---

[41] *in de marge:* XVII[a] junii, sabbato post octava Penthecostes, alio tercio presens contractus cassatus et cancellatus est de mandato dicti Goeswini et in presentia Henrice, uxoris dicti Johannis, venditoris.

Testes Hynden et Kuyst, datum XI[a] junii.

R1270, 333v
11 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinc

Reymboldus dictus Bollen, filius quondam Petri Janss., hereditarie vendidit Bruystino, filio quondam Wellini Arntss., institor, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis libere tradendam de et ex pecia terre paludialis, septem hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Herpen in loco dicto In de Crombeemd, inter hereditatem Johannis Zebertss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Quattels ex alio, tendente ab hereditate Constantini dicti Stanss Peterss. ad hereditatem Johannis die Quade; item ex pecia terre arabilis, dicta die Braeckeyck, modiatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, inter hereditatem Lamberti, filii quondam Nycolai de Goderheyl, ex uno et inter hereditatem Bathe, relicte quondam Rutgeri Heym Ghybenss., ex alio, tendente ab hereditatem Henrici Zebertss. ad hereditatem Petri de Vladeracken, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, 333v
11 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinc

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum triginta quatuor florenis Renensibus, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactionem anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, 333v-r
11 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinc

Willelmus, filius quondam Henrici, filii quondam Willelmi Janss., promisit ut debitor principalis michi ad opus Everardi, filii quondam Everardi Colenss. des Scaelmekers, quod ipse dabet et solvet eidem Everardo hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in domo, area et orto, duo hont terre vel circiter continente, sitis in parochia de Littoyen, inter communem stegam ex uno et inter hereditatem librorum quondam Johannis Willemss. ex alio, tendente ab hereditate Conventus Beate Geertrudis Virginis, siti in Buscoducis in vico Orthensi, ad communem plateam; item ex uno iugere ac lignicrescentia desuper consistentes, sitis in predicta parochia, inter hereditatem Aleydis, relicte quondam Goeswini Wyntkenss., et eius liberorum ex uno et inter hereditatem dictorum liberorum quondam Johannis Willemss. ex alio, tendente ab antiqua mosa ad Novam Mosam ibidem fluentem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis novem libris pagamenti hereditarii census prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

Testes, datum supra.

R1270, 334r
25 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue quamlibet libram cum quinque peters, XIX stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Everardus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes Hynden et Bogart, datum XXV^{ta} junii.

R1270, 334r
11 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Anselmus, filius quondam Lamberti dicti Teyen, quintam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus ac suis attinentiis, sitis in parochia de Os, Int Danckelaer, inter hereditatem Nycolai Arntss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Ruelenss. ex alio, tendente ab hereditate Michaelis Zeynssen ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio Johannis dicti Teyen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu unius libre communiter pagamenti, ex premissis integris bonis annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Hynden et Kuyst, datum XI^{a} junii.

R1270, 334r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Yewanus,[42] filius quondam Henrici Kuyst, domum, aream et ortum ac hereditates, tam arabiles quas pascuales sibi coadiacentes, olim Gerardi de Os, sitos in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Henrici de Dorren ex uno et inter communem stegam ibidem ex alio, simul cum fossatis ceterisque iuribus et attinentiis ad primissa e iure spectantibus, quos domum, aream, ortum et hereditates simul cum fossatis et attinentiis predictis dictus Yewanus erga Johannem de Hezebeen Arntss. acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Godefrido de Eyck, filio quondam Gerardi de Eyck, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis recognitionibus et oneribus in antiquis litteris contentis, quas recognitiones et onera dictus magister Henricus sic et taliter solvet et adimplebit ac solvere et adimplere tenebitur quod ad et supra dictum Yewanum et eius bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.

R1270, 334r-v
13 juni 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuijst

Frater Johannes Janss. de Trajecto Superiori, procurator pro tempore Conventus Beate Marie Virginis et Brigitte Vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater,

[42] *in de marge*: vacat hic.

potens ad infrascripta vigore certarum litterarum, sibi ab abbatissa, priorissa et patre ac omnibus conventualibus dicti conventus concessarum, ut apparebat, hereditarium censum octo librarum monete, quem censum Johannes de Lieshout, filius quondam Theoderici de Lieshout, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Conventui Beatarum Marie Virginis et Brigitte Vidue anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto ac parte domus posteriori ac porta lapidea et transitu seu via eidem domui et aree lateraliter et particula vacue hereditatis ipsis finaliter coadiacentes quondam domini Ghiselberti Back, dum vixit canonici ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, sitis in Buscoducis in vico dicto die Peperstraet, in oppositum cuiusdam viculi quo itur versus locum, dictum Triniteyt, inter hereditatem domini Hermanni Pyeck, presbiteri, et Johannis Wellens ex uno et inter hereditatem domini Arnoldi Vuegen de Zonnen, presbitero, premissam contradivisam ex alio, datis ad hereditarium censum dicto Johanni de Lieshout a domino Gerardo de Eyck, canonico ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, tamquam executore testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Johannis Amelrici, rectoris altaris Sancte Crucis, siti in dicta ecclesia, domino Willelmo de Asperen, rectoris altaris Sancte Crucis dicte ecclesie, tamquam substituto a domino Everardo van den Water, canonico, coexecutoris dicti testamenti et Andrea Wynans, tamquam substituto a magistro Ghiselberto die Bye, decano dicte ecclesie, tamquam superintendente executione dicti testamenti pro dicto censu et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni de Lyeshout, simul cum dictis litteris et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, presentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti conventus et omni conventualium eiusdem conventus, presentium et futurorum, deponere.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum XIII[a] junii.

R1270, 334v
13 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes Balyart Barthoutss., Jacobus Heren et Hermannus Poelman promisserunt indivisi super omnia et habenda Johanni de Lyeshout Dircxss. quinquaginta unum florenos Renenses, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac tres consimiles stuvers Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, 334v
13 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Engela, filia quondam Johannis die Ridder, suam ius et partem, ad ipsam spectantem in pecia prati novem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oisterwyck, in loco dicto in Udenhout, inter hereditatem Johannis Vanny ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Yde Vanny ex alio, tendente ab hereditate dicta die Gemeyn Hesseldonck ad hereditatem liberorum quondam quondam *(aldus)* Hessellonis Goyartss., hereditarie supportasset Dyonisio, filio quondam Wolteri Denyss., ut videbatur in litteris de Oisterwyck contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Dyonisius ius et partem predictam, que videlicet tercia pars dicte pecie esse dinoscitur, hereditarie supportavit Lamberto van den Hezeacker simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super et habenda warandiam obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus in antiquis litteris contentis.

Testes Hynden et Bogart, datum supra.

R1270, 334v
14 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert
Martinus, [43] filius quondam Lamberti van der Moelen, hereditarie vendidit Godefrido die Bye Dircxss. hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^ti^ stuferos vel valorem in pecunia et moneta pronunc valuata pro quolibet computando, atque quinque consimilium stuferorum, solvendum hereditarie Penthecostes de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Johannis dicti de Bladel Janss., carnificis, ex uno et inter reliquam domum, aream et ortum eiusdem venditoris ex alio, tendentibus a dicto vico Vuchtensi ad hereditatem heredum quondam Coenrardi Keymp, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque una et dimidia libris communiter pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Bogart, datum XIIII^ta^ junii.

R1270, 334v-335r
14 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditoris huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, 335r
15 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Petri van der Weteringe, hereditarie vendidit Petro, suo fratri, filio dicti quondam Petri van der Weteringe, hereditarium censum quinque librarum monete solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex quodam campo terre pascualis, dicto die Hoeve, duo bonaria terre vel circiter continente dicti venditoris, sito in parochia de Scynle, ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem heredum quondam Jacobi van den Hoevel ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Michaelss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Theoderici van der Haigen, ut dicebat, ab eodem. Promisit super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tredecim sextariis siliginis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XV^ta^ junii.

R1270, 335r
14 juni 1502

[43] *in de marge d.d. 2 mei 1503:* Secunda maii sexta post Exaudi anno tercio cancellatus et cassatus sunt isti duo contractus de mandato Godefridi die Bye et Martini van der Moelen predictorum.

Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Judocus dictus Moll, filius quondam Johannis Moll, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechtildis sue uxoris, filie Theoderici de Wetten, ab eodem quondam Theoderico et Aleyde, sua uxore, filia quondam Petri Marss., institoris, pariter genite, hereditariam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis mensure de Rode de hereditaria paccione sedecim lopinorum siliginis dicte mensure, quam pactionem iamdictam Johannes Steenbecker, filius Thome, filii Johannis Coninxss., promiserat se daturum et soluturum Rodolpho dicto Roever die Jonge anno quolibet hereditarie Purificationis et supra hereditates infrascriptas tradituram ex domo, area et orto, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Neynsel, inter hereditatem quondam Ghiselberti Wouterss. ex uno et inter hereditatem Johannis Steenbeecker ex alio, atque ex agro terre, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia et loco predicto, inter hereditatem Johannis Steenbecker et Lamberti et Johannis, fratrum, puerorum naturalium Bele Stubbendochter, ex uno et inter hereditatem Trude de Vinckenschoet ex alio; insuper ex pecia terre, dicta dat Espendonck, sita in parochia de Rode, ad locum dictum die Espendonc; item ex agro terre, unam maldratam terre vel circiter continente, sito in parochia predicta, ad locum dictum Ter Sloegen, quam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis predictam dictus Theodericus de Wetten, filius Ghiselberti, maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, prefato Judoco dicto Moll cum dicta Mechtilde, sua uxore, filia dictorum quondam Theoderici et Aleidis, nomine dotis ad ius opidi de Buscoducis hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis dicti van Afterbosch, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa conditione in casu quo dicta pactio quatuordecim lopinorum siliginis imposterum prefato Johanni via iuris evinceretur, quod extunc dictus Iudocus huiusmodi evictione facta refundet et refundere poterit dicto Johanni summa quadraginta peters, XVII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, unacum expensis litteris ea occasione perpessis; et eadem refusione facta, dictus Judocus et eius bona a dicta promissione warandie erunt quiti et penitus exonerati necnon idem Johannes extunc dictam pactionem prefato Judoco resupportabit et resupportare tenebitur simul cum dictis litteris, aliis et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem Johannes hoc palam recognovit et super omnia dicto Judoco repromisit absque dolo.
Testes Vladeracken et Bogart, datum XIIII^{ta} junii.

R1270, 335v
14 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Yewanus Kuyst, filius quondam Henrici Kuyst, domum, aream et ortum ac hereditates, tam arabiles qua pascuales sibi coadiacentes, olim Gerardi de Os, sitos in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Henrici die Dorne ex uno et inter communem stegam ibidem ex alio, simul cum fossatis ceterisque iuribus et attinentiis, ad primissa e iure spectantibus, dudum hereditarie supportatos dicto Yewano a Johanne de Heesbeen Arntss., prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Godefrido de Eyck, filio quondam Gerardi de Eyck, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis, videlicet onere conservandi huiusmodi aqueductus ad premissa e iure spectante necnon hereditaria pactione unius modii siliginis fabrice ecclesie de Orthen, hereditario censu quinque librarum et octo solidorum monete Domum Leprosorum van der Eyendonck et hereditario censu unius libre dicte monete capitulo ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in

Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, quos pactionem et census predictos dictus magister Godefridus exnunc deinceps perpetue dabet et solvet dareque et solvere tenebitur ex premissis sibi, ut premittitur, supportatis, sic et taliter quod dicto Yewano ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futurum, prout dictis magister Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Yewano repromisit.
Testes Bogart et Toelinc, datum XIIII^{ta} junii.

R1270, 335v
15 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Johannius, filius quondam Henrici de Loen, institoris, unum modium et duodecim lopinos siliginis hereditarie pactionis, quos Johannes van Oirt, filius Petri, promiserat se daturum et soluturum Mercelio, filio quondam Arnoldi Huben, anno quolibet hereditarie Purificationis ex domistadio terre cum edificiis desuper stantibus, sito in libertate de Waelwyck, inter hereditatem Rodolphi Janss. ex uno et inter hereditatem dicti Johannis van Oerd ex alio, et quos unum modium et duodecim lopinos siliginis predictos dictus Johannes, filius quondam Henrici van Loen, institor, erga dictum Mercelium, filium quondam Arnoldi Hubenss., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Gerardo de Ruermunda, confessori pro tempore Sororum Regularissarum Conventus Beate Marie Virginis ad Nazareth, siti in parochia de Waelwyck, ad opus earundem Sororum simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, filii quondam Henrici de Loen, et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Bogart, datum XV^{ta} junii.

R1270, 335v
15 juli 1502
Dirk van Hijnden en frans Toelinck

Martinus, filius quondam Johannis, filii quondam Henrici de Loen, institoris, super dictis uno modio et duodecim lopinis siliginis hereditarie pactionis atque iure ad opus dictarum Sororum hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui patris ac suis heredum deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XV^{ta} julii.

R1270, 335v-336r
16 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Egidius, filius Egidii dicti van Beetsingen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Barbare, sue uxoris, filie quondam Huberti Janss. de Loen, hereditarie vendidit Gerardo die Werdt, filio quondam Petri, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Venloen ad communem plaetsam ibidem, inter hereditatem heredum quondam Henrici Piggen ex uno et inter heriditatem Huberti Janss. de Loon predicti ex alio, tendentibus ab hereditate dictorum heredum ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda

warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque uno sextaris siliginis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVI^{ta} junii.

R1270, 336r
16 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere ad spacium duorum annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente semper dicto spacio durante cum et mediante trigintaduobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, 336r
16 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Wy Bogart et Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is Mathia, weduwe wilen meester Goyarts van Dommelen, dochter wylen Jacops van Driel, seggende ende allegerende dat zy voir den eerwerdigen wysen ende voirsienigen heren cancellier ende Raide van Brabant een saeck in recht te doen zall hebben tegen Peteren die Ghier, Henricken die Bruyn, Claessen Pels ende enige andere, wyese weren, welke sake zy overmits andere occupacien die zy te doen heeft in hoeren properen persoenen nyet vuechelic vervolgen en cannen ende hebben dairomme die voirs. Mathia voir hair selven ende Herman voir Jenneken voirs. geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen iegenwoirdigen brieve constitueren, setten ende ordineren Yngramme van Achelen, onsen mederaitsman, ende Claessen van Heyst, procurateur in de Raide voirs., hoir wittige procureurs et facteurs, gevende ende verlenende denselven ende elcken van hen bysunder, volcomen macht ende sunderlinge bevele voir Mathyssen ende Jenneken voirs. ende in haren name voir den eerwerdigen heren ende Raide voirs. te compareren ende hoir sake aldaer te verwaren, het zy in aenleggers oft verwerders stat, ende generalic allet dair inne te doen ende voirt te keeren dat die voirs. Mathia ende Jenneken selver zouden moigen doen ende voirt keeren oft zy present ende iegenwoirdich weren, met volcomen macht te substitueren enen oft meer procureur oft procureurs die de selve macht zullen hebben die hair voirs. geconstitueerde procureurs hebben, geloevende die voirs. Mathia et Herman in den name der voirs. Jenneken op verbyntenisse van hoeren gueden vast ende stedich te houden ende doen houden zoe was by den voirs. geconstitueerde procureurs, hoeren substituyt oft substituyten oft ennige van hen hierinne gedaen ende geprocureert sal werden ende hen enenyegelycken van hen van allen scaide, cost ende commer die hen ter cause van desen toecomen mucht, te releveren ende scadeloos te houden. In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen aen desen brieff doen hangen, gegeven opten sestiensten dach in junio.

R1270, 336v
16 juni 1502
Lambert Bogart en Frans Toelinck

Margareta, relicta quondam Johannis van der Spanck, commorans in Scynle, dedit Ghiselberto Dircxss., pistori, potestatem monendi huiusmodi denarios seu pecunias in quibus quidam Arnoldus Joirdens et eius uxor legitima sibi occasione certi proventus, dicti huyshuer, solvere tenebitur et cum premissis faciendi absque aliqua revocatione.
Testes Bogaert et Toelinc, datum XVI^{ta} junii.

R1270, 336v
16 juni 1502
Lambert Bogart en Frans Toelinck

Dictus Johannes Borchmans, presbiter, agrum terre, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, situm in parochia de Helvoert, ad locum dictum Dystenberch, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Eyckman ex uno et inter hereditatem Henrici van den Nuwenhuyse ex alio, quem agrum terra predictum dictus dominus Johannes erga Gerardum, filium quondam Johannis Mathyss. de Vladeracken, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Johannis Daemss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex dicto agro terre plus fore solvendum quam census fundi ad unum grossum antiquum ascendentem atque sex sextaria siliginis hereditarie pactione annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebat, quod dictus dominus Johannes hoc plus prefato Reynero penitus deponet.
Testes, datum supra.

R1270, 336v
16 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Gerardus de Maren Peterss. promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi Muykens, decem et octo florenos, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc currentis pro quolibet computando, Geertrudis Virginis proxime futuro persolvendos.
Testes Vladeracken et Toelinc, datum supra.

R1270, 336v
16 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Gerardus, filius quondam Yewani Gheenenss., promisit super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Arnoldi Muykenss., quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, necnon duos consimiles florenos Renenses pro censu annali a Remigii Confessoris proxime futuro ultra duos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, 336v
16 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Want dat alsoe gesciet is, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Jan Arnt Muykenss. ende hebben oepelic bekent ende op verbyntenisse van zynen gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. Gerarden wederomme geloeft in gevalle die voirs. Gerit twentich

Rijnsgulden van den voirs. veertich Rijnsgulden den voirs. Jannen betaelden tusschen dit ende van Bamisse naestcomende over een jair, dat hy Gerit dat sal moigen doen sonder eenigen chyns dair af te geven ende in dien gevalle sal hy betalende die voirs. ander twentich Rijnsgulden van Bamisse naestcomende over die twe jaeren voirs. gestaen, mits te betalen enen Rijnsgulden jairchyns sonder argelist.
Testes, datum supra.

R1270, 336v-337r
16 juni 1502
Jan van Vladeracken en Frans Toelinck

Dircxken, weduwe wylen Henricx van Belle, heeft hair afgeseegt der bontwerckerambacht bynnen deser stad ende zy en will van deser tyt voirtane dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes, datum supra.

R1270, 337r
23 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Willelmus, filius quondam Gerardi van den Wyel Geritss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Hezewyck, hereditarie vendidit Ghiselberto, filio quondam Henrici die Bruyn, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in parochia de Oisterwyc, in platea Ecclesie ibidem, inter hereditatem Thome Mertenss. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Ennen ex alio, tendentibus a dicta platea ad hereditatem investiti de Oisterwyck; item ex duabus terciis partibus, ad dictum venditorem spectantibus in pecia terre pascualis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia iuxta molendinum, dictum die Nedervondersche Wyntmoelen, inter hereditatem Rodolphi dicti de Dongen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente alias ad hereditatem Goeswini Rutten; item ex domo, area et orto olim dicti quondam Theoderici, nunc vero ad ipsum venditorem spectantem, sitis in Buscoducis in vico, dicto die Corte Putstraet, inter hereditatem olim eiusdem quondam Theoderici, nunc vero conventus ad Aquas Beate Marie Virginis, siti in parochia de Roesmalen, ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii Petri de Ryel et Margarete de Turnout, eius uxoris, ex alio, tendentibus a dicto vico ad fossatum, dictum der stadgrave, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu quatuor librarum monete et decem stuferis ex dictis domo, area et orto, in Oisterwyc situatis, atque tribus lopinis siliginis, una blancka et uno grosso antiquo ex dicta integra pecia terre pascualis necnon censu fundi ex dictis domo, area et orto in Buscoducis situatis, prius annuatim e iure solvendum, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXIII^{a} junii, in profesto Nativitatis Baptiste.

R1270, 337r
23 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum quadraginta septem florenis Renensibus, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu

anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidi anni dicto emptori preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, 337r
17 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Otto de Hoemen Arntss. promisit super omnia et habenda Woltero Byekens Lambertss. septuaginta duos florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVII^{a} junii.

R1270, 337r
17 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Dictus Otto promisit adhuc eidem Woltero centum et septem consimiles florenos Renenses a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, 337r-v
16 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Jan Kanapart Janss. een hostat lants metten bogart ende alder Masen dair aen gelegen, zoeverre die hem toebehoirt, heeft hy verhuert in gerechter verhueringe Willemen Lamberts Ghybenss., van denselven een spacie van thien jaeren den hoichtyde van St. Jansmisse naestcomende sonder myddelt naesteenvolgende te hebbene ende te gebruyckene voir ende omme vyff Rijnsgulden, te rekenen twentich stuvers oft die werde dairvoir in anderen paymente voir elcken der voirs. Rijnsgulden, te geven ende te betalen den voirs. Jannen van Willemen voirs. alle jair der voirs. jaeren in den hoichtyde van Sinte Jansmisse ende van den iersten taeldach van Sint Jansmisse nu naestcomende over een jair ende zoe voirtaen die jaeren voirs. gedurende, geloevende Jan voirs. opte verbyntenisse van zynen gueden dat hy die verhueringe voirs. vast ende stedich sal houden sonder wederseggen. Item desen gesciet zynde heeft Jan voirs. oepelic bekent ontfangen te hebbene van Willemen voirs. die geheel somme der penningen die hem bynnen den thien jaeren voirs. ten ocsuyn voirscr. zullen verschynen ende vervallen ende schaut dair af quyt den voirs. Willemen ende anderen, dairaf quitantie behoevende.
Testes Kuyst et Bogart, datum XVI^{ta} junii.

R1270, 337v
17 juni 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Lamberti de Zoemeren, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Wolteri Emonts, ab eodem quondam Woltero et quondam Christina, sua uxore, relicta quondam Godescalci dicti Noydens, filii quondam Gerardi dicti Noydens, pariter genite, quartam partem pecie terre, dicte dat Streepken, site

infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Reyneri dicti Janss. ex uno et inter hereditatem Theoderici dicti de Engelant et Margarete, relicte quondam Gerardi dicti Sporkens, et eius liberorum ex alio, dudum venditam dicto Godescalco dicto Noydens ab Arnoldo dicto Noydens, filio quondam Gerardi dicti Noydens, prout in litteris, hereditarie supportavit Matheo, filio quondam Henrici Theeuss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Yde, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Godescalci ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Bogart et Toelinc, datum XVII[a] junii.

R1270, fol. 337v-338r
17 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Theodericus dictus Arntss., incola ville seu libertatis Sancte Ode Rodensis, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Petri Apostoli ad Cathedram ex domo, area, orto et domo posteriori Nycolai die Veer, filii quondam Johannis die Veer de Zuytphen, sitis in Buscoducis in Vico Ecclesie, inter hereditatem Johannis de Maren, pellificis, ex uno et inter hereditatem Oliveri de Berchuysen, pistoris, ex alio, quem censum predictum Franco de Langel ad opus Theoderici, filii quondam Hermanni Hemsinck, erga dictum Nycolaum die Veer, vitrificem, filium quondam Johannis die Veer de Zuytphen, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum predictum dictus Theodericus de Hemsinck, pronunc incola opidi de Zuytphen, prefato Theoderico Arntss. unacum certis aliis censibus et pactionibus hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris iudicis et scabinorum dicti opidi de Zutphen desuper confectis plenius contineri, hereditarie supportavit Henrico de Lynther, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris et iure occasione et arrestadiis, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali conditione annexa in casu quo dictus census duarum librarum imposterum prefato Henrico via iuris evinceretur, quod extunc dictus Theodericus Arntzss. huiusmodi evictione facta refundet et refundere poterit dicto Henrico summam duodecim peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, unacum expensis litteris ea occasione perpessis; et eadem refusione facta dictus Theodericus et eius bona extunc in antea a dicta promissione warandie erunt quiti et penitus exonerati necnon idem Henricus extunc dictum censum prefato Theoderico resupportabit et resupportare tenebitur simul cum dictis litteris et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem Henricus hoc palam recognovit et super omnia dicto Theoderico repromisit.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 338r
17 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Dictus Theodericus Arntss., incola ville seu libertatis Sancte Ode Rodensis, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex campo terre, dicto den Hoveacker, Godefridi, filii quondam Petri Wynricxss., sito in parochia de Megen, inter hereditatem Mathie Roelofss. et Johannis van Berchuysen ex uno et inter hereditatem dominii de Megen ex alio; insuper ex uno iugere terre Gerardi, filii quondam Gerardi Hoyckman, sito ibidem, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii Marcelii de Dryel, ex alio; item ex agro terre eiusdem Gerardi, filii Mercelii de Driel, sito ibidem, inter

hereditatem Henrici Snavel ex uno et inter hereditatem dominii de Megen ex alio, quem censum predictum Theodericus, filius quondam Hermanni Hemsynck, erga dictos Godefridum, filium quondam Petri Wynricxsoen, Gerardum, filium quondam Gerardi Hoyckman, et Gerardum, filium Mercelii de Driel, emendo acquiserat prout in litteris, et quem censum predictum dictus Theodericus Hemsynck, pronunc incola opidi Zuytphenensis, prefato Theoderico Arntss. unacum certis aliis censibus et pactionibus depost hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris iudicis et scabinorum dicti opidi de Zuytphen desuper confectis plenius contineri, hereditarie supportavit dicto Henrico de Lynther, simul cum dictis litteris et iure occasione et cum arrestadiis, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, salvo tamen dictis Godefrido, Gerardo et Gerardo, venditoribus, et eisdem reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, tali annexa conditione in casu quo dictus census quatuor librarum imposterum prefato Henrico via iure evinceretur, vulgariter dicentem dat hy dair af worde ontwerdt, quod extunc dictus Theodericus Arntss. huiusmodi evictione facta refundet et refundere poterit dicto Henrico summam decem et octo florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, unacum expensis litteris ea occasione perpessis; et eadem refusione facta dictus Theodericus et eius bona extunc in ea antea a dicta promissione warandie erunt quiti et penitus exonerati necnon idem Henricus extunc dictum censum prefato Theoderico Arntss. resupportabit et resupportare tenebitur simul cum dictis litteris et iure ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem Henricus hoc palam recognovit et super omnia dicto Theoderico repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 338r-v
20 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Johannis Woutersz. van der Vlasvoirt, hereditarie vendidisset Arnoldo Geritss. de Vucht annum et hereditarium censum quatuor librarum pagamenti, quamlibet libram solvendam cum septem stuferis aut pagamento eiusdem valorum in alia pecunia in festo Omnium Sanctorum, vildelicet de et ex domo, orto ac domistadio cum hereditatibus coadiacentibus, sitis in parochia de Gemonden in tribunali de Bucstel, inter hereditatem Theoderici de Acht ex uno et ex alio latere ad hereditatem heredum Henrici Gelavimans, ut videbatur in litteris de Bucstel contineri, et cum Petrus van den Doern, filius quondam Petri, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Jacobi Apostoli ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter tres maldratas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum dLutteleynde, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Hillegonde, relicte quondam Arnoldi de Gerwen, et eius liberorum, ex alio, hereditarie supportasset Arnoldo de Vucht, filio quondam Gerardi, prout in litteris, et cum deinde Willelma, relicta quondam Arnoldi de Vucht, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarantem inter cetera inibi contenta legasset et reliquisset quatuor peters hereditarie pecunie ac annui redditus aut tantum plus ut exinde missa hereditaria, videlicet missa ebdomadaria fieri et celebrari posset perpetuis temporibus pro animabus sua dicti quondam Arnoldi de Vucht et omni suorum amicorum, ut videbatur in quodam instrumento contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dominus Arnoldus, presbiter, filius quondam Arnoldi de Vucht, et quondam Willelme predictorum, potens ad hoc, ut dicebat, adimplendum piam intentionem dicte quondam Willelme, sue matris, atque ordinationem et dispositionem per executores testamenti dicte quondam Willlelme in dicto instrumento contentos super dotatione dicte misse de bonis

dicte quondam Willelme depost factas, supradictos census quatuor et duarum librarum hereditarie supportavit michi ad opus rectoris pro tempore altaris beati Nycolai episcopi, siti in ecclesia de Bucstel, et eidem in dotationem dicte misse assignaverit ab eodem rectore post obitum dicti domini Arnoldi et non prius habendum et possidendum simul cum dictis litteris, aliis et instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi de Vucht ac suorum heredum deponere cum conditione consueta.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XX[a] junii.

R1270, fol. 338v
20 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Dictus Arnoldus, presbiter, filius quondam Arnoldi de Vucht, adimplendum piam intentionem quondam Willelme, sue matris, iuxta tenorem testamenti eiusdem ac dispositionem suorum executorum in suo testamento contentorum super dotatione cuiusdam misse ebdomadarie super altare beati Nycolai in ecclesia de Bucstel perpetue celebrandi, promittens ut debitor principalis michi ad opus rectoris pro tempore dicti altaris quod ipse dabet et solvet eidem rectori hereditarium censum decem librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis obitum dicti domini Arnoldi et non prius immediate subsequente de et ex domo, area et horreo ac orto et hereditatibus sibi mutuo coadiacentibus, tres et dimidia modiatas terre vel circiter pariter continente, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Onrode, inter hereditatem domini Henrici de Ranst, militis, domini de Bucstel, ex uno et inter hereditatem Johannis die Molneer cum quibusdam aliis ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Lamberti, filii quondam Johannis Nuwartss., ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque septem modiis siliginis prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.
Cum conditione consueta.

R1270, fol. 338v
20 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Arnoldus dictus Goyartss. et Rutgerus dictus Rutgerss., incole de Geffen, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus magistri Gerardi de Brede viginti tres peters, XVIII stufers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 338v-339r
20 juni 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuijst

Johannes, filius quondam Barthelomei Willemss., hereditarie vendidit Mercelio dicto van den Hoevel, filii quondam Petri van den Hoevel, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, undecim vasatas terre vel circiter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Nysterle, ad locum dictum Opt

Oisterwyck, inter hereditatem Rodolphi Jacopss. de Slaabroeck ex uno et inter hereditatem Theoderici Loyen ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem de Nysterle; item ex medietate ad ipsum venditorem, ut dicebat, spectantem in campo terre seu prati, sito in dicta parochia in loco, dicto In Delst, inter reliquam hereditatem dicti venditoris et hereditatem Johannis van der Wyst ex uno et inter hereditatem reliquam eiusdem venditoris ex alio, tendente ab hereditatem Henrici dicti van der Wyst ad communem plateam, ex illa scilicet medietate dicti campi que sita est contigue iuxta hereditatem dicti venditoris et dicti Johannis van der Wyst, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno sextario siliginis ac dimidio grosso antiquo ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 339r
20 juni 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 339r
4 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes dictus Moels, filius quondam Johannis Moels, palam recognovit quod ipse tamquam proprietarius et possessor pro tempore domus, aree et orti, sitorum in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Alden Huls, inter hereditatem Geerlaci die Wever ex uno et inter hereditatem Stephani Becker ex alio, tendente a communi platea ad fossatum, dictum den Mortelgrave, de et ex eisdem domo, area et orto annuatim Purificationis pronunc solvere tenetur Henrico et Symoni, fratribus, liberis quondam Henrici die Bastart, huiusmodi duas libras hereditarii census communes pagamenti, quas quedam Johanna dicta Lankens, commorans dum vixit in opposito Pomerii Sagittariorum ibidem, dicti der Scuttersbogaert, de et ex premissis annuatim levare et solvendi habere consueverat, ut dicebat, promittens super omnia ratam servare.
Testes Toelinc, Paeuweter, datum quarta julii.

R1270, fol. 339r
21 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Willelmus, filius quondam Arnoldi dicti Roever van den Eenquinckel, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Henrici dicti Heyman, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter ex domo, area et orto ac hereditatibus mutuo adiacentibus, pariter septem et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum Aent Dorhout, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi dicti Vriesen ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Peterss. ad hereditatem Martini van der Moelen des Cangieters, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda

warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi hereditario censu trium librarum monete dicto emptori, hereditario censu unius libre conventui de Zoeterbeeck et hereditaria pactione quatuor vasorum ac sexta parte unius vasatis ordei hereditatibus quondam Henrici van den Scoetacker, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Bogaert, datum XXI[a] junii.

R1270, fol. 339r-v
21 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum sedecim florenis Renensibus, XX[ti] stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando in huismodi redemptione aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictum den enckelen gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes Hynden et Bogaert, datum XXI[a] junii.

R1270, fol. 339v
22 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Elisabeth, relicta quondam Nycolai van den Broeck, filia quondam Willelmi Brants, cum tutore usufructum sibi competentem in hereditaria paccione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Willelmus dictus Lobbe promiserat se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Franconis, pistoris, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex duabus peciis terre, sita in parochia de Scynle, ad locum dictum Aen die Voirt, quarum una dat Wyer stuck et altera Kayen hostad nuncupantur, atque ex medietate vinarii, dicti die Wyer, et iuxta peciam terre, dat Wyer stuck vocatam, sitam, quam pactionem predictam Henricus dictus die Wyse, filius quondam Nycolai dicti die Wyse, pellifex, erga Ghiselbertum, filium quondam Ghiselberti van den Brekelen, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti Oedeveer junioris, filii Johannis dicti Oedeveer, acquisierat prout in litteris et quam pactionem predictam dictus Henricus die Wyse et Aleidis, eius uxor legitima, filia quondam Henrici Brants, dictis Elisabeth et Nycolao, eius marito, quod ad eorum usufructum et eorum liberis quo ad ius hereditarium in eorum testamento legaverant, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, legitime supportavit Sophie et Aleydi, liberis Elisabeth et quondam Nycolai predictorum, simul cum dictis instrumento, aliis et iure occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Bogaert, datum XXII[a] junii.

R1270, fol. 339v
22 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitute igitur coram scabinis infrascriptis dicte Sophia et Aleidis cum tutore supradictam pactionem hereditarie

supportaverunt Mechtildi, relicte quondam Jacobi Wouterss., des lantermekers, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure occasione, promittentes indivisi et cum eis dicta Elisabeth super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et ex parte dictorum quondam Henrici die Wyse et Aleidis, coniugum, atque dicti quondam Nycolai ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 339v
23 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Thomas, filius quondam Johannis dicti Vilten, tamquam relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerardi van der After, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, ad locum dictum Opte Half Mergen, inter hereditatem Marcelii, filii quondam Zeberti van den Hoevel, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Thome dicti Gruyters ex alio, tendente a communi platea et quodam munimine, dicto die landweren, ad hereditatem Johannis dicti Maess., ut dicebat, legitime supportavit Johanni, filio Thome et quondam Elisabeth predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXIII[a] junii.

R1270, fol. 340r
23 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Notum sit universis quod cum ita actum esset constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes dictam peciam terre, in ea quarte qua ibidem sita est, cum suis attinentiis, hereditarie vendidit Marcelio, filio quondam Zeberti van den Hoevel predicto, ab eodem, promittens et cum eo dictus Thomas, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis dimidio denario, half gwillelmusscilde vocato, cuidam Petre Uden, begine, et dimidia libra communis pagamenti Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, annuatim prius exinde e iure solvendis, necnon circumspectionibus, dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 340r
23 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Henricus, filius quondam Willelmi de Tuyll, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, unam maldratam terre vel circiter pariter continentem, sitos in parochia de Hees, ad locum dictum Op Zochel, inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Hoeven ex uno et inter communitatem ex alio, tendentes ab hereditate olim Wernemanni Witmeri, nunc vero Hillegondis, relicte quondam Engberti Sanders, et eius liberorum, ad hereditatem dictam Kuylmans Camp conventus Carthusiensis in Vucht; item adhuc peciam terre arabilis, tredecim vasatas terre vel circiter continente, sitam in parochia et loco predictum, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Willelmi Arntss., ex alio, tendentem cum reliquo fine ad communitatem seu communem plateam et cum reliquo fine ad hereditatem Wellini Stegemans, ut dicebatur, dedit ad hereditarium censum Ghiboni dicto die Bever, filio quondam Johannis dicti die Bever, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro

censu fundi ad sex et dimidium stuvers domino duci, una blancca census vicinorum atque hereditaria pactione unius sextarii seminis raparum Yewano Kuyst, prius exinde e iure solvendis, dandum et solvendum ab alio anno quolibet hereditarie terminis solutionis et loco ad hoc debitis et consuetis atque pro hereditario censu sex librarum monete dandum et solvendum sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam, pro premissis et alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Henrico dictum censum sex librarum monete anno quolibet hereditarie termino Purificationis ex premissis, promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 340r
23 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere dictum censum sex librarum perpetue, quamlibet videlicet libram cum sex peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Ghiboni repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 340r
23 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Dictus Ghibo promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Henrico ad spacium trium annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequentium quolibet dictorum annorum sex libras monete Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante et adhuc in ultimo termino dictorum trium annorum trigintasex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet huiusmodi peters computando.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 340v
23 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Henricus et Symon, fratres, liberi quondam Henrici die Bastart, ab eodem et Yda sua uxore, filia quondam Theoderici de Nulle, pariter geniti, duas libras hereditarii census communis pagamenti quas Johanna, relicta quondam Laurencii van Erenboutss., in sua vita tamquam usufructuaria solvendum hereditarie consueverat et pronunc ipsi Henricus et Symon solvendum habent annuatim et hereditarie Purificationis ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum den Auden Huls, inter hereditatem Geerlaci die Wever ex uno et inter hereditatem Stephani Becker ex alio, tendentibus a dicto vico ad fossatum, dictum den Mortelgrave, et quem censum quidam Johannes dictus de Eyndoven dicto Johanni dicto Erenbout dudum ex premissis vendiderat aut solvere promiserat, ut dicebat, hereditarie supportaverunt magistro Petro de Os simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.

Testes et datum supra.

R1270, fol. 340v
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Dictus magister Petrus dictas duas libras hereditarii census, hereditarie supportavit dictis Henrico et Symoni, fratribus, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum prima julii.

R1270, fol. 340v
23 juni 1502
Iwan Kuijst en Lambert Bogaert

Cornelia et Jutta, sorores, filie quondam Lamberti, filii quondam Christiani Rutgerszoen, cum tutore, super campo terre quinque iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Littoyen, in loco dicto Int Vilbroeck, inter hereditatem Lamberti, filii quondam Nycolai de Goederheyl, ex uno et inter quandam communem stegam seu plateam, dictam den Cleynen Wederschoet, ex alio, quem campum terre predictum Rutgerus et Lambertus, fratres, Johanna et Elisabeth, eorum sorores, liberi dicti quondam Lamberti, Henricus Loyen, filius quondam Petri Loyen, maritus et tutor legitimus Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Lamberti Corstiaenss., necnon sorores Margareta de Doesborch, procuratrix, et Christina, filia eiusdem quondam Lamberti, soror inhabitans Domus Sororum, site in Rossem, territorii Gelrensis, Willelmo de Achel, filio quondam Gerardi, pridem hereditarie supportaverant, prout in litteris, atque super toto iure eis seu earum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus ad opus domini Gerardi de Beest, canonici in Buscoducis, hereditarie renunciavit et effestucando, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum campum e iure spectantibus.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XXIII[a] junii.

R1270, fol. 340v
23 juni 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Johannes et Jacobus, fratres, liberi quondam Arnoldi dicti van der Heyden, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni die Leeuwe Arntss., aurifabro, viginti novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 340v-341r
30 juni 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Zegerus, filius quondam Johannis dicti Beckers, promisit ut debitor principalis Goeswino, filio quondam Arnoldi Dircxsoen, quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino hereditarium censum unius et dimidii aureum florenorum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis,

dictorum Andriesgulden, gerecht van gewicht, vel veri valorum eorundem in alia bona pecunia, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis a Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo et area dicti promittentis, sita in parochia Buscoducis, in vico dicto die Karstraet, inter hereditatem Theoderici de Rode, carpentarii, ex uno et inter hereditatem liberi quondam Johannis de Berlykem ex alio et fine posteriori, tendente cum fine anteriori ad vicum predictum, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem et octo libris communis pagamenti prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum ultimam junii.

R1270, fol. 341r
30 juni 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum viginti uno aureis florenis cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictis enckel gouden Andriesgulden, gerecht van gewichte, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Goeswinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Zegero repromisit.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 341r
deze akte is onvolledig

Frater Hermannus Roelofssoen, ordinis fratrum Predicatorum, rector, magister et confessor conventus Sororum de Penitencia beati Dominici in Wouderichem, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum sibi a priorissa, suppriorissa et sororibus dicti conventus desuper concessarum, ut apparebat, hereditariam pactionem unius modii siliginis.

R1270, fol. 341r
27 juni 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Nycolaus, filius quondam Gerardi van den Laer, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, usufructum ac totum ius hereditarium sibi competentem in pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Aerle, in loco dicto die Langdonck, inter hereditatem quondam Thome Smolleners ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Stanssen ex alio, tendente ab hereditate Rodolphi die Bever ad hereditatem Egidii van den Boer cum iure viandi ad dictam peciam terre e iure spectante, quam peciam terre predictam dictus Nycolaus unacum quadam pecia terre, dicta Peters Beempt, erga Petrum de Eyck, filium quondam Gerardi, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis van den Laer, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XXVII[a] junii.

R1270, fol. 341r
27 juni 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Johannes promisit ut debitor principales dicto Nycolao quod ipse dabit et solvet eidem Nycolao annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Helmont, anno quolibet ad vitam dicti Nycolai et non ultra Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Aerle tradet de et ex quodam prato, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia de Aerle, in loco dicto Int Ryebroeck, inter hereditatem Egidii van den Boer et quorundam aliorum ibidem ex uno *(sic)* inter peciam terre, trium lopinatarum vel circiter, hodierna supportatam dicto Johanni a Nycolao predicto, cum pluribus aliis hereditatibus diversorum hominum ibidem ex alio, tendente a quadam stega ad hereditatem Gerardi Steenbeckers, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis septem vasis siliginibus mensure de Helmont, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 341v
27 juni 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Frater Hermannus Roelofssoen, ordinis fratrum Predicatorum, rector, magister et confessor conventus Sororum de Penitencia beati Dominici in Wouderichem, ex parte et nomine dicti conventus et quarumcumque sororum eiusdem conventus, presentium et futurorum, potens ad hoc vigore certarum litterarum dicti conventus, ut apparebat, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Henricus, filius quondam Jordani Geritssoen, promiserat ut debitor principalis se daturam et soluturam dicto conventui anno quolibet hereditarie Purificationis ex quodam prato, sito in parochia de Erpe, ad locum dictum die Hongerdonck, inter hereditatem Arnoldi dicti Hoernken ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, dato ad hereditarium pactum dicto Henrico a Margareta, filia quondam Leonii de Gemonden, et fratre Goeswino de Herentals, ordinis fratrum Predictatorum, rectore, magistro et confessore dicti conventus pro data pactione et quodam alio onere, prout in litteris, hereditarie supportavit Andree Geritssoen de Arkel, simul cum dictis litteris et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, warandiam, obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XXVII[a] junii.

R1270, fol. 341v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd (in de marge: vacat*)*

Yda, relicta quondam Johannis, filii naturalis quondam Johannis, filii quondam Johannis Coppens, cum tutore, in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis, filii quondam Johannis Coppens, cultellificis, et Jacobi, filii quondam Petri Stoots, tamquam executorum testamenti et ultime voluntatis primodicti quondam Johannis.

R1270, fol. 341v-342r
27 juni 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Yda, relicta quondam Johannis, filii naturalis quondam Johannis, filii quondam Johannis Coppens, cum tutore potens ad infrascripta, ut apparebat, vigore testamenti dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, ymmo ad solvendum debita eiusdem Johannis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis, filii quondam Johannis Coppens, cultellificis, et Jacobi, filii quondam Petri Stoots, tamquam executorum testamenti predicti, hereditarium

censum duarum librarum monete, quem censum Jacobus, filius quondam Theoderici Jan Pouwelss., promiserat ut debitor principalis primodicto Johanni, filio naturali quondam Johannis, filii quondam Johannis Coppens, quod ipse daret et solvet eidem Johanni anno quolibet hereditarie Purificationis ex medietate cuiusdam prati, quatuor diurnatas prati vel circiter continente, siti in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Grooter Lyemde, inter hereditatem Ghysberti Roestenberchs ex uno et inter hereditatem Willelmi Janss. ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Geertrudi, filie quondam Mathie van der Weteringen, begine Maiorum Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, et suorum heredum deponere, salva tamen dicto Jacobo sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat. Promisit insuper et cum ea dicti Johannes, filius quondam Johannis Coppens, cultellifex, et Jacobus, filius quondam Petri Stoots, indivisi super omnia et habenda in casu quo census predictus dicte Geertrudi imposterum via iure evinceretur, quod extunc adstatim huiusmodi evictione facta ipsi prefate Geertrudi refundent et refundere tenebuntur decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, unacum censu annali et expensis desuper perpessis, quibus refusis dicta Gertrudis dictum censum dicte Yde resupportabit et resupportare tenebitur ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XXVII[a] junii.

R1270, fol. 342r
28 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Ghibo Heesters Gysbrechtss. et Adrianus, filius quondam Elye Janss., promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus capitulo Eyndoviensis viginti octo modios siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos occasione impactionis certe quote decime in Vucht, dicte die Scorvoirtthiendt, ut dicebat.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXVIII[a] junii.

R1270, fol. 342r
28 juni 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Petrus, filius quondam Henrici van der Voirt, et dictus Ghibo promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti capituli tres modios et tria sextaria siliginis dicte mensure Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos occasione impactionis certe quote decime in Vucht, dicte die Papenthiendt, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 342r
28 juni 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Petrus Heesters Claess. et Gerardus, filius quondam Andree dicti Ghenen, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti capituli octo modios siliginis mensure

predicte, Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos occasione impactionis certe quote decime in Vucht, dicte Besschemerthiendt, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 342r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Gerardi dicti die Necker.

R1270, fol. 342r
28 juni 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Gerardus, filius quondam Lamberti van den Broeck, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Michaeli, filio quondam Michaelis Roesmonts, ad spacium decem annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum unum modium siliginis mensure de Buscoducis Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante et dictam siliginem in Zonne tradituram et in ultimo termino dictorum decem annorum adhuc viginti septem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, estimando videlicet aureum florenorum Renensium, dictum den gouden Rijnsgulden, ad XXVIII stufers denarios, dictos dobbel vueryseren, ad duos stuferos et quartam partem unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 342r
28 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Matheus Kuyst, filius quondam Henrici Kuyst, quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in campo terre, sex iugera terre vel circiter continente, dicto Menten Camp, sito in parochia de Empel, inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Theoderici de Wetten, Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et Henrici Zanders ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Heren et plurium aliorum ex alio, tendente ab hereditate dicte Mense ad hereditatem dicte Aleidis et eius liberorum, ut dicebat, hereditarie vendidit Godefrido de Bladel, filio quondam Egidii de Bladel, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictam quartem partem e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 342v
28 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Anthonia, relicta quondam Willelmi de Jonghe, et Arnoldus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni dicto Colenss. de Berlykem triginta quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Martini Hyemali proxime futuro persolvendos.

Testes Kuyst et Toelinc, datum XXVIII junii.

R1270, fol. 342v
28 juni 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Gerardi die Necker, et Gerardus, filius quondam Henrici Brocken, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus capituli Eyndoviensis viginti tres modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos occasione impactionis certe quote decime in Vucht, dicte die Hoevoertsthiendt, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 342v
30 juni 1502
Iwan Kuijst en Arnt Pauweter

Ghiselbertus, filius Amelii, filii quondam Arnoldi Melissoen, Symon, filius quondam Johannis Willelmszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleydis, sue uxoris, Henrico, filius quondam Lamberti de Gorcum, tamquam maritus et tutor legimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, et Johannes, filius quondam Henrici Hesselss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Godestadis, sue uxoris, filiarum dicti Amelii, filii quondam Arnoldi Meliss., pro seipsis et suis coheredibus hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Gestel prope Oisterwyck, inter hereditatem Ancelmi Mathyss. ex uno et inter hereditatem Judoci, filii quondam Wolteri Ansemss. ex alio et fine uno, quam pactionem predictam Heilwigis, filia Amelii, filii quondam Arnoldi Meliss., erga Ancelmum, filium quondam Ancelmi Wouterss., emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio dictis supportatibus et suis coheredibus per et post mortem dicte quondam Heilwigis iure succesione hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Ghiselberto, filio quondam Lamberti de Gorcum, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum et coheredum necnon ex parte dicti quondam Heilwigis ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum ultima junii.

R1270, fol. 342v
1 juli 1502
Iwan Kuijst en Frans Toelinck

Johannes, filius quondam Willelmi dicti Cocx, domum, aream et ortum cum suis attinentiis, sitos in Buscoducis, in vico Fullonum, dicto der Volrestraet, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Uden ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, tendentes a dicto vico retrorsum usque ad hereditatem Arnoldi dicti Jordens, ut dicebat, locasset recto locationis modo Christine, relicte quondam Arnoldi Janss., textoris laneorum, ab eadem ad spacium quinquaginta annorum proxime futuro habendum et possidendum pro censu fundi domino duci hereditario censu quinque librarum monete dicte Mense, hereditario censu trium et dimidie librarum dicte monete domino Marcelio Claess., presbitero, atque hereditario censu duarum librarum eiusdem monete Johanni dicto van den Hoevel, annuatim

exinde prius e iure solvendis, ut dicebat, dando et solvendo ab alia terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum prima julii.

R1270, fol. 343r
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Everardus, filius quondam Jacobi de Stiphout, cultellifix, et Nycolaus Pels, filius quondam Petri Pels, hereditarie vendiderunt Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix junioris, hereditarium censum sedecim florenum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Visitatione Marie et pro primo solutionis a Visitatione Marie proxime futuro ultra annum de et ex domo area et orto ac domo posteriori dicti Everardi, sitis in Buscoducis, in vico Hynthamensis, inter hereditatem Gerardi dicti van der Zantvoirt, pannicide, ex uno et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Henrici dicti des Glaesmekers, et eius liberorum ex alio, tendente a dicto vico retrorsum ad hereditatem Johannis Quant et quorundam aliorum ibidem; item de et ex domo, area dicti Nycolai, sita in dicta opido in vico Ecclesie, inter hereditatem Willelmi Hels Willemss. ex uno et inter hereditatem Johannis Quant ex alio, tendente a dicto vico ad hereditatem heredum quondam Henrici des Verwers; item adhuc ex tribus iugeribus terre dicti Nycolai, sitis in parochia de Macharen, inter hereditatem Johannis Wouterss. ex uno et inter communem plateam ex alio; item adhuc ex pecia terre eiusdem Nycolai, dicta die Bulckt, sita in eadem parochia, inter hereditatem Mathie van den Hove ex uno, inter hereditatem Nyclai de Driel ex alio, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque decem et septem libris pagamenti ex domo, area, orto et domo posteriori dicti Everardi, necnon censu fundi atque hereditario censu sedecim librarum monete ex domo et area dicti Nycolai et novem stuferis, ex dictus tribus iugeribus terre et pecia terre prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra in profesto Visitatione beate Marie Virginis.

R1270, fol. 343r
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Et poterit redimere perpetue cum ducenti et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionis per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 343r
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus immediate precedentibus constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Anthonius van Heynsberch, filius quondam Henrici, palam recognovit et super omnia et habenda dictis Everardo et Nycolao, venditoribus, promisit quod ipse Anthonius exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet necnon infra tres annos proxime futuros redimet et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictos Everardo et Nycolao ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro atque quod iidem Everardus et Nycolaus ac eorum bona a dicto censu erunt exonerati.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 343v
deze akte is onvolledig

Phillipus, filius quondam Godefridi dicti die Scheerre, textor lineorum, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Petri, filii quondam Petri Janss., et ipsa Yda cum eodem.

R1270, fol. 343v
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Henricus dictus de Uden, filius quondam Arnoldi dicti van den Hoernick, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, relicte quondam Petri, filii quondam Petri, filii quondam Petri Janss., et ipsa Agnes cum eodem Henrico, suo marito, tamquam cum suo tutore, peciam terre arabilis, tres maldratas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Everardi Broessoen ex uno et inter hereditatem Henrice, relicte quondam Petri die Brouwer, et eius liberorum, Danielis van der Aafoirt et Petri Wouters ex alio, tendente a communi platea ad communitatem, dictam den Duynhalm, pridem supportatam primodicto Petro, filio quondam Petri, filii quondam Petri Janss. a Willelmo, filio quondam Judoci, filii quondam Mercelii de Wetten, prout in litteris, insuper adhuc usufructum dicte Agneti competentem in edificiis in dicta pecia terre consistentibus necnon in quibuscumque domus utensilibus et bonis paratis, haeflyke gueden communiter vocatis, in quibus primodictus quondam Petrus decessit et dicta Agnes suum adhuc habet et possidet usufructum ac in edificiis predictis et manibus dicte Agnetis adhuc existentibus, ut dicebat, legitime supportaverunt Yde, filie secundodicti quondam Petri, filii quondam Petri Janss., ad opus sui et ad opus Johannis, sui fratris, filii eiusdem secundodicti quondam Petri, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare.
Testes Hynden et Kuyst, datum prima julii.

R1270, fol. 343v-344r
1 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuijst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et fiat relatio ut in forma, qua facta tunc sic cumque per prius dicti Johannes, filius quondam Petri, filii quondam Petri Janss., quecumque bona mobilia, immobilia et hereditaria que sibi per et post mortem quondam Petri, sui patris, et Margarete, sue matris, iure successione hereditarie advoluta sunt necnon que sibi pertet *(sic)* post mortem primodicti quondam Petri, sui fratris, etiam advoluta sunt atque que sibi per et post mortem dicte Agnetis adhuc advolvenda sunt quocumque locorum

consistentia, sita solvenda ac reperienda, hereditarie supportasset Petro et Paulo, fratribus, liberis quondam Arnoldi Merceliss., prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Phillipus, filius quondam Godefridi dicti die Scheerre, textor lineorum, tamquam maritus legitimus dicte Yde, sue uxoris, et ipsa Yda cum eodem Phillipo, suo marito, tamquam cum suo tutore necnon dicti Petrus et Paulus, fratres, nomine dicti Johannis, eorum avunculi, ac vigore supportationis iam pretacte supra dictam peciam terre unacum edificiis in eadem consistentibus ac quibuscumque domus, utensilibus et bonis paratis, haeflike gueden vocatis pretactis, hereditarie supportaverunt dicto Henrico de Uden et Agneti, eius uxori pretacte, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et primodicti quondam Petri, filii quondam Petri, filii quondam Petri Janss., ac suorum heredum et successorum quorumcumque deponere. Quo facto Goeswinus et Margareta, eius soror, liberi dicti quondam Arnoldi Merceliss., cum tutore super premissis dictis et Henrico et Agneti, ut prefertur, supportatis atque iure ad opus eorundem Henrici et Agneti hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 344r
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Johannis Henricxss., promisit ut debitor principalis super omnia et habenda Willelmo Janss. van der Meyen undecim modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos occasione impactionis certe ofte decime in Vucht, dicti van den Moelenacker ende Ganspoel, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quarta julii.

R1270, fol. 344r
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Johannes dictus Voss Dircxss., Zegerus, filius quondam Arnoldi van Capellen, Petrus dictus Heesters Claeszoen et Arnoldus, filius quondam Dionisii Reynerssoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmus dicto Willelmo quod ipsi dabunt et solvent eidem Willelmo ad spacium sex annorum proxime futurorum quolibet dictorum annorum trigintaquatuor modios siliginis et dimidium modium ordei mensure de Buscoducis Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradent et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante occasione impactionis certe quote decime in Vucht parochie Sancti Petri,, dictis van der Alder thienden in Sinte Petersprochie tot Vucht.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 344r
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Symon, filius quondam Johannis Willemss., promisit super omnia et habenda Johanni Moels, filio quondam Johannis, viginti florenos Renenses, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 344r
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Bernardus Janss. de Overmere palam recognovit et super omnia et habenda Mercelio et Zeynse, eius sorori, liberis quondam Johannis Snoecx, ad opus eorum et ad opus Petri, eorum fratris, filii dicti quondam Johannis, promisit quod ipse Bernardus, tamquam proprietarius pro tempore domus, aree et orti, sitorum in vico Sancti Georgii Martiri, in opposito domus de Buchoven, inter hereditatem seu domum eiusdem beati Georgii ex uno et inter domum et ortum dictorum Mercelii, Zeynse et Petri ex alio, de et ex eisdem domo, area et orto suis primodictis, huiusmodi hereditarium censum sex librarum pagamenti quem quedam begina Maiorum Curie Beginarum in Buscoducis, hereditarium censum unius libre pagamenti quem censum capitulum in Buscoducis, hereditarium censum dimidi libre pagamenti quem conventus de Porta Celi prope Buscoducis et medietatem census fundi quem dominus ducis ex primodicta domo et area et ex dicta domo et area dictorum liberorum Johannis Snoecx annuatim solvendo habent, exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Mercelio, Zeynse et Petro, liberis dicti quondam Johannis Snoecx, ad et supra se et bona sua ac domum et ortum suos pretactos dampna exinde non eveniant quovismodo in futurum.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quarta julii.

R1270, fol. 344v
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Marcelius et Zeynsa, liberi quondam Johannis Snoecx, cum tutore pro seipsis et pro Petro, eorum fratre, palam recognovit et super omnia et habenda Bernardo Janss. de Overmeer promiserunt quod ipsi, tamquam proprietari pro tempore domus, aree et orti, sitorum in Buscoducis, in vico Beati Georgii Martiris et Militis, in opposito domus de Buchoven, inter hereditatem Godefridi dicti Haeckmeker ex uno et inter hereditatem seu domum et orto *(aldus)* Bernardi Janss. de Overmeer ex alio, de et ex eisdem suis domo, area et orto primodictis huiusmodi hereditarium censum quinque librarum pagamenti quem Carthusienses in Vucht, hereditarium censum duarum et dimidie librarum quem quidam alii Carthusiensium et medietatem census fundi quem censum dominus dux ex primodicto domo, area et orto et dictis domo ac orto dicti Bernardi annuatim et hereditarie solvendum habent, exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabunt et solvent ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Bernardo ad et supra se et bona sua ac domum et ortum suos pretactos dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum quarta julii.

R1270, fol. 344v
4 juli 1502
Frans Toelinc en Arnt Pauweter

Henricus dictus de Uden, filius quondam Arnoldi dicti van den Hornick, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Willelmi dicti sWevers de Gemart, carpentario, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis absque omni

precaria et incommodis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem magistri Nycolai Kuyst ex uno et inter hereditatem Petri Wouter sHerensoen et Christiani Janss. ex alio, tendentibus a communi platea ad communitatem, dictam den Duynhalm, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 344v
deze akte is onvolledig
Claes van Waelhoeven eenen.

R1270, fol. 344v-345r
4 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Nicolaus de Waelhoven campum terre, tria iugera terre vel circiter continente, dictum communiter Nollekens Camp, situm infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum By die Pompe, ut dicebat, locavit recto locationis modo Elisabeth, relicte quondam Arnoldi die Hoessche, ab eadem Elisabeth ad spacium octo annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente habendum, fruendum et possidendum pro centum florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, semel prefato Nycolao dandum et solvendum in promptis ab Elisabeth predicta, promittens sub obligatione cuiusdam mansi, dicti Nollekens Hoeve, siti in parochia de Oisterwyck, in loco dicto in Udenhout, atque sub obligatione omnium et singularum attinenciarium et iurium eiusdem mansi quocumque locorum consistentium, situm et reperiendium necnon sub obligatione cuiusdam campi, dicti Nollekens Camp, quinque iugera terre vel circiter continente, ad ipsum spectantis, siti ante Vlymen, atque adhuc idem Nycolaus et cum eo Lambertus, filius quondam magistri Willelmi Clocgieter, indivisi super omnia et habenda quod ipsi dicte Elisabeth de primodicto campo terre trium iugerum vel circiter dicto spacio annorum durante debitam et iustam pro dictis centum florenis semel dando prestabunt warandiam, et quod ipsi omnes obligationem et impetitionem in eodem campo terre exeuntes et interim eventuras prefate Elisabeth deponent omnino. Quo facto dictus Nycolaus palam recognovit et publice confessus est se recepisse a dicta Elisabeth dictos centum florenos Renenses in pecunia pronunc valuata et quod eadem Elisabeth sibi de eisdem centum florenis Renensibus in promptis et bene numeratis pecuniis realiter satisfecit, clamans igitur dictus Nycolaus eandem Elisabeth et eius bona et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de eisdem centum florenis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 345r
4 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Nycolaus de Waelhoven promisit super omnia et habenda dictum Lambertum, suum compromittentem, et eius bona de dicta promissione atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 345r
4 juli 1502

Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Petrus, filius Ambrosii Janss. de Geffen, hereditariam pactionem decem et septem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo et orto ac hereditate sibi adiacente, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen die Wyck, inter hereditatem Laurencii van Houthuysen ex uno et inter communem plateam ex alio, quam pactionem Christianus, filius naturalis Lamberti Corstiaenss., ab eodem Lamberto et quondam Mechtilde, filia naturali et illigittima quondam domini Arnoldi van den Goer, pariter genitus, necnon Willelmus et Arnolda, eius soror, pueri naturales dicte quondam Mechtildis, ab eadem quondam Mechtilde et quondam Ponthenero, filio legitimo Johannis Kepken, pariter geniti, prefato Petro hereditarie supportaverunt prout in litteris, hereditarie supportavit domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure ac arrestadiis duorum annorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 345r
4 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Domicella domicella *(sic)* Elsbena promisit ut debitrix principalis super omnia et habenda dicto Petro quod ipse dabit et solvet eidem Petro ad spacium trium annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum decem et septem sextaria siliginis mensure de Buscoducis Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradet et sic deinceps anno quolibet dictorum annorum spacio durante necnon octuaginta quinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, adhuc in ultimo termino dictorum annorum.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 345r-345v
5 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Henricus Collart, filius quondam Johannis Collaert, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda Goeswino de Brecht quatuor florenos Renenses, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, Remigii proximiter futurum persolvendos.
Testes Hynden Toelinc, datum quinta julii.

R1270, fol. 345v
5 juli 1502
Jan van Vladeracken en Arnt Pauweter

Domina Ysabela, filia quondam Petri Blonders, abbatissa, domicelle Aleidis Roevers, Elisabeth de Buchoven, Beatrix Coenen, Katherina Coenen, Willelma Pynappel et Theodora de Oesterzee, conventuales de senioribus conventus Sancte Clare in Buscoducis, nomine earum et dicti conventus ac quarumcumque conventualium eiusdem conventus presentium et futurorum cum tutore, hereditarium censum unius aurei denarii, communiter aude scilt vocati, boni auri et iusti ponderis, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Roesmalen in loco dicto Heze, inter hereditatem

Arnoldi, filii quondam Rodolphi Damenss., ex uno et inter hereditatem Theoderici de Megen ex alio, quem censum predictum magister Arnoldus de Weilhuysen ad opus dicti conventus Sancte Clare erga Wolterum Pynappel acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Francisco Toelinc simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus et quarumcumque conventualium eiusdem, presentium et futurarum, deponere.
Testes Vladeracken et Paeuweter, datum quinta julii.

R1270, fol. 345v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Heilwigis, filia quondam Wolteri, filii Johannis Abenss., uxor legitima Jacobi, filii quondam Mercelii Marceliss., cum tutore, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum scabinalium de Buscoducis a dicto Jacobo, suo marito, concessarum, ut apparebat, hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere ab omni onere precarie et subventione tradendam ex pecia terre, tria iugera terre vel circiter continente, dicta tWolf Patt, sita in parochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum In den Hauwe, inter hereditatem Willelmi Bloys ex uno et fine uno et inter hereditatem domini temporalis de Herlair ex alio, quam pactionem predictam dicta Heilwigis erga Ghiselbertum, filium dicti quondam Wolteri, filii Johannis Abenss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus domini Mercelii, filii quondam Nycolai van den Hout, presbiteri, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore sub obligatione eodem alterius hereditarie pactionis quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere ab omni onere precarie et subventione tradendam ex duobus iugeribus terre vel circiter continente, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum In den Hauwe, inter hereditatem Willelmi Bloys ex uno et inter hereditatem Ghiselberti, filii quondam Wolteri predicti, ex alio, quam pactionem iamdictam dicta Heilwigis erga Johannem, filium quondam Wolteri, filii Johannis Abenss., emendo acquisierat iuxta continentiam litterarum de Buscoducis, et ultimus super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Jacobi, sui mariti, ac suorum heredum et successorum deponere cum conditione consueta.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum VI^{ta} julii.

R1270, fol. 345v – 346r
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes Penninck, filius quondam Gerardi, Johannes, filius quondam Arnoldi van der Haigen, et Johannes, filius quondam Henrici Pouwelss., hereditarie vendidisset Christine, filie quondam Henrici Janss., hereditarium censum undecim aureum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, solvendum hereditarie Servacii Episcopi et in opido de Buscoducis ab omnibus precariis domini ducis ceterisque incommodibus et exactionibus, si que fuerint, libere tradendum ex domo, aera et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quatuor bonaria terre vel circiter continente, predicti Johannis, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum die Hautart; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre arabilis et duo bonaria prati vel circiter continente, secundodicti Johannis, sitis in parochia predicta, ad locum dictum dWybosch; insuper ex septima parte ad ultimodictum Johannem spectantem in domo, area et orto ac

hereditatibus sibi coadiacentibus, duas modiatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia, ad locum dictum dLutteleynde, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Jordanus de Boert, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Christine, sue uxoris, palam recognovit se recepisse a Johanne et Nycolao, fratribus, filiis naturalibus quondam Nycolai de Berkel, vigintiquinque florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et hoc in defalcatione huiusmodi summe pecuniarum qua mediante supradictus census redimi et acquitari poterit et valeat, clamans igitur dictus Jordanus eosdem Johannem et Nycolaum, fratres, et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de eisdem vigintiquinque florenis Renensibus quitos.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 346r-v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Rodolphus dictus de Dynther, filius quondam Walteri dicti Spierinck de Dynther, tria iugera et duo hont terre ad se spectantes, sitos in loco dicto die Hoeven, in loco dicto die Lange Dynthersscche hoeve, in quodam campo spectante ad dictum Rodolphum et Johannem dictum Spierinc, suum fratrem, sex iugera et quatuor hont terre continente, et qui campus ultimodictus situs est contigue iuxta hereditatem domicelle Theodora, filie quondam Theoderici de Dynther, hereditarie vendidisset Johanni dicto Scraghe van den Loeshoevel et deinde Andreas dictus Backeniet et Zanna, filia legitima dicti Andree, ab eodem Andrea et quondam Elisabeth dicta van Hees, sua olim uxore, filia legitima quondam Mechtildis, filie legitime quondam Johanni dicti Scraghe van den Loeshoevel, genita, dicta tria iugera et duo hont terre hereditarie vendidissent et supportassent Willelmo dicto de Loen, pistori, prout in diversis litteris, cumque Johannes dictus Spierinck, filius quondam Theoderici dicti de Gestel de Dynther, medietatem cuiusdam campi ad se spectantem, quinque iugera et quatuor hont terre continente, siti in parochia de Nuwelant, in loco dicto die Lange Dynthersscche Hoeve, inter hereditatem quondam Petri Petri *(sic)* dicti de Hyntham ex uno et inter hereditatem quondam dicti Cnode van Vucht ex alio, hereditarie vendidisset Petro dicto Emontssoen et deinde idem Petrus iamdictam medietatem hereditarie supportasset Emondo Emontssoen, suo fratri, et cum deinde Johannes, filius Jacobi dicti Jordenssoen, maritus et tutor legitimus Yde, sue uxoris, filie quondam Jacobi, filii dicti quondam Emondi Emontss., medietatem dicte medietatis predicti campi quinque iugerum et quatuor hont terre hereditarie supportasset Willelmo de Loen, filio quondam Johannis, atque adhuc Emondus, Elisabeth, liberi Jordani, filii dicti quondam Jacobi Joirdens, ab eodem Jordano et quondam Johanna, sua uxore, filia dicti quondam Emondi Emontss., pariter geniti, necnon Nycolaus dictus Coel, filius quondam Mercelii dicti Wamel, maritus et tutor legitimus Christine, sue uxoris, filie eorundem Jordani et quondam Johanne, reliquam medietatem dicte medietatis campi ultimodicti hereditarie supportassent dicto Willelmo de Loen, prout in diversis aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Godefridus et Jacobus, fratres, liberi quondam Egidii de Bladel, filii quondam Arnoldi de Bladel, Johannes et Laurencius, fratres, liberi quondam Johannis de Bladel, filii dicti quondam Arnoldi de Bladel, Godefridis Strick, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi de Bladel, Johannes, filius quondam Reyneri dicti Willemss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Willelmi Zoemers, ab eodem et quondam Mechtilde, eius uxore, filia quondam Henrici de Gael, pariter genite, Petrus, filius quondam Martini Peterss., cupifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Johannis Jacopss., ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Henrici de Gael, pariter genite, Johannes, filius

quondam Godefridi de Hees alias dictus de Lytt, pellifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Woltere, sue uxoris, filie quondam Wolteri Lonyss., Wellinus, filius quondam Arnoldi dicti Last Aelbertss., Willelmus, filius quondam Bartholomei Quattels, Willelmus, filius quondam Johannis Meeussoen, pro seipso et suo fratre et sororibus, Jacobus, filius quondam Johannis Jacopss., pro seipso et suis fratribus et sororibus, atque Henricus, filius quondam Johannis Everitss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Essele, sue uxoris, filie dicti quondam Bartholomei Quattels, supradicta tria iugera et duo hont atque dictas medietates dicti campi quinque iugerum et quatuor hont dicto Willelmo de Loen, ut premittitur, supportata et supportatas et pronunc ad ipsos spectantes, prout ibidem in duobus campis sibi mutuo finaliter coadiacentibus pronunc consistere dinoscuntur, inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Dussen ex uno et inter hereditatem Lamberti die Wolff et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendente ab hereditate Heilwigis, relicte quondam Philippi Goetscalcx, et eius liberorum ad hereditatem conventus Sancte Clare in Buscoducis, in ea quantitate qua ibidem consistunt et ad dictum quondam Willelmum de Loen pertinere consueverant, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Hermanno, filio Waltgeri dicti Geritss. In den Wildeman, ad opus Judoce, filie quondam Johannis dicti Moelengraefs alias de Loen, ab eodem et quondam Aleyde, eius uxore, filia quondam Johannis dicti Buck, pariter genite, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Godefridus et Jacobus de Bladel, fratres, Johannes et Laurencius de Bladel, fratres, et Godefridus Strick indivisi pro una quinta parte, Johannes, filius quondam Reyneri, et Petrus, filius quondam Martini, indivisi pro alia quinta parte, Johannes, filius quondam Godefridi de Heels, pro tercia quinta parte, Wellinus pro quarta quinta parte necnon Willelmus, filius quondam Bartholomei, Willelmus, filius quondam Johannis Meeus, Jacobus Jan Jacopss. et Henricus indivisi pro quinta quinta parte ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum uxorum, fratrum et sororum necnon ex parte dicti quondam Willelmi de Loen et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Toelinc Paeuweter, datum VI^{ta} julii.

R1270, fol. 346v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Hermannus, filius Waltgeri, promisit super omnia et habenda dictis Godefrido et Jacobo de Bladel, fratribus, Johanni et Laurencio de Badel, fratribus, et Godefrido Strick centum et quinquaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra octo dies proxime subsequente persolvendos et prelevandos a dictis Godefrido, Jacobo, Johanne et Laurencio et Godefrido Strick iuxta tenorem amicabilem eloquii inter ipsos et suos in bonis Jacobi de Loen coheredes, per certos electos arbitros pronunciati.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 346v
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Hermannus promisit super omnia et habenda dictis Godefrido et Jacobo de Bladel, fratribus, Johanni et Laurencio de Bladel, fratribus, et Godefrido Strick octuaginta decim consimiles florenos Renenses infra octo dies proxime sequente persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
6 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Hermannus promisit ut debitor principalis super omnia habenda et acquirenda dicti Johanni, filio quondam Reyneri, Petro Mertens, Johanni, filio quondam Godefridi de Hees alias de Lytt, Wellino, Willelmo, filio quondam Bartholomei, Willelmo, filio quondam Johannis Meeuss., Jacobo Jan Jacopss. et Henrico tricentos necnon quadraginta quator consimiles florenos Renenses infra octo dies proxime subsequente persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Judocus, filius Godefridi dicti van der Moelen alias dicti Haeckmekers, ab eodem et quondam Christina, sua uxore, pariter genitus, palam recognovit se recepisse a dicto Godefrido, suo patre, decem et septem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et hoc in defalcationem huiusmodi quadraginta florenorum Renensium quos dicta quondam Christina in suo testamente post mortem dicti Godefridi de bonis eiusdem prefato Judoco dari voluit et eidem legavit iuxta tenorem instrumenti desuper confecti, clamans igitur dictus Godefridus dictum Godefridum, suum patrem, et eius successoris ac eorum bona de premissis decem et septem florenis Renensibus Renensium quitos.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum VII^{a} julii.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelmus de Buchoven, Laurencius Boyen, Johannes Wytmans, Petrus Elens, Jacobus Ghysbrechss., Johannes Poynenborch, Arnoldus dictus Maes, Arnoldus de Laerhoven et Adrianus Laureyns Loyenss. promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus pitancie de Tongerloo sexaginta modios siliginis et septem modios havene mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro ad ius decimale persolvendos et in Buscoducis aut in Tilborch supra solarium ad optionem pitanciarii tradendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Laurencius Boyen promisit super omnia et habenda michi ad opus dicte pitancie triginta duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc currentis pro quolibet computando, mediatim Bartholomei et mediatim Remigii Confessoris proxime future persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502

Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes Wytmans et Petrus Elens promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicte pitancie vigintiquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers, ultra mediatim Bartholomei et mediatim Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes dictus Goyartss. de Druenen promisit super omnia et habenda michi ad opus investiti de Druenen quatuordecim modios siliginis necnon viginti octo modios havene mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis et dictam havenam ad locum dictum Ravels tradendam.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347r
7 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Henricus, filius quondam Henrici dicti Heymans, et Rodolphus, filius quondam Johannis dicti Roeverss, promiserunt indisi super omnia et habenda magistro Henrico Heym, canonico in Buscoducis, duodecim denarios, croenen communiter vocatos, XXIIII^{or} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dimidium numerum angwillarum, duas vymas recti strammis et duas geltas sinapis Purificationis proxime futuro persolvendas, tali annexa conditione quod dicti promittentes solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium ordei mensure de Vechel Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 347v
7 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Magister Rutgerus de Erpe, filius quondam Rutgeri, promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico quatuordecim et dimidium consimiles coronas, dimidium numerum angwillarum, duas geltas synapis et duas vymas recti strammis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione quod dictus promittens solvet et solvere tenebitur investito de Vechel unum modium silignis mensure de Vechel Andree apostoli sic et taliter quod dicto magistro Henrico dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII^{a} julii.

R1270, fol. 347v
7 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Gerardus, filius quondam Arnoldi Delis, et Arnoldus, filius quondam Willemss. de Doerne, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto magistro Henrico septem et dimidium consimiles coronas, dimidium numerum angwillarum, duas geltas synapis et duas vymas recti

strammis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione quod dicti promittentes solvent et solvere tenebuntur dicto investito unum modium havene mensure de Vechel Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347v
deze akte is onvolledig (in de marge: vacat*)*

Dictus Arnoldus, filius quondam Arnoldi de Doerne, promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico quod ipse dabet et solvet et implebit eidem magistro ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum unum vas boni et clari olei raparum Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps.

R1270, fol. 347v
7 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Hubertus, filius quondam Huberti, filii quondam Constantini dicti Stanss Peterssoen, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus cum suis edificiis, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Aent Boeghe, inter hereditatem liberorum quondam Johannis dicti Byls et hereditatem Gerardi die Molner ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Gerardi dicti Kuvyts, et eius liberorum ex alio, quem censum predictum secundodictus Hubertus, filius quondam Constantini dicti Stanss Peterss., erga Cornelium, filium naturalem quondam Arnoldi dicti Molner, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Lamberto, filio quondam Gerardi van der Hautart, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 347v-348r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Gibonis dicti Haeck, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Henrici dicti Comanss., hereditariam pactionem dimidii mode siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sito infra libertatem de Os, in platea dicta die Peperstraet, iuxta cymitherium ecclesie ibidem, inter communem plateam ex uno latere et fine uno et inter hereditatem Henrici Vilt ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Lamberti dicti Corstiaenss.; item ex pecia terre eiusdem venditoris, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, in loco dicto In de Royen, inter hereditatem Udonis dicti Wychens ex uno et inter hereditatem Reyneri, filii quondam Danielis Aben, ex alio et inter ab hereditate Johannis, filii quondam Johannis de Erpe Janss., ad hereditatem Godefridi, filii quondam Gerardi Bollenss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis undecim stuferis ex domo, area et orto predictis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 348r
7 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum decem et novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 348r
7 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Arnt, zoen wilneer Willems van Doerne, heeft geloeft als sculder principael op hem ende allen zyn goet, hebbende ende vercrigende, te geven, leveren ende vullen meester Henricken Heym, canonick in sHertogenbosch, tot een spacie van vier iaren, den hoichtyde van Korsmisse lestleden sonder myddelt volgende, alle iair der voirscreven iaren een vaetken omtrent vyftich quarten houdende met goeden ende claeren raepolys in den hoichtyde van Korsmisse ende voir den iersten dach van betalinge in den hoichtyde van Korsmisse naestcomende ende zoe voirtane van termyn tot termyne die iaren voirs. geduerende.
Testes Hynden et Kuyst, datum VII^{a} julii.

R1270, fol. 348r
8 juli 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Symon, filius quondam Luce dicti Stemkens, et Daniel de Vlyerden Danelss. promiserunt indivisi super omnia et habenda domino Johanni de Bladel, cannonico in Buscoducis, ad opus sui et ad opus domini Nycolai Hoyberchs, presbiter, nonagintasex aureos florenos Renenses, XX^{ti} octo stuvers vel vel *(sic)* valorem pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos occasione impactionis dimidie decime in Waderle et Wedart, ut dicebat.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum VIII^{a} julii.

R1270, fol. 348r
8 juli 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Dictus Symon promisit super omnia et habenda dictum Danielem et eius bona de premissis atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 348r
12 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes dictus de Berze promisit super omnia et habenda Goeswino dicto van den Zande novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, minus uno stufero Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos.

Testes Bogaert et Paeuweter, datum XII[a] julii.

R1270, fol. 348r
12 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Cornelis dictus Borchmans Peterss., incola opidi Antwarpiensis, promisit super omnia et habenda Ghiselberto Roelofss., pannicide, decem et novem florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon octo consimiles stuvers infra hinc et Remigii Confessoris futuro persolvendos.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 348r
12 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Theodericus Peterss. promisit super omnia et habenda magistro Henrico de Os Dircxss. tres et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos occasione impactionis, unius iugere terre eiusdem magistri Henrici, siti in parochia de Maren, tali annexa conditione quod dictus Theodericus dictum iuger terre infra hinc et Nativitatis Domini proxime futuro conservabit ab omnibus operibus demptis novis.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XII[a] julii.

R1270, fol. 348v
12 juli 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Willem, soen wilneer Henricx van Hagennouwen, heeft oepenbairlic bekent ende beleden dat hem by Jannen van der Heiden, woenende onder tgericht van Heesscheren, volcomen betalinge gedaen is van allen alsulckenen penningen als die voirscreven Jan hem sculdich is ende geloeft heeft comende ter cause van den achtendeel van eenre watermoelen, staende tot Kilsdonck, ende schaut de voirscreven Willem dair af quyt den voirscreven Jannen ende zyn gueden als van den penningen die hy Jan ten ocsuyn voirscreven geloeft heeft.
Testes Hynden et Bogaert, datum XII[a] julii.

R1270, fol. 348v
12 juli 1502
Dirk van Hijnden en Lambert Bogaert

Lambertus, filius Martini van der Moelen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filie quondam Mathie, filii quondam Pauli Hoefkens, hereditarium censu octo librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex quodam campo terre pascualis, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, iuxta plateam dictam die Lytschestraet, inter hereditatem Adriani Peterss. ex uno et inter hereditatem Petri Janss. ex alio et fine uno, tendente cum alio fine ad hereditatem reliquam Johannis, filii quondam Ambrosii Janss., quem censum predictum Elisabeth, filia Pauli Hoefken, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, erga dictum Johannem, filium quondam Ambrosii Janss., emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum dicta Elisabeth prefate Willelme, sue nepti, post eius mortem habenti donaverat, ut dicebat,

hereditarie supportavit michi ad opus Elisabeth, filie quondam Johannis Broess., begine dicte Maioris Curie, simul cum dictis litteris, documentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Willelme, sue uxoris, necnon ex parte dicte quondam Elisabeth, filie quondam Pauli Hoefkens, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 384v
deze akte is onvolledig

Johannes Kanapart Janss. domistadium terre simul cum parte aggeris ac Antiquo Mosa sibi mutuo coadiacente, situm in parochia de Littoyen.

R1270, fol. 348v-349r
14 juli 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes Kanapart Janss. domistadium terre simul cum Antiquo Mosa ibidem currente, quadam parte aggeris interiacente, situm in parochia de Littoyen, inter fossatum quoddam, dictum den Wertgrave, ibidem ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentem ab hereditate dicti Johannis Kanapart ad communitatem, simul cum dicta parte aggeris interiacente in ea quarte qua domistadium terre Antiquus Mosa et pars aggeris predicti ibidem siti sunt et ad Johannem de Tefelen olim spectare consueverant, ut dicebat, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Lamberti Gysbrechtss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto onere conservandi unam pedatam aggeris Mose consistentem in quinque pedatis aggeris Mose, sitis in dicta parochia, in loco dicto In den Sack, inter partem aggeris Gerardi Symons cum uno fine superius et inter partem aggeris Petri Claess. cum alio fine inferius, ad premissa e iure conservandi spectantem, quam unam pedatam aggerem Mose iamdictarum unacum dicta parte aggeris Mose in dicto domistadio consistentem dictus Willelmus exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus conservabit et conservare tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni Kanapart ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XIIII^{ta} julii.

R1270, fol. 349r
14 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Willelmus, Arnoldus et Henricus, fratres, filii quondam Mathie, filii quondam Willelmi de Hermalen, peciam terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dictam den Heynsel, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Johannis de Amersoyen, aurifabri, ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti Walravens ex alio, tendentem ab hereditate conventus de Bynderen ad communem viam; item adhuc agrum terre, dictum den Boeracker, tres lopinatas terre vel circiter continente, situm in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem liberorum quondam Mathie, filii dicti quondam Mathie de Hermalen, ex uno et inter hereditatem dicti Henrici, filii quondam Mathie, ex alio, tendentem ab hereditate dicti Johannis de Amersoyen ad communem plateam; item peciam prati, dictam die Hofstadt, sitam in parochia et loco predictis, inter hereditatem conventus de Bynderen ex uno et alias inter aquam ibidem currentem undique adiacentem, die Dommel vocatam; item

peciam terre pascualis, dictam die Cleyn Coppel, sitam in dictis parochia et loco, inter hereditatem conventus fratrum Carthusiensium in Vucht ex uno et inter communem plateam alias adiacentem, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Martino, filio quondam Henrici Theeuss. van Bakelair, ab eodem, promittens indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis vigintiduobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi capitulo in Buscoducis, quinque stuferis et quarta parte unius stuferi capitulo Sancte Ode Rodensis atque quindecim placcis Busciducensibus, census fundi eidem capitulo Sancte Ode, duabus blanccis census fundi domino de Bucstel, dimidio grosso antiquo census fundi domino duci in Gestel, hereditaria paccione unius sextarii siliginis mensure de Rode predicta Johanni die Raet, quinque stuferis vicario in ecclesia de Eerschot atque sex libris et quarta parte unius huiusmodi librarum communis pagamenti Nycolao Hepkens, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, que onera pretacta dictus Martinus exnunc deinceps dabet et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis venditoribus ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Martinus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes Hynden et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 349r
14 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Henricus die Connick Willemss. et Gerardus, filius Everardi dicti Ruysschen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Gerardo dicto Arntss., carpentario, ducentos quinquaginta ac decem et octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim ad statim postquam dictus Gerardus sluysam in Gewanden iuxta tenorem cedularum desuper confectarum posuerit seu locaverit et non prius et mediatim Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 349r
14 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Gerardus Arntss. medietatem premissorum legitime supportavit Woltero die Brouwer, carpentario, simul cum dictis litteris et iure.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 349v
14 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Gobelinus, filius quondam Johannis Meeuss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, et Willelmus, filius dicti quondam Johannis, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filiarum quondam Gerongii Mesmakers, ab eodem et Luytgarde, eius uxore, filia quondam Arnoldi Roelofss., pariter genitarum, unum maldrum siliginis quod maldrum siliginis Ambrosius, filius quondam Johannis Broess., promiserat annuatim et hereditarie solvere anno quolibet Purificationis ex tribus et dimidie vasatis terre vel circiter ac quodam particula, dicta een Cleyn Geerken, sibi adiacente, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Aen die Heze, inter hereditatem heredum quondam Johannis Broess. ex uno et hereditatem heredum Henrici Sanders ex alio, quod maldrum

siliginis predictum supradicti Gobelinus et Willelmus erga dictam Luytgardem acquisierant, ut videbatur in litteris de Heze contineri, hereditarie supportaverunt Ade Roempot simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon dicte Luytgarden ac suis heredum deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XIIII^{ta} julii.

R1270, fol. 349v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Adam dictum maldrum siliginis hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Petri Coninx, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum X^{a} septembris.

R1270, fol. 349v
15 juli 1502
Goessen van den Hezeacker en Arnt Pauweter

Diego de Haro dedit Jan de Balen potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Hezeacker et Paeuweter, datum XV^{ta} julii.

R1270, fol. 349v
15 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Agatha, relicta quondam Johannis Gieliss., et Egidius, eius filius, cum tutore, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Exaltationis Sancte Crucis ex domo, area et quadam hereditate, dicta een plaetse, sibi retro adiacente, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Kortkercstraet, inter hereditatem Henrici die Vrieze ex uno et inter hereditatem Anselmi dicti Teye ex alio; insuper ex campo terre paludialis, sito in parochia de Roesmalen, infra Hynden et Roesmalen ibidem, olim Johannis Bernts, depost Goeswini Heer, nunc vero Willelmi, filii quondam Johannis Willenss., quem censum predictum idem Willelmus, filius quondam Johannis Willen, hereditarie vendiderat dicte Agathe quoad eius usufructum necnon dicto Egidio quoad ius hereditarium, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Lamberto, filio quondam Jacobi Wynricxss., simul cum dictis litteris et iure, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 349v-350r
15 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Aleidis, relicta quondam Willelmi die Goerle, pellificis, cum tutore potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Willelmi, sui dum vixit mariti, ac vigore potestatis sibi inibi ad solvendum sua debita ac reparandi sex cameras dicte Aleidis, sitas in Buscoducis, in viculo quodam dicto tWaterstraetken, in opposito vici Sancti Jacobi ibidem,

promisit ut debitrix principalis Gerardo, filio quondam Nycolai Janss., pistori, quod ipsa dabet et solvet eidem Gerardo hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Jacobi apostoli et pro primo solutionis termino a Jacobi apostoli proxime futuro ultra annum de et ex dictis sex cameris, sitis in dicto viculo, inter hereditatem olim Geertrudis, relicte quondam Nycolai Morincx, et eius filii, nunc vero Gerardi die Werdt, ex uno et inter aquam ibidem fluentem, die Dyese vocatam, ex alio, tendentibus a dicto viculo ad hereditatem domus fratrum Sancti Gregorii, siti ibidem in vico Hynthamensis, promittens cum tutore et cum ea Barbara, filia Aleidis et quondam Willelmi predictorum, indivisi super omnia et habenda necnon adhuc dicta Barbara sub obligatione unius modii siliginis annue et hereditarie pactionis de duobus modiis siliginis hereditarie pactionis, quem unum modium siliginis predictum olim Johannes Scilder solvendum hereditarie consueverat, nunc vero dicta Barbara annuatim solvendum habet ex hereditatibus quondam Johannis Keymp, sitis in Middelrode, ad locum dictum Zellesat, iuxta tenorem litterarum desuper confectarum, ut dicebat, warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duodecim libris pagamenti hereditarii census, annuatim prius diversis personis exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 350r
15 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter quamlibet videlicet libram cum et mediante quinque peters, XVIII stuvers vel valorem in pecuniam currentem pro quolibet computando, dando in huiusmodi redemptione aureum florenorum Renensium, dictum den gouden Rynsgulden, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Gerardus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Aleidi et Barbare repromisit, hoc tamen salvo quod iidem redimendum huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Gerardo legitime preintimabunt et preintimare tenebuntur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 350r
15 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus A et b signatis immediate precedentibus, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Aleidis cum tutore vigore potestatis supradicte palam recognovit et super omnia et habenda dicte Barbare, sue filie, promisit quod ipsa exnunc deinceps dictum censum dabet et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eidem Barbare ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 350r
deze akte is onvolledig

Nycolaus Gerit Fredericxss., civis opidi de Amstelredamme, palam recognovit et publice confessus.

R1270, fol. 350r
15 juli 1502
Dirk van Hijnden en Frans Toelinck

Nycolaus Gerit Fredericxss., civis seu incola opidi de Amstelredamme, super quibuscumque causis, querelis et impetitionibus quibus mediante ipse seu sui post ipsum successores aut heredes quondam Johannis Geritss., sui fratris, necnon Lamberti, etiam sui fratris, impetere possent seu gravare aut posset eorum alter Maius Hospitale in Buscoducis ac eius magistros et bona quocumque tempore futuro ex causa seu occasione apprehensionis certe navis post obitum dicti quondam Johannis Geritss. derelicte et per magistrum dicti Maioris Hospitalis, eo quod inibi decessit, vendite seu alias occasione quacumque, ut dicebat, atque iure ad opus dicti Maioris Hospitalis hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare et premissis non convenire, recognoscens quod idem Nycolaus sibi per dicte Hospitale fore satisfactum de huiusmodi duodecim libris grossorum pecunie Flandrensis in quibus ipse pro dicto Johanne, suo fratre, dudum fideiussit et quos eo nomine ac pro eodem iuridice compulsus persolvit, ut dicebat.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 350r
deze akte is onvolledig (in de marge: vacat*)*

Notum sit universis quod cum Adrianus, filius quondam Engberti de Loemel, condens suum testamentum inter cetera inibi contenta medietatem cuiusdam hereditatis, site in Buscoducis, ultra Pontem Piscium, inter hereditatem Nycolai dicti de Megen et inter hereditatem Bonefacii dicti Faes, filii Theoderici dicti Faessoen, atque medietatem edificiorum in dicta hereditate consistentium legasset et reliquisset propter Deum et in puram elemosinam vicinis seu Tronco Christi Pauperum Domesticorum Fori Piscium dicti opidi per provisores eorundem pauperum post obitus dicti Adriani ac Agnetis, sue moderne uxoris, amborum et non prius apprehendendum et hereditarie possidendum.

R1270, fol. 350v
16 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Agnes, relicta quondam Adriani, filii quondam Engberti de Loemel, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competente in medietate cuiusdam hereditatis, site in Buscoducis, ultra Pontem Piscium, inter hereditatem Nycolai dicti de Megen et inter hereditatem Bonefacii dicti Faes, filii Theoderici dicti Faessoen, atque in medietate edificiorum in dicta hereditate consistentium, quam medietatem cum edificiis predictis dictus Adrianus, filius quondam Engberti dicti de Loemel, erga Sanderum, Godefridum et Sophiam, liberos quondam Gerardi dicti Colneer, acquisierat prout in litteris, et quam medietatem cum edificiis predictis dictus Adrianus in suo testamento legasset propter Deum et in puram elemosinam vicino seu Tronco Christi Pauperum domesticorum Fori Piscium dicti opidi per provisores eorundem pauperum post obitus dicti Adriani et Agnetis, sue uxoris, amborum et non prius apprehendendum et hereditare possidendum, ut videlicet, in quodam instrumento contineri, legitime supportavit Nycolao dicto Geritss. die Soutcoeper et Godefrido, filio quondam Henrici Boyens, tamquam provisoribus pro tempore dicti vicinii seu Tronci Christi Pauperum Domesticorum Fori Piscium dicti opidi, ad opus eorundem pauperum, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis

et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XVI[ta] iulii.

R1270, fol. 350v
16 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et cum prius dictus Adrianus condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarantem inter cetera inibi contenta dictam medietatem hereditatis et edificiorum predictarum legasset et reliquisset propter Deum et in puram elemosinam vicinio dictum Tronco Christi Pauperum Domesticorum Fori Piscium dicti opidi per provisores eorundem pauperum post obitus dicti Adriani et Agnetis, sue moderne uxoris, amborum et non prius apprehendendum et hereditarie possidendum, ut videlicet in quodam instrumento contineri, constituti igitur coram scabinis dicti Nycolaus Geritss. et Godefridus, tamquam provisores et magistri dicti vicinii seu Tronci Christi Pauperum Domesticorum predicti, potentes ad hoc supradictum medietatem hereditatis et edificiorum predictorum, hereditarie supportavit Arnoldo dicto Reynerss., emptori bladorum, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti vicinii seu Tronci Pauperum predictorum, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicti vicini seu Tronci et pauperum eiusdem necnon ex parte dicti quondam Adriani ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 350v-351r
16 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Sorores Rutgera van der Hautart, procuratrix, et Margareta Goyens, soror inhabitans sororum de Orthen Domus Sancti Andree, site in Buscoducis in vico Hynthamensi, nomine dicte Domus et quarumcumque sororum dicte Domus, presentium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate dicti Theoderici de Davantria, earum confessoris, cum tutore, hereditarium censum triginta solidorum monete, quem censum Henricus, filius Reyneri dicti de Wetten, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Petro, filio quondam Lamberti van der Arennest, anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex domo et area atque quadam particula hereditatis, retro eandem domum et aream situati, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem Lamberti die Cup et hereditatem quondam Johannis die Meester, filii quondam Willelmi die Meester, ex uno et inter hereditatem Elisabet, relicte quondam Gibonis Mercelissoen, et liberorum eius ex alio, datis ad hereditarium censum dicto Henrico pro dicto censu et quibusdam aliis censibus et oneribus, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Arnoldo dicto Dircxss., institori, ad opus Aleydis, sue sororis, uxoris legitime Ottonis de Malsen, simul cum dictis litteris et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, presentium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte domo et quarumcumque sororum eiusdem domus, presentium et futurarum, atque ex parte dicti quondam Petri, filii quondam Lamberti van den Arennest, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 351r
18 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Heilwigis, relicta quondam magistri Gysberti, filii quondam Michaeli Luey, cum tutore, potens adhoc, ut dicebat, hereditarium censum octo aureorum florenorum, Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stufers vel valorem pro quolibet computando, et quindecim stuferorum, dando videlicet aureum florenum, dictum Bourgoensche vel Andriesgulden, pro XX^{ti} octo stuferis, denarium dictum dobbel vueryseren pro tribus blanccis et alios denarios proporcionabiliter, solvendum hereditarie Petri ad Cathedram ex domo, area et orto quondam domini Thome de Borken, presbiteri, sitis in parochia de Uden, ad locum dictum Volckenschestraet, inter communem viam ex *(hierna ontbreekt* uno*)* et inter hereditatem quondam Theoderici van der Elsen ex alio; insuper ex pecia terre arabilis, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Holtken, inter hereditatem Hermanni Scoeff ex uno et inter hereditatem Willelmi Rommen et Willelmi de Elsen ex alio; insuper ex agro terre, sito in parochia et loco predictis, duas modiatas terre vel circiter continente, inter hereditatem Yde, relicte quondam Johannis Quaeden, ex uno et inter communem viam ex alio, quem censum predictum Henricus Tyelmans ad opus sui et ad opus magistri Gysberti, filii quondam Michaelis Luey, erga dictum dominum Thomam de Borken, presbiterum, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus sororum de Orthen domus Sancti Andree, site in Buscoducis, in vico Hynthamensi, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dictorum Henrici Tyelmans et magistri Ghiselberti ac suis heredum deponere, excepta tamen dicto domino Thome et sibi reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XVIII^{a} iulii.

R1270, fol. 351r
18 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Jacobus de Fine, tamquam procurator ac nomine sororum predictarum, promisit super omnia et habenda dicte Heilwigi centum florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos. Testes, datum supra.

R1270, fol. 351r
18 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Heilwigis, relicta quondam magistri Gysberti, filii quondam Michaeli Luey, cum tutore, potens ad infrascripta vigore certi instrumenti desuper confecti, ac ab Elisabeth, sua filia, super hoc concessi, ut apparebat, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Jacobi Apostoli et in Buscoducis tradendam ex domo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duo dimidia iugera terre vel circiter continente, sitis in parochia de Os, ad locum dictum die Halve Margen, inter hereditatem Henrici dicti Reymboutssoen ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Agnetis dicte de Loet, ex alio; insuper hereditarium censum quatuor caponum, solvendum hereditarie Martini hyemalis ex premissis, quos pactionem et censum predictos Rutgerus de Arkel ad opus Engele, relicte quondam Michaelis dicti Loyen predicti, erga Willelmum de Ghyessen, filium quondam

Johannis de Ghyessen, filii quondam Willelmi, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Jordano de Boert simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Engele et suis heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 351v
18 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dicta Heilwigis, relicta quondam magistri Ghiselberti, dedit Jordano de Boert ad opus sui et ad opus domini Willelmi de Dommelen, presbiteri, ac alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 351v
18 juli 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Herbertus, filius quondam Christiani Hoesenzoen, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Jacob Apostoli ex medietate cuiusdam campi, tria iugera vel circiter continente, dicti den Koecamp, siti infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, inter hereditatem Pauperum Domesticorum vici Hynthamensis ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrice, relicte quondam Gerardi van der Koeveringe, et eius liberorum ex alio, quem censum predictum dictus Hubertus erga Petrum, filium quondam Engberti Peterss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Lamberto, suo fratri, filio dicti quondam Chistiani Hoezens., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XVIII[a] julii.

R1270, fol. 351v
deze akte is onvolledig

Allen dengenen die dese onse oepenen letteren van certificatien sullen sien oft horen lesen onsen geminden vrienden.

R1270, fol. 351v
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Jaspar dictus Corstiaenszoen, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum sigillo ad causas opidi de Myddelborch sigillatarum, sibique a Johanne Corneliss. de Campen, Petro Jacopssoen de Campen, Christofero Jacopss. de Campen ende Andrea Janss., civibus opidi predicti, tamquam heredibus quondam domini Cornelii Henricxss, presbiteri, desuper confectarum, ut apparebat, pro se ipso ac iamdictis constituentibus iam nominatis domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, in quodam vico protenso a vico, dicto die Peperstraet, ad vicum, dictum die Verwerstraet, inter hereditatem Cornelii et Lamberti, fratrum de Maesboemel, lathamorum, ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Ancelmi van den Velde, et eius liberorum, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus dominus Cornelius, filius quondam Henrici de Campen, presbiter, erga dominum Petrum de Bladel,

presbiterum, filium quondam Johannis de Molle, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Danieli, filio quondam Gerongii Henricxss., sartori, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ac sub obligatione omnium bonorum dictorum Johannis Petri Christoferi et Andree, constituentium, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam domini Cornelii ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, promittens insuper sub obligatione premissa in causa quo imposterum inventum fuerit via iure plus fore solvendum quam quatuor et dimidia libre communis pagamenti annuatim ex premissis e iure solvendum, ut dicebat, quod dictus Jaspar hoc plus prefato Danieli penitus deponet.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XIX iulii.

R1270, fol. 351v
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Daniel promittens super omnia et habenda dicto Jaspari quadragintaduos florenos Renenses, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 351v
30 juni 1503[44]
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus[45] Daniel domum, aream et ortum predictos hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Elye van der Venne, cum litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raso et Berkel, datum ultima iunii anno XV^{C} tertio.

R1270, fol. 351v
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Idem Reynerus promisit super omnia et habenda dicti Danieli cum tutore centum et tredecim florenos Renenses, XX stuferos pro quolibet in moneta condicionata iam valuata est et septem consimiles stuferos Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.
Census inclusus est.

R1270, fol. 351v
3 januari 1504[46]
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Dictus Reynerus dictum domum, areum et ortum, ut in contracto sigillato A, hereditarie supportatos domino Michaeli, filio Nicolai die Hoessch, presbitero, cum dictis litteris, aliis et

[44] *de datum is gereconstrueerd op basis van de schepennamen.*
[45] *in de marge letter* A.
[46] *de datum is gereconstrueerd op basis van de schepennamen.*

iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sue deponere omni condicione quod *(?).*
Testes Bosch et Roever, datum tertia ianuarii.

R1270, fol. 352r
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Herbertus, filius quondam Godefridi Habbens., terciam partem totamque partem et omne ius hereditarium ad ipsum spectantem in medietate posteriori domus, aree quondam Arnoldi Brock, sitarum in Buscoducis, ad Forum ibidem, simul cum iuribus et attinentiis dicte posteriori medietatis singulis et universis atque in medietate parietis intersticialis, stantis inter dictam posteriorem partem et reliquam medietatem anteriorem eiusdem domus, que medietas anterior ad Arnoldum dictum Wonder olim spectabat et que medietas anterior nunc una domus esse dinoscitur et sita est ibidem, inter hereditatem Nycolai de Goch ex uno et inter hereditatem Aelberti Ketheler ex alio, tendentis a dicto vico ad hereditatem heredum quondam Goeswini, pistoris, hereditarie supportasset Johanni, suo fratri, prout in litteris cumque secunda tercia partes domus iamdicte ad eundem Johannem spectare dinoscitur et eidem via successionis hereditarie advoluta esset, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi de Zambeeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Godefridi, filii primodicti quondam Godefridi Habben, terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsum et dictam Mariam, suam uxorem, spectantem in reliqua tercia parte domus et aree predictarum, hereditarie supportavit dicto Johanni simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicte Marie, sue uxoris, necnon ex parte secundodicti quondam Godefridi, filii primodicti quondam Godefridi Habben, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 352r
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Maria, filia quondam Goeswini Jonckers, relicta quondam Mercelii van den Grave, cultellificis, Anthonius, filius quondam Petri die Wael, necnon Goeswinus, filius quondam Judoci, filii dicti quondam Goeswini Jonckers, promiserunt ut debitores principalis indivisi a Henrico dicto Osman quod ipsi dabunt et solvent eidem Henrico ad spacium octo annorum Petri Apostoli ad Cathedram ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum tres et dimidiam libras monete Petri Apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis termino Petri Apostoli ad Cathedram proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante et in ultimo termino dictorum octo annorum adhuc decem et octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352r
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Godefridus, filius quondam Gerardi Claess., promisit super omnia et habenda Willelmo, filio quondam Johannis Libertssoen, sex peters, XVIII stuferos vel valorum in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac septem consimiles stuvers Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352r
19 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Hillegond, weduwe wylen Goyarts Houtappels, heeft hair afgeseegt der corencoepers ambacht bynnen deses stadt ende zy en wil van deses tyt voirtane dairmede nyet meer scyeten oft genyeten.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352r-v
21 juli 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Marcelius, filius Gerardi, filii quondam Mercelii Bollens, Adrianus, filius quondam Johannis Rommens, commorans in Nulant, et Judocus, filius quondam Petri Peters, commorans in Hees, promiserunt indivisi super omnia et habenda Lamberto, filio quondam Griffonis van den Berge, fabro, decem florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum; item adhuc decem consimiles florenos Renenses a Purificationis proxime futuro ultra duos annos necnon adhuc septem et dimidium consimiles florenos Renenses a Purificationis proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXI^{a} iulii.

R1270, fol. 352v
21 juli 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Dictus Marcelius promisit super omnia et habenda dictos Adrianum et Judocum et eorum bona de premississ atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352v
21 juli 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Petrus, filius quondam Nycolai Dircxs., Willelmus, filius quondam Henrici Willemss., Gerardus, filius quondam Johannis dicti van der Dyck, et Willelmus, filius quondam Johannis Willemss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Petro Colen nonagintaquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecuniam pronunc valuata pro quolibet computando, a Jacobi Apostoli proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352v
21 juli 1502

Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Henricus, filius Henrici dicti Kuyss., pistor, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Jutte, sue uxoris, filie quondam Symonis van den Venne, domum, aream et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, sextariatam terre vel circiter continente, olim dicti quondam Symonis van den Venne, sitis in parochia de Hezewyck iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem fabrice ecclesie de Hezewyc predicte ex uno et inter hereditatem Delyane dicte Cocx ex alio, tendente cum fine utroque ad communes plateas, ut dicebat, locavit recto locationis modo Henrico, filio quondam Gerardi Emontss., ab eodem iamdicto Henrico ad spacium duodecim annorum proxime futurorum habendum et possidendum pro duabus libris cere dicte fabrice ecclesie, duobus pullis censualibus domino de Hezewyck, hereditaria paccione dimidii modii siliginis Arnoldo dicto Rover Boest, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandum et solvendum ab alio terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, ut dicebat, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 352v
21 juli 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Goeswinus de Brecht duos mansos, sitos in parochia de Alfen, in iurisdictione de Hildwaerenbeeck, simul cum omnibus suis iuribus et attinentiis suis universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis prout ibidem sibi mutuo coadiacentibus sitis sunt et quorum mansorum quidam Johannes Woutersss. unum et alterum Arnoldus, filius Willelmi Grutss., tamquam coloni in suis ad presens habent et obtinuit culturis, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Johannis de Vlyerden Janss. ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus denariis, gwillelmustuyn vocatis, vel circiter ex certis pratis, ad dictos mansos spectantibus, domino de Breda, ac tribus modiis siliginis mensure de Buscoducis et in Alfen tradendis ex premissis abbati seu conventui de Tongerloo annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 352v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Vlierden palam recognovit et expresse consentiit quod ipse dictum Goeswinum quamdiu in humanis vivet et non ultra, pacifice et quiete predictos mansos cum suis attinentiis et iuribus predictis habere et possidere, permittet omni eo iure quo possedit ante venditionem pretactam, venditione et supportatione pretactis non obstante.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXIII[a] iulii.

R1270, fol. 353r
23 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes dictus Wytmans, Laurencius dictus Boyen et Martinus de Hulsen promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus domini Everardi de Berck, canonici in Buscoducis et investiti de Haren, decem et septem ac dimidium modios siliginis ac unum

modium bladi, dicti boecweyts, mensure de Buscoducis, mediatim Andree Apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos ad ius decimale.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 353r
23 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Gerardus Muyl, filius quondam Gerardi Muyl Geritss., condens suum testamentum inter cetera inibi contenta dixisset se mutuasse cuidam Johanni de Hoichstraten duodecim florenos Renenses minus tribus stuferos computando, XX^{ti} stuferos pro quolibet huiusmodi florenos, estimando denarium, dictum dat vueryseren, ad duos et dimidium stuferos, qui quidem Johannes de Hoichstraten pro presenti est fugitivus, nichilominus tamen idem Gerardi legasset et per modium ultime voluntatis reliquisset et donasset Henrico Bogart et Petro Claessoen, fabris, pariter dictos duodecim florenos minus tribus stuferis in recompensam et tam huiusmodi servicii seu beneficii per ipsos Henricum et Petrum longo tempore eidem Gerardo gratuite impensi; insuper dictus Gerardus ad finem ut ordinationes dicti testamenti adimplerentur voluisset et ordinasset quod executores sui infra nominati ad statim post eius obitum quascumque pecunias in eodem testamento nominatas ac cetera bona dicti Gerardi, mobilia et immobilia ac parata ubicumque locorum consistentia seu reperiendia apprehenderent, monerent, levarent ac via iure si opus fuerit assequi valerent et quod cum eisdem bonis et pecuniis exsolverent singula legata in eodem testamento ordinata et relicta unacum exequiis et legitimis debitus eiusdem Gerardi et hiis premissis omnibus et singulis persolutis et adimpletis idem Gerardi residuum suorum bonorum tunc supercrescentium relictorum et permanencium, legasset Henrico Bogaert et Petro Claess. pariter habendum et dividendum pro suis laboribus quos Henricum et Petrum idem Gerardus elegerat et solempniter ordinaverat in suos executores et manufideles, ut videbatur, in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus Claess. medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum quovismodo spectantes in dictis duodecim florenis Renensibus minus tribus stuferis necnon in quibuscumque aliis pecuniis ac bonis in dicto instrumento nominatis et comprehensis, legitime et hereditarie supportavit dicto Henrico Bogaert simul cum dicto instrumento ac toto iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XXIII^{a} iulii.

R1270, fol. 353r-v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Gerardus, filius quondam Theoderici Peterss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, hereditarie vendidit Johanni Bloyman, filio quondam Henrici Bloymans, hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, vigintiquinque lopinatas terre vel circiter pariter continente, sitis in parochia de Oirschot, in pastoria van der Nootelen, inter hereditatem spectantem ad mansum olim magistri Arnoldi de Weilhusen, nunc vero Henrici, eius filii, ex uno et inter hereditatem Godefridi van den Doeren ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Oirscott; item ex agro terre, novem lopinatas terre vel

circiter continente, eiusdem venditoris, sito in parochia et pastoria predictis, dicto communiter die Heze, inter hereditatem dicti Godefridi van den Doeren ex uno et inter hereditatem Amelii, forestarii ibidem, ex alio, tendente ab hereditate Johannis die Metser ad hereditatem Johannis die Brouwer; item ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ultra Pontem Piscium, in vico dicto den Mandmekersstraet, inter hereditatem Wennemari Janss., multoris, ex uno et inter hereditatem Luytgardis Bloomen, relicta quondam Bernardi, filii quondam Bernardi Janss., textoris laneorum, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad murum opidi predicti, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac quatuordecim lopinatis siliginis mensure de Oirscot ex dictis domo, area, horreo, orto ac hereditatibus in Oirscot situatis, necnon sedecim stuferis ac duodecim libris hereditariorum censum communis pagamenti ex dictis domo, area et orto in dicto opido situatis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXIII[a] iulii.

R1270, fol. 353v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere ad spacium octo annorum Nativitatis Baptiste ultimo preteritum sine medio sequentium semper dicto spacio durante cum centum et viginti aureis novis florenis, pronunc per archiducem Philippum noviter monetatis, iusti ponderis, dictis nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 353v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Theoderici Jannes de Bucstel, Godefridus dictus Strick Claess, Johannes, filius Adriani Barthoutss., Ghiselbertus dictus Heer Goyartss., Reynerus de Haren, filius quondam Coenrardi de Haren, et Johannes, filius quondam Reyneri Willemss., carnifices, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum ipsis a communibus carnificibus desuper concessarum, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Theoderico dicto Colen die Bever, receptori pro tempore conventus Sancte Clare in Buscoducis, ad opus eiusdem conventus hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Jacobi Apostoli et pro primo solutionis termino a Jacobi Apostoli proxime futuro ultra annum de et ex domo et area carnificum, dicta dat Vleeshuys, sita in Buscoducis contigue iuxta commune forum, inter idem Forum et hereditatem Johanni, filii quondam Hermanni van Bergen, ex uno et inter hereditatem Jutte, relicte quondam Henrici van den Broeck, et eorum liberorum ac quorundam aliorum ibidem ex alio, tendente a dicto Foro ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis atque ex omnibus suis bonis habitis et habendis, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, et satisfacere notanter.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 353v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue cum quemlibet huiusmodi florenum cum sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus, tamquam receptor dicti conventus, nomine eiusdem conventus palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus, habitorum et habendorum, dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 353v-354r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Laurencius dictus van den Hulsberch, filius quondam Lamberti Laureynss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Judoce, sue uxoris, et Johannes dictus de Erpe, filius quondam Johannis de Erpe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, hereditarie vendiderunt Jutte, filie quondam Willelmi dicti Staels, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Magdalene et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi mutuo adiacentibus, maldratam terre vel circiter continente, dicti Laurencii, sitis in parochia de Doernen, iuxta mericam ibidem, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti Snabben, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi, filii quondam Petri van der Donschot; item ex quodam prato dicti Laurencii, unum bonarium vel circiter continente, sito in dicta parochia, in loco dicto In de Berct, inter hereditatem Petri dicti Loyen Geritss. ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Hermanni van den Bogart ex alio, tendente ab hereditate Johannis Snabben ad communitatem; item ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, sextariata terre vel circiter continente, dicti Johannis de Erpe, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Aent Kerceyndt, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Theoderici Snoecx, ex uno et fine uno et inter communem plateam ex alio, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Judoci, filii Henrici Danielss., ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis undecim lopinis siliginis et censu fundi ex dicte domo, area, horreo, orto ac hereditatibus dicti Laurencii necnon censu fundi et uno maldro siliginis hereditarie pactionis ex domo, area, horreo, orto ac hereditate predictis dicti Johannis de Erpe, prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 354r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante centum florenis Renensibus, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione denarios, dictos enckel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi vel verum valorem eorundem denariorum, dictorum vueryseren, in alia bona pecunia et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Jutta cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 354r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Iamdicti venditores hereditarie vendiderunt adhuc Jacobo de Fine hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Marie Magdalene et in Buscoducis libere absque precaria ac aliis oneribus tradendum de et ex premissis contrapignoribus iam supra nominatis, promittentes indivisi super omnia et habenda per totum ut supra in dicto contractu venditionis et A signato.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 354r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Jacobus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 354r-v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Henrici dicti Buyssen, pistor, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Jutte, sue uxoris, filie quondam Symonis Janss. van den Venne, medietatem domus, aree et orti ac hereditates sibi adiacentes, circiter unius sextariate terre, sitorum in parochia de Hezewyck, inter hereditatem fabrice ecclesie de Hezewyck ex uno latere et cum alio latere et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem olim Leonardi Dorren, nunc vero Delyane Cocx, quos integros domum, aream, ortum et hereditates predictos Johannes, filius quondam Nycolai Peterss, prefato Symoni Janss. hereditarie supportaverat, ut videbatur in litteris de Hezewyck contineri, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Gerardi Emontss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Jutte, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Symonis ac suorum quorumcumque heredum et successorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis integris bonis plus fore solvendum quam due libre cere dicte fabrice ecclesie, duo pulli censuales domino de Hezewyc et hereditaria pactione dimidii modii siliginis Arnoldo dicto Roever Boest, prius annuatim ex premissis integris bonis e iure solvendis, quod predictus Henricus hoc plus secundodicto Henrico penitus deponet.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXIII^{a} iuli.

R1270, fol. 354v
deze akte is onvolledig (in de marge: vacat*)*

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis secundodictus Henricus, filius quondam Gerardi Emontss., promisit ut debitor principalis

primodicto Henrico, pistori, quod ipse dabet et solvet eidem primodicto Henrico ad spacium duorum annorum Jacobi Apostoli proxime futuro sine medio sequente aut donec et quousque Elisabeth, filia dicti quondam Symonis van den Venne, ad qua reliqua medietatas domus, aree, orti ac hereditatis predictorum spectat in propria persona aut eius legitimus maritus eandem medietatem firmaverit.

R1270, fol. 354v
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Want[47] alsoe gesciet prout in contractu precedente, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirscreven Henrick Gerit Emontss. ende heeft geloeft te geven ende te betalen den voirscreven Henricken Henric Buyssen, becker, in den name Lysbetten, dochter des voirs. Symons van den Venne, ad een spacie van drie jaeren den hoichtyde van Sinte Jacob Apostel naestcomende sonder myddelt volgende oft totter tyt toe die voirscreven Lysbeth, diewelcker die ander helft van den huys, erve ende hove voirscreven toebehoirt, oft hair wittige man oft die voirscreven Henric die Becker, des volcomen gemechticht wesende, den voirscreven Henricken Gerit Emontss. van derselven helfte goede behoirlycke vest gedaen heeft oft hebben, te wetene alle jair der voirscreven jaeren negen ende enen halven stuver Jacobi Apostoli et pro primo solutionis termino a Jacobi proxime futuro ultra annum, ende zoe voirtane van jair te jaer tot dat die voirs. ander helfte als voirs. is gevest sal wesen, ende die gedaen wesende, alsdan bynnen enen vierdel jairs te betalen ende aen te leggen negen ende enen halven peter, tstuck tot negenthien stuvers gerekent, sonder argelist.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 354v- 355r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Yewanus[48] dictus de Dommelen, filius quondam Godefridi de Dommelen, hereditarie vendidit Johanne, relicte quondam Jacobi de Driel, hereditarium censum viginti florenorum, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, dando in annali solutione huiusmodi aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX^{ti} octo aureos florenos, cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden Andriesgulden, *(aldus)* van gewichte, pro XXIX stuferos, novos aureos florenos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewicht, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie prima maii et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam manso dicti venditoris, sito in parochia de Oirscot, in pastoria de Hedel, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, lignicrescentiis, ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis ac reperiendis; item ex quodam alio manso eiusdem venditoris, sito in parochia de Vucht Sancti Lamberti, atque de et ex iuribus et attinenciis eiusdem mansi que censualia sunt singulis et universis ubicumque locorum consistentibus ac reperiendis; item adhuc ex quodam campo terre pascualis, sex iugera terre

[47] *in de marge, d.d. 13 augustus 1502:* In presentia presentium hincinde ac Nycolai dicti Muyskens de Cleve, mariti legitimi Elisabeth, sue uxoris, cancellatus et cassatus est presens contractus. Actum XIII^{a} augusti anno secundo.
[48] *in de marge de letter* A.

vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, retro turrim dicti opidi, dictam After den Boom, inter Dyesam ibidem fluentem ex uno et fine uno et inter quendam campum ibidem situm Martini de Campen ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Domus Fratrum, site in Buscoducis, in vico Hynthamensi, et Theoderici Arntss., ut dicebat, ab eadem, promittens et cum eo dictus Martinus indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac duobus modiis siliginis hereditarie pactione ex dicto manso et attinentiis in Oirscot situatis, necnon septem sextariis siliginis hereditario censu, quinque librarum monete ac duobus caponibus, ex dicto manso in Vucht situato, atque hereditario censu octo librarum monete ex dicto campo, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 355r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Johanna cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Yewano venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefate Johanne legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 355r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus[49] Yewanus de Dommelen hereditarie vendidit Willelmo de Achel hereditarium censum quindecim florenorum Renensium consimiles *(aldus)* ut supra, solvendum hereditarie prima maii et in Buscoducis libere absque precaria et exactionibus ac aliis incommodis tradendum ex premissis, promittens et cum eo dictus Martinus de Campen indivisi super omnia et habenda per totum ut supra, in contractu A signato.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 355r
23 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et[50] poterit redimere perpetue quemlibet huiusmodi florenum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censum anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor per annum preintimabit ut supra.
Testes, datum supra.

---

[49] *met in de marge de aantekening dat de originele schepenoorkonde verloren is en dat op 7 juni 1636 een heruitvaardiging is gebeurd op verzoek van Johannes, zoon van Franciscus Wijnants van Oerle.*
[50] *rond deze akte is bijgeschreven dat Wouter Henrick Willems en Cornelis Zierneels, als voogden van de onmondige kinderen van Aert Henrixz. Zierneels, bekend hebben dat Marcel Walravens de cijns gelost heeft op 30 april 1644.*

R1270, fol. 355r
28 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Nycolaus, filius quondam Henrici Peterss. de Westerhoven, tamquam. maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Mercelii Arnt Wouterss., in absentia Johannis, filii quondam Petri Stevenssoen, prebuit ad redimendum e iure proximitatis domum, aream et ortum ac hereditates sibi mutuo coadiacentes cum suis attinentiis, sitis in parochia de Vessem, ad locum dictum Opten Cuylen Horrick, inter hereditatem dicti Johannis ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Loyen ex alio, tendentibus ab hereditate liberorum quondam Mathie Gielis Symonss. ad communem plateam, quos domum, aream, ortum ac hereditates cum suis attinentiis predictis dictus Johannes, filius quondam Petri Stevenss., erga Wolterum dictum Lippen et Barbaram, eius uxorem, filiam dicti quondam Mercelii Arnt Wouterss., coram scabinis de Oirle acquisierat, ut dicebat, et obtinuit.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXVIII[a] iulii.

R1270, fol. 355v
28 juli 1502
Dirk van Hijnden en Iwan Kuyst

Jaspar dictus Corstiaenss. novem florenos Renenses, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, de quadraginta duobus consimilibus florenis Renensibus, promissis dicto Jaspari a Daniele, filio quondam Gerongii Henricxss., sartore, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legitime supportavit Gerardo, filio quondam Arnoldi de Beeck, simul cum dictis litteris et iure, occasione dictorum novem florenorum.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXVIII[a] iulii.

R1270, fol. 355v
29 juli 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Willelmus, filius quondam Johannis dicti van den Audenhuys, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Eufemie, sue uxoris, filie Godefridi van den Oever, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem predictam Rutgerus, filius quondam Henrici die Smyt, promiserat ut debitor principalis se daturam et soluturam dicte Eufemie anno quolibet hereditarie Pentecostes et in Buscoducis tradendam de et ex agro terre, dicto den Dryes, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Gestel prope Herlair, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Henrici die Smyt ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico dicto die Lepper, filio quondam Henrici die Lepper, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte sui et dicte Eufemie, sue uxoris, deponere, exceptis tamen recognitione et consensu in dictis litteris contentis.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XXIX[a] iulii.

R1270, fol. 355v
30 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Johannes dictus de Huesden, filius quondam Johannis Janssoen, pellifex, relictus legitimus quondam Katharine, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quadam camera cum eius fundo, sita in Buscoducis, in vico dicto die Putstraet, inter hereditatem Arnoldi de Doernen, pellificis, ex uno et inter hereditatem Johannis die Beeldsnyder ex alio, simul cum suis edificiis, caminis, muris et cloacis, pridem vendita dicto Johanni de Huesden a Nycolao dicto Post, filio quondam Franconis dicti Post, prout in litteris, legitime supportavit Leonardo, filio Johannis de Huesden et quondam Katharine predictorum, necnon Reynero dicto Foppenss., tamquam mariti et tutori legitimo Ode, sue uxoris, atque Stephano, filio quondam Theoderici Stevens, tamquam. mariti et tutori legitimo Katharine, sue uxoris, filiarum eorundem Johannis de Huesden et quondam Katharine, ad opus eorum et ad opus Katharine, filie impuberis quondam Gerardi, filii dictorum Johannis et quondam Katharine, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hynden et Paeuweter, datum penultima iulii.

R1270, fol. 355v
30 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Leonardus necnon Reynerus et Stephanus, tamquam mariti et tutores dictarum suarum uxorum, pro se ipsis ac nomine dicte Katherine, impuberis, dictam cameram cum suo fundo ac suis edificiis, caminis, muris et cloacis predictis, hereditarie supportaverunt Willelmo, filio quondam Arnoldi Eelkens, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon dicte Katarine, impuberis, ac dicti Johannis de Huesden ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 355v
30 juli 1502
Dirk van Hijnden en Arnt Pauweter

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dictis Johanni de Huesden, Leonardo et Reynero, trigintatres peters, XIX stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et quartam partem unius huiusmodi peters Bartholomei Apostoli necnon vigintitres consimiles peters et quartam partem unius consimilis peters Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 355v
30 juli 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Dictus Johannes de Huesden palam recognovit se recepisse a dicto Willelmo viginti unum peters de dictus trigintatibus peters et clamans eusdem Willelmus inde quitem promittens super omnia ipsum et eius bona atque dampna relevare.
Testes Vladeracken et Bogaert, datum XX^{a} septembris.

R1270, fol. 356r

30 juli 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Idem Willelmus promisit super omnia et habenda dicto Stephano, filio quondam Theoderici Stevenss., decem consimiles peters Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 356r
30 juli 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Idem Willelmus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicte Katharine, impuberi, ad spacium quinque annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum tres et et dimidiam libras monete Nativitatis Baptiste et pro pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante et in ultimo termino dictorum annorum adhuc vigintiquatuor et dimidium consimiles peters.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 356r
30 juli 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Idem Willelmus promisit adhuc dictis Johanni de Huesden, Leonardi et Reynero sex libras monete atque viginti unum peters consimiles a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum necnon tres libras dicte monete et vigintiunum consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 356r
2 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Aelbertus, filius quondam Symonis de Hedel, domistadium terre cum quodam pratulo ac partila terre arabilis sibi mutuo coadiacente, tres lopinatas terre vel circiter pariter continente, situm in parochia de Berlykem, ad locum dictum Belver, inter hereditatem reliquam dicti Aelberti, venditoris, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti van den venne ex alio, tendentem ab hereditate magistri Henrici Ghyssels, quadam aqueductu dicto die beeck interfluente, ad communem plateam seu communitatem ibidem, simul cum suis piscariis, fossatis et lignicrescentibus prout premissa ibidem sita sunt et ad dictum Aelbertum, venditorem, spectare dinoscuntur, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto magistro Henrico Ghyssels ad opus Henrici et Jacobi, fratrum, et Elisabeth, eorum sororis, liberorum illegitimorum et naturalium eiusdem magistri Henrici, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, potestate tamen et auctoritate premissa in toto vel in parte vendendi, alienandi, obligandi seu transportandi dicto magistro Henrico quamdiu in humanis vixerit, salvis et reservatis contradictione dictorum liberorum illegitimorum et naturalium seu alterius eorundem non obstante.
Testes Kuyst et Bogaert, datum secunda augusti.

R1270, fol. 356r

2 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus magister Henricus peciam terre arabilis, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Berliikem, iuxta plateam dictam die Coninxstraet, inter hereditatem heredum quondam Hermanni Henricxsoen, carnificis, ex alio *(aldus)* et fine uno et inter hereditatem Johannis dicti Ghybensoen ex alio, tendentem cum fine reliquo ad dictam plateam, die Coninxstraet vocatam, prout dicta pecia terre arabilis ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Aelberto, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 356r-v
2 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Arnoldi die Witte, promisit ut debitor principalis Arnoldo, filio quondam Willelmi dicti Cloots, quod ipse dabit et solvet eidem Arnoldo hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Jacobi Apostoli de et ex medietate domus, aree et orti, sitorum in Buscoducis, ad finem vici dicti die Mandmekersstraet, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Petri Hellinx, ex uno inter quendam viculum ibidem protensum ex alio, tendentem a dicto vico ad quandam cameram infrascriptam dicti Petri ex illa, scilicet medietate domus, aree et orti predictorum que sita est contigue iuxta hereditatem dicti Gerardi; item de et ex iamdicta camera, sita ibidem contigue iuxta dictum ortum, inter eundem ortum ex uno et inter quandam cameram versus murum dicti opidi Wolteri Bolcx ex alio, tendentem ab hereditate dicti Gerardi ad quandam plaetsam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi hereditario censu duarum et dimidie librarum monete atque adhuc hereditario censu decem librarum dicte monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum secunda augusti.

R1270, fol. 356v
3 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Godefridus dictus Hannen, filius quondam Godefridi dicti Hannen, relictus quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Johannis de Empel, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quadam particula prati, unam mensuram dictam zill beempts vel circiter continente, sita in parochia de Helmont, inter hereditatem Johannis Mertenss. van den Putt et hereditatem cuiusdam dicti Schoen Gerit ex uno et inter hereditatem Danielis sBruynen et Gerardi, sui fratris, ex alio, tendente ab hereditate Wautgeri Gieliss. ad communitatem de Helmont, que particula prati predicta annuatim dividitur, quod exponitur rydt, erga quandam aliam particulam prati, etiam unius mensure dicte zill prati, spectantem ad Johannem Beck, scultetum in Helmont, ut dicebat, legitime supportavit Theoderico et Jacobo, fratribus, et Jutte, eorum sorori, liberis Godefridi et quondam Hillegondis predictorum, ad opus eorum et ad opus sororis Johanne, filie eorundem Godefridi et quondam Hillegondis, sororisque professe conventus Sororum Regularissarum, siti prope Helmont predictum, ad locum dictum In den Haige, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes Hezeacker et Hynden, datum tercia augusti.

R1270, fol. 356v
3 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Theodericus et Jacobus, fratres, et Jutta, eorum soror, cum tutore, dictam particulam prati hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti Johannis Beck, simul cum toto iure eis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 356v
deze akte is onvolledig (*in de marge:* vacant isti duo contractus hic quod passati sunt in scabinatu et libro sequente)

Goeswinus, filius quondam Henrici Goebels, sexagintatres peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon novem libras monete premissas, dicto Goeswino a Theoderico de Spoerdonck ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legitime supportavit Margarete, filie quondam Willemi Willegemans, relicte quondam Gerardi Rutgerss., pannicide, simul cum dictis litteris et iure.

R1270, fol. 356v-357r
deze akte is onvolledig (*in de marge:* vacant isti duo contractus hic quod passati sunt in scabinatu et libro sequente)

Dictus Goeswinus hereditarie vendidit michi ad opus dicte Margarete hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico Tinctorum, inter hereditatem magistri Christiani van den Loeken ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Stoock ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Johannis de Os cum quibusdam aliis ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis viginti quatuor libris communis pagamenti necnon quatuor et dimidio stuferis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

R1270, fol. 357r
4 augustus 1502
Dirk van Hynden en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Petri Pelss., et Matheus, filius quondam Heymerici Matheeuss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Godefrido van der Graft viginti duo scuta antiqua, XXX^{ta} stuferos vel valorem pro quolibet computando, mediatim Pasche et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvenda.
Testes Hynden et Paeuweter, datum IIII^{ta} augusti.

R1270, fol. 357r
4 augustus 1502

Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes et Petrus, fratres, et Yda, eorum soror, liberi quondam Johannis, filii quondam Petri, filii quondam Godefridi dicti van der Heyden, et Willelmus, filius quondam Lamberti van Berssen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Petri Goyartss., hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area, orto ac hereditatibus eis adiacentibus, pariter tres motas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Rode, ad locum dictum die Koeveringe, inter hereditatem heredum quondam Roveri dicti die Molner ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Houbraken ex alio, quem censum predictum dictus Petrus, filius quondam Godefridi van der Heyden, erga Lodovicum, filium quondam Everardi dicti Lodewichs, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Danieli de Herssel, canonico Oirscottensis, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et et *(sic)* dicte quondam Elisabeth ac ex parte dicti quondam Petri, filii quondam Godefridi, ac suorum heredum et successorum deponere. Quo facto dominus Christianus, presbiter, filius dicti quondam Johannis, filii quondam Petri Goyarts van der Heiden, super dicto hereditario censu atque iure ad opus dicti magistri Danielis hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen dicto domino Christiano et sibi reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum, hodierna die desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 357r-v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicti supportantes, nominibus quibus iam supra, quinque libras pagamenti opidi de Buscoducis, solvendas hereditarie Purificationis ex pecia terre arabilis, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Op Hoge Eerde, inter hereditatem Arnoldi Houbraken ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Roevers ex alio; item ex pecia prati, sita in parochia de Sciinle, ad locum dictm Homansche Buenre, iuxta hereditatem Johannis van der Dussen ex utroque latere, quas quinque libras predictas Johannes, filius quondam Petri van der Heyden, erga Henricum dictum Brock, filium quondam Henrici dicti Brocken, filii quondam Everardi, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto magistro Danieli simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda indivisi ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth necnon ex parte dicti Johannis, filii quondam Petri van der Heiden, ac suorum heredum et successorum deponere. Quo facto dictus dominus Christianus, presbiter, super dictis quinque libris atque iure ad opus dicti magistri Danielis hereditarie renunciavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto domino Christiano reservata sua potestate redimendi quinque libras predictas iuxta continentiam suarum litterarum hodierna die desuper confectarum, ut dicebat, cum conditione consueta.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum quarta augusti.

R1270, fol. 357v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit dictus dominus Christianus quamdiu in humanis vixerit dictum censum trium librarum et dictas quinque libras redimere simul una pariter cum et mediante quinquaginta peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum censibus anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Daniel hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto domino Christiano repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 357v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Gerardus, filius quondam Reyneri Geritss., Gerardus, filius Godefridi Bocxs., et Gerardus, filius Alardi Stormss., promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Victoris, filius Henrici van der Moelen, quadragintaquinque denarios, aude scilde vocatos, XXX^{ta} stuferos vel valorem pro quolibet computando, mediatim Passche et mediatim Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Bogart et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 357v
4 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Johannes et Petrus, fratres, et Yda eorum soror, liberi quondam Johannis, filii quondam Petri van der Heyden, ab eodem et quondam Katharina, eius uxore, pariter geniti, necnon Willelmus, filius quondam Lamberti van Berssen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dictorum Johannis et quondam Katharine, cum tutore, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Rode, ad locum dictum Eerschot, inter hereditatem Katharine, relicte quondam Willelmi de Herenthom, ex uno, tendentibus alias ad communes plateas et communitatem; item ex sexta parte ad Arnoldum, filium quondam Lamberti de Espe, spectantem in quodam prato, dicto Truenbeempt, sita in dicta parochia, apud plaetsam ibidem, inter hereditatem heredum quondam Wolteri Smeets ex uno et inter hereditatem dictam den Hogenoel et alias hereditates ibidem sitas ex alio, quem censum predictum dictus Johannes, filius quondam Petri van der Heiden, erga dictum Arnoldum, filium quondam Lamberti de Espe, emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Godefridi de Lancvelt simul cum dictis litteris et iure, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth necnon ex parte dicti quondam Johannis, filii quondam Petri van der Heiden, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 357v-358r
4 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Iamdicti supportantes, nominibus quibus iam supra, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente Johannis, filii Arnoldi dicti Marcolfs et Elisabeth, filie naturalis quondam Willelmi

de Kuyck, unam sextariatam terre vel circiter continente, siti in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter hereditatem Wolteri de Creyespot ex uno et inter hereditatem liberum quondam Ottonis van den Doeren ex alio; insuper ex pecia terre, dicta die Scap, sita ibidem inter hereditatem Arnoldi Otten ex uno et inter hereditatem Wolteri Noys ex alio, quem censum predictum dictus Johannes, filius quondam Petri van der Heyden, erga dictum Johannem, filium Arnoldi dicti Maercolfs, maritum et tutorem legitimum Katharine, sue uxori, filie naturalis quondam Everardi van den Broeck, et dictam Elisabeth, filiam naturalis quondam Willelmi de Kuyck, emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus magistri Franconis de Viridi Valle, scolastici Sancte Ode Rodensis, simul cum dictis litteris et iure, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetiticionem ex parte eorum et dicte Elisabeth necnon ex parte dicti Johannis, filii quondam Petri van der Heyden, ac suorum heredum et successorum deponere, cum condicione consueta.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 358r
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum pridem in conventione matrimoniali dudum habita et celebrata inter Reymboldum Henricxss., incolam de Huesden, ex una et inter Mechteldem, filiam legitimam Petri Pryker, ab eodem Petro et quondam Katharina, filia quondam Johannis Vuchs, pariter genitam, partibus ex reliqua inter cetera inibi contenta et ordinata conventum fuisset quod dictus Petrus Pryker cum dicta Mechtelde, sua filia, pro dote et in subsidium dicti matrimonii daret et assignaret ducentos florenos Renenses, XX^{ti} stuveros vel valorem pro quolibet computando, et hoc in redditibus seu bonis hereditariis, et cum deinde pretacto matrimonio consummato dicti Reymboldus et Petrus desuper convenissent quod idem Petrus pro dictis ducentis florenis Renensibus firmaret dicto Reymboldo in subsidium dicti matrimonii hereditariam pactionem quinque modiorum siliginis de et ex suo manso, in Roesmalen situato, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus, cupiens pretactos ducentos florenos assignare ac dicte conventioni desuper inite satisfacere, promisit ut debitor principalis michi ad opus dicti Reymboldi Henricxsoen et dicte Mechtildis, sue uxoris, quod ipse dabit et solvet eisdem Reymboldo et Mechtildi in subsidium eorum matrominii hereditariam pactionem quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Ephiphanie Domini et pro primo solutionis terimino Ephiphanie Domini proxime futuro et in Buscoducis tradendam de et ex quodam manso dicti Petri, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Aen den Huysberch, atque de et ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum IIII^{ta} augusti.

R1270, fol. 358r-v
4 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Dictus Christianus, presbiter, filius quondam Johannis, filii quondam Petri Goyartss. van der Heyden, ab eodem et quondam Yda, sua prima uxore, pariter genitus, duas libras pagamenti opidi Busciducensis anno quolibet persolvendas et dandas hereditarie Purificationis ex domo, domistadio ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Rode, ad mericam ibidem, inter hereditatem Theoderici van der Braken ex uno et cum uno fine et inter hereditatem

Henrici Rogge cum quibusdam aliis ex alio, quas duas libras predictas Henricus Willem sCosterszoen dicto Petro Goyartss. van der Heyden ad opus dicti Johannis, sui filii, hereditarie vendiderat, ut videbatur in litteris de Rode Sancte Ode contineri, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Franconis de Viridi Valle, scolastici ecclesie Sancte Ode Rodensis, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri Goyartss. van der Heyden ac suorum heredum et successorum deponere, cum conditione consueta.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum IIII^{ta} augusti.

R1270, fol. 358v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Johannes, filius quondam Servatii Janss., vicarius perpetuus ecclesie de Geffen, medietatem olim ad Gerardum, filium quondam Willelmi Janss., nunc vero ad ipsum spectantem in quodam campo terre, quindecim hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Kessel, in loco dicto het Voerbroeck, inter hereditatem heredum quondam Theoderici de Berse ex uno et inter hereditatem, dictam Kerys Camp, ex alio, quam medietatem predictam dictus dominus Johannes erga dictum Gerardum, filium quondam Willelmi Janss., emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Herssel, filio quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris et cum aliis litteris notanter et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 358v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Bartramus, filius quondam Johannis de Beynen, promisit super omnia et habenda Rodolpho Noppen viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuveros vel valorem pro quolibet computando, Remigii Confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Bogaert et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 358v
4 augustus 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Dictus Christianus van der Heyden, presbiter, filius Johannis van der Heyden, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutionem huiusmodi census aureum florenorum Renensium, dictum den Overlensche Rynsgulden, pro XXX^{ta} , aureum florenorum, dictum den Andriesgulden, pro XXX^{ta} uno stuferis, denarium, dictum tdobbel vueryseren, pro duobus et dimidio stuferis et alios denarios nae advenande, solvendum hereditarie Pentecostes ex domo, area et orto ac domo posteriori Willelmi Pyckevet, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, inter hereditatem Johannis Broess., pistoris, ex uno et inter hereditatem dicti Willelmi et Jacobi de Driel ex alio, quem censum predictum magister Petrus de Os ad opus dicti domini Christiani van der Heyden erga dictum Willelmum Pyckens emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo de Fine simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 358v-359r
5 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius quondam Theoderici de Amstel, quecumque bona sua mobilia et immobilia, hereditaria atque parata ubicumque locorum consistentia, sita solvenda ac reperiendia, hereditarie supportasset Arnoldo, filio Andree Berntss., cumque idem Arnoldus medietatem cuiusdam mansi, siti in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel, aut in locis ibidem circumvicineis, simul cum suis iuribus et attinentiis, hereditarie supportasset Petro Bardeyn de Os, et cum deinde idem Petrus Bardeyn novem hont terre, supportata de dicta medietate mansi et suarum attinentiarum predictarum, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Amstal, in loco dicto in die Velthoven, inter hereditatem Henrici, filii quondam Johannis Ruttenss., ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Mercelii Broessoen, ex alio, hereditarie supportasset Henrico dicto die Clerck, filio quondam Petri dicti die Clerck, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Katharina, filia dicti quondam Petri die Clerck, cum tutore dicta novem hont terre hereditarie supportavit Christine, relicte dicti quondam Petri Bardeyn, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum V^{ta} augusti.

R1270, fol. 359r
6 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Godefridus dictus Zweders super agro terre, dicto die Hautart, sito in parochia de Tongelre, inter hereditatem Mercelii van der Schueren ex uno et inter hereditatem Wolteri van Houberch ex alio, tendente ab hereditate Johannis Neven van Bakel ad hereditatem Elisabeth Willems, ut dicebat, atque super toto iure sibi in dicto agro quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum VI^{ta} augusti.

R1270, fol. 359r
6 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Johannes, Henricus et Wolterus, fratres, liberi quondam Johannis Oems senioris, et Henricus, filius quondam Henrici de Donckersvoirt, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Oems senioris, domum, aream et ortum ac domum posteriorem cum suis attinentiis sibi adiacentibus, sitos in Buscoducis, ultra pontem Geerlaci, inter hereditatem Henrici Geck ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Arnoldi die Smyt, ex alio, tendentes a vico Hiinthamensi ad hereditatem Conventus Sororum Regularissarum, siti ibidem, fossato quodam interiacente ; insuper particulam hereditatis, sitam ibidem retro hereditates dudum Gerardi, filii Henrici Sanderss. de Os, et hereditatem Henrici Geck, inter hereditatem olim Katharine, relicte quondam Johannis de Gassel, ex uno et inter hereditatem dictorum Gerardi et Henrici Gheck ex alio, ut dicebat, locaverit recto locationis modo Johanni dicto Scutt, filio quondam Heymerici Heymericxss., ab eodem

Johanne ad spacium vigintiquinque annorum proxime futuro habendum et possidendum pro censu fundi domino nostro duci et quatuor modiis siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandum et solvendum a dicto Johanne terminis et locis ad hoc debitis et consuetis atque pro duodecim florenoris Renensibus, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, dando et solvendo ipsis ab alio Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex premissis, promittentes super omnia et habenda ratam servare. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dictis locantibus dictos duodecim florenos termino solutionis predicto ex premissis.
Testes Kuyst et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 359r-v
6 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Godefridus dictus Zweders, filius quondam Arnoldi Zweders, super uno modio siliginis hereditarie pactionis mensure de Erpe, solvendi anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum Hoevelsberch, inter hereditatem Henrici dicti Trudenss. ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi dicti de Bell ex alio, quem modium siliginis Johannes dictus Ottensoen erga Johannem die Gruyter emendo acquisierat et quem modium siliginis predictum dictus Arnoldus Zweders et Johannes Brant, pellifices, erga Johannem, filium naturalem quondam Ottonis dicti Geritssoen, et Margaretam, suam uxorem, filiam quondam Goeswini dicti van den Hoevel, dudum ad pactum acquisierant prout in litteris, atque super toto iure sibi in dicto modio siliginis ac litteris predictis quovismodo competente ad opus magistri Lamberti, filii quondam magistri Arnoldi Zweders, filii dicti quondam Arnoldi Zweders, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum VI^{ta} augusti.

R1270, fol. 359v
9 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Petrus, filius naturalis quondam Wolteri de Tuyll, canonicus dum vixit Boxtellensis, dedit Mechteldi, sue matri, filie quondam Martini de Avensoen, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma, hoc tamen quod eadem Mechteldis de suis receptis et levatis iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem dicto Petro, suo filio naturali, ad eius requestam semper prestabit et prestare tenebitur absque dolo et contradictione.
Testes Hynden et Kuyst, datum IX^{a} augusti.

R1270, fol. 359v
9 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Margareta, filia quondam Johannis Voss., uxor Lodovici Boys, quamcumque potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi quoscumque suos census, redditus et credita sua et bona sua regendi necnon causam et causas suas prosequendi per ipsam datam et attributam Ghiselberto, suo filio, et Coenrardo Claess., ante datam litterarum presentium iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, hic expresse revocavit, cassavit et annullavit necnon revocat, cassat et annullat per presentes.

Testes, datum supra.

R1270, fol. 359v
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Mathias, filius quondam Henrici Kepkens, promisit super omnia et habenda Godefrido dicto Cuper, hospiti in Roza, quatuor aureos florenos Renenses vel valorem eorundem in alio pecunia Laurencii Martiris proxime futuro si et inquantum idem Godefridus protunc in humanis vixerit et alias non persolvendos.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XI augusti in crastino beati Laurencii Martiris.

R1270, fol. 359v
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Wolterus, filius quondam Danielis Wouterss., incola de Empel, agrum terre ac quoddam pratulum sibi contigne adiacens, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Aen de Drieborch, inter hereditatem Rodolphi, filii quondam Johannis Jacopss., ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis dicti Deliss. et liberorum quondam Henrici de Meerlair ex alio, tendentes cum fine reliquo ad communem plateam in ea quarte qua dicti ager terre et pratulum ibidem siti sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Rodolpho, filio quondam Johannis Jacopss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus et dimidio stuferis investiture seu fabrice ecclesie de Berliikum, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 359v
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Dictus Rodolphus promisit super omnia et habenda dicto Woltero viginti novem Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecuniam currentem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 360r
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Willelmus, filius quondam Gerardi dicti Graets, promisit ut debitor principalis Geertrudi, filie quondam Aelberti Rutgerss., relicte quondam Egidii Zeckers, quod ipse dabit et solvet eidem Geertrudi annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam dicte Geertrudis et non ultra Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Vechel, in loco dicto Int Akart, inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Gerardi Daniels, ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici van der Heyen cum quibusdam aliis ex alio, tendente ab hereditate Leonii Zuermonts ad quandam communem viam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.

Testes Hynden et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 360r
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Gerardus dictus van den Broeck, filius quondam Lamberti dicti van den Broeck, promisit super omnia et habenda Lamberto dicto van den Hezeacker quadragintasex Renenses, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, et sedecim consimiles stuveros necnon octo modios siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis tradendam occasione huiusmodi denariorum seu pactionis provenientium, dicto Lamberto solvendum ex causa seu de bonis quondam Henrici van den Broeck inter ipsos late etc., ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 360r
11 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Dictus Lambertus van den Hezeacker promisit super omnia et habenda dictum Gerardum ab omnibus impetitionibus quibus occasione premissorum imposterum quovismodo impeti posset seu gravari atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 360r
12 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Iwan Kuyst

Wy Hezeacker ende Kuyst, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen is joncker Yewaen van Cortenbach, heer tot Keerbergen etc., seggende hoe dat hy seker saken te vervolgen sal hebben in recht tegen Arnden Mathyss. ende opte gueden te Bruheze, welke saken hy overmits andere occupacien die hy te doen sal hebben in zynen properen persoene nyet vervolgen en can noch en mach, ende heeft dair omme geconstitueert, gestelt ende geordineert ende mits desen iegenwoirdigen brieve constitueren, stellen ende ordineren Goyarden van Lancvelt ende Dircken Wagemans, zyn procureurs ende facteurs, gevende ende verlenende denselven ende elcken bysundere vry ende volcomen macht ende sunderlinge bevele in zynen name ende van zynre wegen in recht te compareren ende zyn sake voirs., het zy in aenleggers oft verwerders stat, te vervolgen ende te verwaeren ende voirts generalic allet dair inne te doene, te procureren ende voirt te keren dat die voirs. constituent selver soude moigen doen procureren ende voirt keeren oft hy present, tegenwoirdich ende voir oigen weer, gelovende die voirs. constituent opte verbyntenisse van zynen gueden vast ende stedich te houden alletgeen ende zoe wes by den voirs. zynen geconstituerden procureurs oft den enen van hen hierinne gedaen ende voirtgekeert sal werden ende di selve van allen scade, cost ende commer die hen ten ocsuyne voirs. toecomen mucht, als van zynre wegen ende voir syn helfte ende nyet vorder, te releveren ende scadeloos te ontheffen.
In kennessen der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven XII^{a} augusti.

R1270, fol. 360v

12 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Marcelius, Jacobus, Theodericus et Johannes, fratres, liberi quondam Ade dicti die Lu, hereditarie vendiderunt Elsbene, relicte quondam Johannis Michiels, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureum florenorum Renensem, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewicht, pro XXVIII, aureum florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden Andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XXIX, aureum florenum novum, pronunc per archiducem Philippum noviter monetatum, iusti ponderis, dictum nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XXV stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Assumptionis Marie et pro primo solutionis termino ab Assumptionis Marie proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quatuor sextis partibus ad ipsos spectantibus in quodam manso, sito in parochia de Helvoert, ad locum dictum After Sinterclaesstock ibidem, necnon de et ex iuribus et attinentiis dictarum quatuor sextarum partium mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad tres florenos Renenses taxatos domino nostro duci, viginti duobus stuferis abbati Sancte Geertrudis in Lovano, viginti uno florenorum Renensium ac duodecim libris hereditarium censum monete, diversis personis annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XII^{a} in augusti.

R1270, fol. 360v
12 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Et poterunt redimere perpetue simul et semel cum et mediante centum et quinque consimilibus florenis Renensibus et secundum eandem valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elsbena hoc palam recognovit et cum tutore super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Elsbenem legitime preintimabunt et preintimare tenebuntur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 360v
12 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Henricus de Uden hereditarium censum duorum aureorum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, quem censum Leonius de Erpe, filius Leonii, et Geerlacus de Erpe, filius quondam Henrici, promiserant Franconi de Langel ad opus Arnoldi Berwout anno quolibet hereditarie Martini Hyemalis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Leonii, sitis in parochia de Nuwelant, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis de Vyfeycken ex alio, necnon ex omnibus et singulis bonis dicti Geerlaci, quocumque locorum consistentibus sive sitis, et quem censum dictus Henricus de Uden erga

Lambertum, filium quondam Romboldi Lambrechtszoen, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie naturalis quondam Ghiselberti Roesmont, filii quondam Danielis Roesmont, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Michaeli Roesmont, filio dicti quondam Ghiselberti Roesmont, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol 361r
13 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Frans Toelinck

Laurencius dictus de Hulsberch, filius quondam Lamberti de Hulsberch Laureynss., hereditarie vendidit Johanni de Amerzoyen, aurifabro, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Assumptionis Marie et pro primo solutionis termino ab Assumptionis Marie proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam prato dicti venditoris, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia de Bakel, iuxta pontem ibidem, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti van der Cruysschot ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem aquam, die A vocatam, ibidem fluentem; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus eiusdem venditoris, maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Doernen, ad locum dictum Aent Heye Eyndt, inter hereditatem Arnoldi Reyners ex uno et inter hereditatem eiusdem Arnoldi cum quibusdam aliis ex alio, tendentibus a communi platea ad communitatem seu mericam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandam alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem et septem stuferis ex dicto prato atque censu fundi necnon uno et dimidio vasatas siliginis ex domo, area, orto et hereditatibus predictis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hezeacker et Toelinc, datum XIII^{a} augusti.

R1270, fol 361r
16 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Dictus Johannes dictum censum hereditarie supportavit Johanni Dagens, filio quondam Gerardi Dagens, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, excepta tamen et dicto venditori reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Kuyst et Bogaert, datum XVI^{ta} augusti.

R1270, fol 361r
16 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol 361r
16 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Henricus de Doerne Everartss. et Everardus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Laurencio quod ipsi Henricus et Everardus supradictum censum exnunc deinceps dabunt et solvent necnon infra spacium trium annorum Assumptionis Marie proxime futuro sine medio sequente rediment et acquitabunt, dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Laurencio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol 361r
16 augustus 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Ghiselbertus dictus Bertken, filius quondam Johannis dicti van den Spyker, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Nycolai, filii quondam Thome de Aenhoven, et ipsa Elisabeth cum eodem Ghiselberto, suo marito, tamquam cum suo tutore, in absentia Ghibonis dicti Quants, prebuerunt ad redimendi pecia prati dimidium bonarum prati vel circiter continente, sitam in parochia de Oirscot, in pastoria de Vorstenbest, in pratum dictum die Broeckbeemden, inter hereditatem dicti Ghibonis Quants ex uno et inter hereditatem Lipperti dicti van der Hagen et liberi quondam Johannis Cranen ex alio, tendente ab hereditate Dyonisii Peterss. ad communitatem ibidem, quam peciam prati predictam dictus Ghibo Quants erga Henricum, filium dicti quondam Nycolai, filii quondam Thome de Aenhoven, Johannem dictum Bergers, maritum et tutorem legitimum Katharine, sue uxoris, et Johannem, filium Theoderici Wagemans, maritum et tutorem legitimum Bele, sue uxoris, filiarum dicti quondam Nycolai, filii quondam Thome, coram scabinis in Oirscot acquisierat, ut dicebat.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol 361v
13 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Nycolaus dictus Muysken alias dictus de Cleve, filius quondam Gerardi dicti Muysken alias de Cleve, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth sue uxoris, filie quondam Symonis Janss. van den Venne, mediatem domus, aree et orti ac hereditatis sibi adiacentis, circiter unius sextariate terre, sitorum in parochia de Hezewyck, inter hereditatem fabrice ecclesie de Hezewyc ex uno et cum alio latere et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem olim Leonardi Dorren, nunc vero de Delyane Cocx, quos integros domum, aream, ortum ac hereditatem predictos Johannes, filius quondam Nycolai Peterss., prefato Symoni Janss. hereditarie supportaverat, ut vidibatur in litteris de Hezewyc contineri, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Gerardi Emontss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Symonis ac quorumcumque suis heredum et successorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit ex premissis integris bonis plus fore solvendum quam due libre cere dicte fabrice ecclesie, duo pulli censuales domino de Hezewyc et hereditaria pactio

dimidii modii siliginis Arnoldo dicto Roeven Boest, prius annuatim ex premissis bonis e iure solvendis, quod dictus Nycolaus hoc plus prefato Henrico penitus deponet.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XIII[a] augusti.

R1270, fol 361v
13 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Gerardus dictus Thys van Loeken et Johannes, filius quondam Theoderici de Zontvelt, promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Henrico Heym, canonicus in Buscoducis, undecim et dimidiam coronas, XXIIII[or] stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon dimidium numerum angwillarum, duas geltas sinapis et duas vymas recti strammis Purificationis proxime futuro persolvendas, tali annexa conditione quod dicti promittentes solvent et solvere tenebuntur unum modium ordei mensure de Vechel investito de Vechel Andree apostoli sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol 361v
13 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Henricus dictus Knoyen Goessenss. promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico octo modios siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos, tali annexa conditione quod dictus Henricus solvet et solvere tenebitur investito de Vechel unum modium siliginis mensure de Vechel Andree apostoli sic et taliter quod dicto magistro Henrico dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol 361v
16 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Rutger van Bosicum heeft hem afgeseegt der cremerambacht bynnen deser stadt ende hy en will van deser tyt voirtane dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XVI[ta] augusti.

R1270, fol 361v
16 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Gerardus, filius quondam Willelmi de Wyck, dedit Petro Reynerss. potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XVI[ta] augusti.

R1270, fol 362r
16 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Marcelius, filius quondam Stephani dicti de Ekart, institor, promisit ut debitor principalis michi ad opus Johannis, sui filii, ab eodem Mercelio et quondam Heilwige, sua dum vixit uxore, pariter geniti, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni, suo filio, hereditarium censum octo et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, obitum dicti Mercelii immediate subsequente et non prius, de et ex domo et area cum suis attinentiis dicti Mercelii, sita in Buscoducis, ad Forum loci sub longis cameris ibidem, inter hereditatem Pauli dicti Roever Coenen ex uno et inter hereditatem Gerardi de Davantria ex alio, tendente cum fine anteriori ad communem Forum ibidem, ut dicebat, promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex libris monete et hereditario censu sex florenorum Renensium, XX^{ti} stufers pro quolibet computando, diversis personis annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione quod heredes et successones dicti Mercelii dictum censum redimere et acquitare poterunt semper dum eis placuerit cum centum et sexaginta septem et dimidio consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Hynden et Kuyst, datum XIX^{a} augusti.

R1270, fol 362r
16 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker, Jan van Vladeracken, Dirk van Hynden, Iwan Kuyst, Lambert Bogaert, Frans Toelinc en Arnt Paeuweter

Wy Hezeacker, Vladeracken, Hynden, Kuyst, Bogart, Toelinc ende Paeuweter, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken alsoe die vrinde ende naeste maige van Luytgarden ende Weytken, gesusteren, onmundige kynder wilneer Wouters van Haren, ons nu te kennen gegeven hebben hoe dat denselven tween gesusteren, onmundige kynder voirs., aenverstorven zyn sekere gueden van wylen Ariaenen van Haren, woenechtich doen hy leefden tot Gestel by Oisterwyck, haren oem, welke gueden die voirs. twe gesusteren, onmundige kynderen, gemerct hair kyntsheit nyet en zouden cunnen geregeren, mar gescepen weren die te verlyesen ende dair by armoede te lyden, alsoe verre hen nyet met goeder manieren van goede procureurs en worde voirsiene, dus dair omme biddende dat wy hen dair toe ordineren wouden eenige die hen gueden regeerden ende tot henre behoeff die ophyeffen ende ontfingen, soe eest dat wy gemerct des voirs. is in den name ende vanwegen ons genedichsten heren des eertshertogen ende als mombairs der onmundig kynderen dairtoe hebben gesedt ende geordineert Rycarden van Hoculem Henricxsoen ende Arnden Lambrechss., als naeste van bloede der voirs. onmundiger kynderen van heurs vaders ende oick henre moider wegen, ende elcken van hen bysundere omme dieselver kynderen ende hoer gueden te regeren, aen te veerden, dair af te moigen scicken, deylinge te makene ende allet dair inne te doen ende voirt te keren dat goede getrouwe mannen in dusdanige gueden sculdich zyn te doen ende zoe dat ten meesten oirbare ende prouffyte der voirs. onmundigen kynderen sal moigen dyenen, hierinne voirsiene dat dieselve Ricart ende Arnt Lambertss. van hoeren beweynde ontfanck ende vutgeven der gueden voirs. zullen doen goede wittige rekeninge, bewys et reliqua den voirs. kynderen tot hoeren versueck ende ten versuecke der witthouderen der voirs. stad ten tyde wesende ende dese voirs. mechtichscap duerende tot dat die voirs. kynderen tot hoeren mundigen dagen zullen zyn gecomen ende nyet langer sonder argelist.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XVI^{en} augusti.

R1270, fol 362v
17 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Johannes, Henricus et Wolterus, fratres, liberi quondam Johannis Oems senioris, et Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoert, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Oems senioris, promiserunt ut debitores principales indivisi Johanni dicto Scutt, filio quondam Heymerici Heymerixs., ad opus Katharine, sue uxoris moderne, quod ipsi dabunt et solvet eidem Katharine annuam et vitalem pesionem sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicte Katharine et non ultra in festo Nativitatis Baptiste de et ex domo, area et orto ac domo posteriori olim Gerardi, filii Henrici Sanders de Os, et Katharine, sue uxoris, filie quondam Johannis van der Hoevel, nunc vero dictorum promittentes, sitis in Buscoducis, in vico Hynthamensis, ultra pontem Geerlaci, inter hereditatem Henrici Gheck ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Arnoldi die Smyt, ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamensis ad hereditatem conventus Sororum Regularissarum, ibidem fossato interiacente; item adhuc ex particula hereditatem, sita ibidem, olim dictorum quondam Gerardi et Katarine, sue uxoris, nunc vero eorundem promittentes, inter hereditatem Theoderici Wautgerss. ex uno et inter hereditatem Henrici Gheck ex alio, tendente ab orto predicto ad hereditatem Johannis Symoniss. van der Graft alias de Lytt, ut dicebat, absque promissione ulteriori.
Testes Hezeacker et Hynden, datum XVII^{a} augusti.

R1270, fol 362v
17 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Petrus, filius quondam Tyelmanni Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Johannis Peterss., hereditarie vendidit Cornelio, filio quondam Henrici dicti Loekemans, calcifici, hereditarium censum unius floreni Renensi, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro eodem computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Baptiste proxime futuro et in Buscoducis libere tradendum de et ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Nystelre, ad locum dictum op Vorstenbossche, iuxta capellam ibidem, inter hereditatem Symonis Dircxss. ex uno et inter hereditatem Johannis Peterszoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Petri dicti van der Hagen; item adhuc ex quodam prato, dicto den Gheer, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia de Vechel, in loco dicto In de Gheer, inter hereditatem Walravi de Erpe ex uno et inter quendam aqueductum ibidem, dictum den Beeckgrave, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem cuiusdam, dicte Lyelt, relicte quondam Rodolphi Scheers, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex stuferis ex dicto prato prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol 362v – 363r
17 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Wy Bogaert ende Paeuweter, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest Lucas van Erpe, onse

mederaitsman, seggende ende allegerende dat hy voir den eerwerdigen wysen ende voirsienigen heren cancellier ende anderen heren van den edelen Raide ons genedichsten heren des eertshertogen, geordineert in zynen genaden lande van Brabant, een sake in recht te doen sal hebben tegen Reyneren van Arkenteel, welke sake hy overmits andere occupacien die hy te doen heeft in zynen properen persoene nyet vuechelic vervolgen en can noch en mach ende heeft dair omme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen tegenwoirdigen brieve constitueert, sedt ende ordineert meester Jannen Scat, advocaet, ende Claessen van Heyst, procureur in den Raide van Brabant voirs., zyn wittige procureurs ende facteurs, gevende ende verlenende denselven ende elcken van hen bysundere volcomen macht ende sunderlinge bevele voir hem ende in zynen name voir den eerwerdigen heren ende Raide voirs. te compareren, zyn sake aldair te verwaeren, het zy in aenleggers oft verwerders stad, ende generalic allet dair inne te ende voirt te keren dat die voirs. constituent selver zoude moigen doen oft hy present ende iegenwoirdich weer, met volcomen macht te moigen substitueren enen oft meer procureur oft procureurs die deselve macht zullen hebben die zyn voirs. geconstitueerde procureurs hebben, gelovende die voirs. constituent opte verbyntenisse van zynen gueden hebbende ende vercrigende my tot behoeff der geenre dair toe interest hebbende vast ende stedich te houden ende in zynen name te doen houden allet geen ende zoe wes by zynen voirs. geconstitueerde procureurs, hoeren substituyt oft substituyten oft eenigen van hen hier inne gedaen geprocureert ende voirtgekeert sal werden ende hen van allen scaide, cost ende commer die hen ter cause van dien toecomen mucht, te releveren ende scadeloos te ontheffen.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven XVII[a] augusti.

R1270, fol 363r
17 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Magister Michael Roesmont, filius quondam Ghiselberti Roesmont, filii quondam Danielis Roesmontz., hereditarium censum duorum aureum florenorem, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX[ti] stuferos vel valorem pro quolibet computando, quem censum predictum Leonius de Erpe, filius Leonii, et Geerlacus de Erpe, filius quondam Henrici, promiserant Franconi de Langel ad opus Arnoldi Berwout anno quolibet hereditarie Martini hyemalis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Leonii, sitis in parochia de Nuwelant, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis de Vyfeycken ex alio, necnon ex omnibus et singulis bonis dicti Geerlaci quocumque locorum consistentibus sive sitis, et quem censum dictus magister Michael erga Henricum de Uden acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto Bloyman, filio quondam Henrici dicti Bloyman, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter.
Testes Hezeacker et Hynden, datum supra.

R1270, fol 363r-v
17 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Cornelius, filius quondam Arnoldi Vrients, duos modios siliginis hereditarie pactione mensure de Helmont, solvendos hereditarie Purificationis et supra contrapignora infrascripta tradendos ex duabus peciis prati, sitis in iurisdictione de Vlierden, quarum una in loco, dicto die Hamecken, unum bonorum prati vel circiter continente cum uno latere et uno fine iuxta

hereditatem Johannis, filii Henrici Danielss. junioris, et cum alio latere iuxta hereditatem liberi quondam Emondi van den Venne, et alia pecia in loco Wolfsput site sunt, et que ultima pecia prati annuatim dividitur quod exponetur rydt erga hereditatem Bruystini van den Schoetacker et Henrici van der Beke; insuper ex manso, dicto ten Hoevel, sito in dicta iurisdictione, videlicet ex domo, area, orto ac tribus modiatis terre et aliis attinentiis dicti mansi, quos duos modios siliginis predictos dictus Cornelius erga Elisabeth, filiam quondam Willelmi van Eyndhoutz., acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Yde, sue filie, ab eodem Cornelio et Geertrude, sua moderna uxore, pariter genite, ab eadem Yda post obitus eorundem Cornelii et Geertrudis amborum et non prius habendum et hereditarie possidendum simul cum dictis litteris, aliis et iure, promiserat super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XVII[a] angusti.

R1270, fol 363v
18 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Rodolphus, filius quondam Rodolphi Dircxsoen, quendam campum terre arabilis, sex lopinatas terre vel circiter continente, situm in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Wilshuser, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Petri van den Water ex alio, et tendit cum uno fine ad hereditatem Ade, filii quondam Arnoldi Evertss., simul cum sua lignicrescentia in ea quarte qua idem campus cum sua lignicrescentia et iuribus ibidem situs est ad dictum Rodolphum pertinere dinoscitur, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Petro van den Water ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepti viginti lopinis siliginis hereditarie pactionis, hereditatibus quondam Petri Luedix annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebat.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum XVIII[a] augusti.

R1270, fol 363v – 364r
18 augustus 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Franconis Arntss., domum, aream et ortum ac agrum terre pratulum et montem cum sua lignicrescentia sibi adiacentes, sitos in parochia de Berlykem, ad locum dictum Myddelrode, inter hereditatem dictam die Hamsvoert ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Coel, filii quondam Everardi de Berlykem, ex alio, dempta et conventui de Berna reservata quadam particula terre in premissis situata; insuper campum terre pascualis, tria iugera vel circiter continente, situm ibidem, inter hereditatem liberi quondam Johannis, filii quondam Everardi de Berlykem, ex uno et et *(sic)* inter hereditatem Nycolai Lybarts et communitatem de Hamsfoirt ex alio; item adhuc omnia et singula bona Johannis, filii quondam Henrici Colenss. de Berlykem, hereditarie supportasset Rodolpho, filio quondam Engberti de Griensvenne, promisissentque super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva sibi et Anthonie, sue filie, sua hereditaria paccione quatuor modiorum siliginis de hereditaria paccione quinque modiorum siliginis quam dicti Petrus et Anthonia ex premissis hereditarie solvenda habent, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Rodolphus premissa sibi, ut premittitur, supportata, hereditarie supportavit magistro Henrico Ghyzels ad opus Henrici, Jacobi et Elisabeth, liberorum naturalium et illegitimorum eiusdem magistri Henrici, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione quod dicti

Henricus, Jacobus et Elisabeth, naturales, de et ex premissis dictam pactionem quatuor modiorum siliginis exnunc deinceps dabunt et solvent ac rediment et acquitabunt dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod dicto Rodolpho ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus magister Henricus pro dictis suis liberis naturalibus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Rodolpho repromisit, potestate tamen pariter et auctoritate premissa in toto vel in parte vendendi, alienandi, obligandi seu transportandi dicto magistro Henrico quamdiu in humanis vixerit ac tociens sibi placuerit, salvis et reservatis contradictione dictorum liberorum naturalium seu alterius eorundem nequaquam obstante.
Testes, datum supra.

R1270, fol 364r
18 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Goeswinus dictus van den Broeck, filius quondam Gerardi dicti van den Broeck, hereditariam pactionem decem lopinorum siliginis mensure de Tilborch, quam pactionem Adrianus, filius quondam Johannis dicti Claess., promiserat se daturum et soluturum Nycolao de Aerle, filio Ghiselberti de Aerle, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Tilborch traditurum ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Tilborch, ad locum dictum Heerstal, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Arnoldi de Broichoven, ex uno et inter hereditatem Petri die Vette ex alio, quam pactionem predictam Ghiselbertus dictus van den Broeck, filius quondam Godefridi dicti van den Broeck, erga Nycolaum dictum de Aerle, filium quondam Ghiselberti dicti de Aerle, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni et Willelmo, fratribus, filiis quondam Johannis dicti Leyten, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte dicti quondam Giselberti van den Broeck ac suis heredum deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol 364r
18 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Goeswinus hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Tilborch, quam pactionem Adrianus, filius quondam Johannis dicti Claes, promiserat se daturum et soluturum Nycolao de Aerle, filio quondam Ghiselberti de Aerle, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Tilborch traditurum ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, pariter novem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum Aen die Ryt, inter hereditatem Johannis de Aerle ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Gerardi dicti Betthen, et inter hereditatem heredum quondam Aelwini dicti Aelwynssoen ex alio; insuper ex pecia terre, dicta den Crachtenpoel, duas lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter hereditatem Petri Arntss. ex uno et inter hereditatem Johannis Peymans ex alio; insuper ex pecia terre, dicta die Bakelry, unam lopinatam terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem Engberti de Aerle ex uno et inter hereditatem Thome Genen et Johannis, filii Elisabeth Rozen, ex alio; insuper ex duabus quartis partibus pecie terre mericalis, site in dicta parochia, inter hereditatem heredum quondam Rode Gerits ex uno et inter hereditatem Godefridi die Bont ex alio, quam pactionem Ghiselbertus van den Broeck, filius quondam Godefridi van den Broeck, erga Nycolaum de Aerle, filium quondam Ghiselberti de Aerle, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dictis Johanni et

Willelmo, fratribus, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Ghiselberti van den Broeck, eius avunculi, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol 364v
18 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Nycolaus, filius quondam Willelmi die Witte, domum et ortum cum fundo et attinentiis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitos in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Huyculum, inter hereditatem Wolteri van Eygen ex uno et inter hereditatem Johannis Mais ex alio; item adhuc peciam terre pascualis, sitam ibidem, inter quandam stegam, dictam Pasdyck, ex uno et inter hereditatem Wolteri van Eygen et liberorum quondam Johannis van Goerle ex alio, dudum hereditarie supportatos dicto Nycolao, filio quondam Willelmi die Witte, a Willelmo, filio quondam Gerardi Wyten, ut videbatur in litteris de Oisterwyck contineri, simul etiam cum horreo in premissis stante, hereditarie supportavit Franconi, filio Johannis dicti Knoep, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XVIII[a] augusti.

R1270, fol 364v
18 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Henrici dicti Marcxss. ab eodem et quondam Maria, eius uxore, filia quondam Gerardi dicti Bliecx, pariter genitus, quecumque bona mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi per et post mortem quondam Johannis de Heyst, avunculi dicte quondam Marie dum vixerat, iure successionis hereditarie advoluta sunt necnon per et post mortem Heilwigis, relicte dicti quondam Johannis de Heyst, adhuc advoluta sunt quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Theoderico dicto van der Borchacker Willemss. et Everardo, filio quondam Petri Wouterss., simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis, mentionem inde facientibus et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol 364v
18 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Ghibo dictus die Bever, filius quondam Johannis dicti die Bever, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, unam maldratam terre vel circiter continente, sitos in parochia de Hees, ad locum dictum Op Zochel, inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Hoeven ex uno et inter communitatem ex alio; item adhuc peciam terre arabilis, tredecim vasatas terre vel circiter continente, sitam in parochia et loco predictis, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Willelmi Arntss., ex alio, quos domum, aream, ortum, hereditates ac peciam terre predictos dictus Ghibo erga Henricum, filium quondam Willelmi de Tuyll, ad censum acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Ghiboni, filio quondam Barthelomei de Engelen, simul cum dictis litteris et iure, promittens super

omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis.
Testes, datum supra.

R1270, fol 364v - 365r
10 augustus 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Arnoldus Pels, filius quondam Petri, hereditariam pactionem unius et dimidi modiorum ac duorum et dimidii sextariorum siliginis mensure de Beeck, quam pactionem dominus Henricus, filius quondam Johannis dicti Dircxsoen, presbiter, decanus Graviensis, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Arnoldo Pels anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Beeck, inter hereditatem Johannis dicti Barbiers, Christine Koecx, Willelmi Koecx, Arnoldi Moykens, Jacobi de Lyemde et Egidii Borchmans ex uno et inter hereditatem domini Wytmanni Wytmans, presbiteri, decani Bekensis, domini Johannis dicti Zilversmyt, presbiteri, et Margarete, filie quondam Johannis Grietensoen ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit fratri Thome van der Moelen, procuratori conventus de Kerssendonck, ad opus eiusdem conventus, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Vladeracken et Bogaert, datum in die beati Laurencii Martiris.
R1270, fol 365r
18 augustus 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Dictus frater Thomas van der Moelen, tamquam procurator dicti conventus, promisit sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus habitorum et habendorum dicto Arnoldo Pels triginta novem peters, XVIII stufers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol 365r
18 augustus 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Frater Thomas van der Moelen, procurator dicti conventus, et eo nomine ex una necnon Arnoldus Pels predictus partibus ex altera super quibuscumque causis, querelis, differentiis et impetitionibus quibus mediantibus eedem partes ac quecumque alia persona aut alie persone, vice et nomine earundem preteritum sese impetere, impetere possent aut posset earum altera una videlicet alteri et viceversa a quocumque tempore preterito usque in diem presentem occasione quacumque, atque super toto iure eis seu earum alteri in premissis quovismodo competente ad opus alterius eorundem legitime et hereditarie renunciaverunt et quilibet eorum renunciavit effestucando modo in talibus consueto, promittentes videlicet dictus frater Thomas sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, presentium et futurorum, et dictus Arnoldus super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus deponere et premissis non convenire.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol 365r
31 december 1502

Jan Heym en Peter de Borchgreve

Nycolaus, filius quondam Servacii Storms, hereditarium censum trium et dimidii aureum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Oirscot, in pastoria de Verenbest, inter communem plateam ex uno et uno fine et inter hereditatem Henrici, filii quondam Godefridi van der Vloet, ex alio; item ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter unam sextariatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Helmont, ad locum dictum In die Haghe, inter communem plateam ex uno et uno fine et inter hereditatem domini de Helmont ex alio, quem censum predictum dictus Nycolaus erga dictum Henricum, filium quondam Godefridi van der Vloet, emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit domino Henrico de Esch, presbitero, simul cum dictis litteris et iure et arrestadiis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes Heym et Borchgreve, datum penultima decembris anno secundo.

R1270, fol 365r
31 december 1502
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Dictus dominus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Nycolao quindecim peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et quartam partem unius huiusmodi petri a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1270, fol 365r-v
20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Godefridus, filius quondam Arnoldi dicti Loofs, hereditarie vendidit Henrico Snoeck, filio quondam Arnoldi, ad opus sui quo ad eius usufructum et ad opus Arnoldi et Elisabeth, sue sororis, ab ipso Henrico et quondam Heilwige, sua prima uxore dum vixerat, filia quondam Johannis Berkelmans, pariter genitorum, quoad eorum ius hereditarium hereditarium censum sex florenum Renensium, XX^{ti} stuveros vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Assumptionis Marie et in Buscoducis libere absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis tradendum ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, sitis in parochia de Leende, iuxta plateam dictam Stryp, inter hereditatem Jacobi de Vaerlair ex uno et inter hereditatem Godefridi Willem Bacxss. ex alio, tendente cum fine utroque ad communem plateam; item ex quodam prato, unam et dimidiam diurnatas prati vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Theoderici dicti Loofs ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Leende ex alio, tendente ab hereditate Michaelis de Uden ad hereditatem Tyelmanni, filii Wolteri Scoemekers, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Johannes Geritssoen van Heesterbeeck indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad duas blanccas ascendente ex domo, area, horreo et orto predictis, prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XX^{a} augusti.

R1270, fol 365v

20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus pro se et dictis suis liberis hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Henrico et eius liberis aut eorum alteri legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol 365v
20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus venditor promisit super omnia et habenda dicto Johanni Geritss. quod ipse venditor dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet ac redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol 365v-366v
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Theodericus dictus Droegemont domum et aream ad se spectantem, sitam in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem liberorum quondam Mette dicte Marien ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Geck ex alio, cum quodam orto retro domum et aream predictas sito, qui ortus situs est iuxta hereditatem dicti Johannis de Megen, tendente ibidem ad quoddam fossatum quod quondam fuerat domini Willelmi de Busco, militis, erga Theodericum dictum de Beke, filium quondam Johannis dicti de Beke, ad censum acquisivisset, cumque Johannes, filius Nycolai dicti Wouterss., maritus et tutor legitimus Sophie, sue uxoris, filie quondam Johannis van den Hoevel, filii quondam Johannis dicti Zerys, ab eodem quondam Johanne et Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Theoderico Droegemont, pariter genite, medietatem sibi aut dicte sue uxori de morte dictorum quondam Johannis et Elisabeth successione advolutam in domo, area et orto predictis atque in domo stante in orto predicto et in attinentiis eiusdem domus universis atque in hereditario censu septem librarum monete, quem dictus Theodericus Droegemont promiserat se daturum et soluturum domino Theoderico de Beke, filio quondam Johannis de Beke, canonico Eykensi, predicto anno quolibet hereditarie mediatim Baptiste et mediatim Nativitatis Domini de et ex domo et area predictis, hereditarie supportasset Johanni, filio dicti quondam Johannis van den Hoevel, et cum deinde Henricus, filius quondam Johannis dicti Hollanders, particulam hereditatis, sitam in Buscoducis, ultra pontem Geerlaci, retro hereditates Gerardi, filii Henrici dicti Sanderss. de Os, et hereditatem Henrici dicti Gheck, inter hereditatem Katharine, relicte quondam Johannis de Gassel, ex uno et inter hereditatem dictorum Gerardi et Henrici Geck ex alio, hereditarie vendidisset dicto Gerardo, filio Henrici Sanderszoen de Os, prout in diversis litteris, cumque depost idem Gerardus et Katharina van den Hoevel, filia quondam Johannis relictaque quondam Wolteri de Gennop, eius uxor legitima, condens eorum testamentum inter cetera inibi contenta eadem Katharina legasset et iure testamenti reliquisset Johanni Oems seniori quoad vixerit in humanis et post eiusdem obitum suis

heredibus et successoribus, videlicet supradictos domum, aream et ortum cum suis iuribus et attinentiis, quos iidem coniuges pro presenti inhabitant, prout iam premissa ibidem sita sunt et dicte Katharine pridem in subsidium seu matrimonii unacum dicto quondam Woltero de Gennop, suo primo marito, assignata fuerant, unacum quadam hereditate quam idem Gerardus ad premissa olim acquisierat, simul cum onere exinde solvendo censum fundi domino duci, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis Johanni Keymp, hereditariam quoque pactionem unius modii siliginis eiusdem mensure heredibus quondam Godestodis, relicte quondam Jacobi Gielis, ab eodem Johanne seniore et post ipsum suis heredibus et successoribus post obitus dictorum coniugum amborum et non prius premissa cum suis oneribus pretactis habendum et iure hereditario possidendum, infradicente semper salvis tali annexa conditione quod dictus Gerardus et post ipsum sui successores, possessores vero domus et aree eiusdem Gerardi ibidem, contigue adiacente obtinebunt eorum ius edificandi in muro intersticiali ibidem interiacente necnon in quodam guttario ibidem supraiacente ad commodum et profectum eiusdem domus et aree iamdicte, talibus non et forma quod iidem murus intersticialis et guttarium de cetero erunt communes ambabus domibus et areis pretactis, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, Henricus et Wolterus, fratres, liberi dicti quondam Johannis Oems senioris, et Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoert, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Oems senioris, tamquam veri heredes et successores eiusdem quondam Johannis senioris, supradictos domum, aream et ortum, domum stante in orto predicto ac particulam hereditatis, qui vero videlicet iidem domus, area, ortus et domus in orto consistens, que pronunc posterior domus esse dinoscitur, pronunc siti sunt ibidem, inter hereditatem Henrici Gheck ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Arnoldi die Smyt, ex alio et tenduit a dicto vico Hynthamensi retrorsum ad hereditatem conventus Sororum Regularissarum, ibidem fossato quodam interiacente, et dicta particula hereditatis pronunc sita est ibidem, inter hereditatem Theoderici Wautgerss. ex uno et inter hereditatem Henrici Geck ex alio et tenduit ab orto predicto ad hereditatem Johannis Symonssoen van der Graft alias de Lytt, simul cum iure viandi per et trans quandam portam ibidem retro stante iuxta quendam viculum ibidem, iuxta pauperes fratres protensum, prout et quemadmodum premissa ibidem sita sunt et ipsis per dictam quondam Katarinam in suo testamento, ut premittitur, sunt relicta, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni dicto Scutt, filio quondam Heymerici dicti Heymerixss., simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Heilwigis necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Hoevel et dicte quondam Katharine, sue filie, uxoris legitime dicti quondam Gerardi Sanders, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, excepta tamen conditione pretacta eadem quod salva et reservata, exceptis inquam oneribus predictis et infrascriptis, videlicet censu fundi domino nostro duci, hereditaria pactione trium modiorum siliginis et dicta pactione unius modii siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, atque vitali pensione sex florenorum Renensium, quam dicti Johannes, Henricus et Wolterus, fratres, et Henricus de Donckersvoert ad opus Katharine, uxoris legitime dicti Johannis Scutt, ex premissis dudum promiserant iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, que onera iam pretacta dictus Johannes Scutt exnunc deinceps ex premissis sibi, ut premittitur, supportata, dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis supportantibus ad et supra se et bona sua ac possessoribus pro tempore aliarum hereditatum et bonorum dictorum quondam Gerardi Sanders et Katarine van den Hoevel, coniugum dum vixerant, dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Johannes Scutt hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis supportantibus ad opus eorum et dictorum possessorum repromisit. Promiserunt insuper iidem supportantes sub obligatione premissa indivisi in casu quo imposterum inventum fuerit via iure de et premissis

plus fore solvendum quam onera iam pretacta, quod iidem supportantes hoc plus prefato Johanni dicto Scutt deponent et deponere poterunt, videlicet pro quolibet denario sic plus invento decem et novem consimiles denarios, atque in casu quo etiam inventum fuerit imposterum iuridice ex premissis minus fore solvendum, quod dictum est quod hoc sic minus inventum dictis supportantibus et ad eorundem commodum et profectum econverso cedet et cedere debeat, prout dictus Johannes Scut hoc palam recognovit et consentiit.
Testes Hynden et Paeuweter, datum XIX[a] augusti.

R1270, fol 366v
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Arnt Pauweter

Dictus Johannes dictus Scutt promisit super omnia et habenda dicto Johanni Oems, filio quondam Johannis Oems senioris, viginti sex florenorum Renensium, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et quinque consimiles stuveros Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol 366v
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Arnt Pauweter

Idem Johannes Scutt promisit super omnia et habenda dicto Henrico Oems vigintisex consimiles florenos Renenes et quinque consimiles stuvers Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol 366v
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Arnt Pauweter

Idem Johannes Scutt promisit super omnia et habenda dicto Henrico de Donckersvoert quinquaginta duos et dimidium consimiles florenos Renenses Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 366v-367r
20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Johannes van den Byechelair, filius quondam Johannis et Heilwigis, eius uxor legitima, relicta quondam Anthonii, filii quondam Johannis van den Heytraeck, atque Gerardus, filius quondam Johannis van den Heytraeck, domum, aream et ortum cum suis attinentiis, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Agnetis, filie quondam Petri Goessens, ex uno et inter hereditatem Elisabeth Reynersdochter van Enode, ex alio, hereditarie vendidisset Matheo, filio quondam Johannis van den Perre, cumque Johannes, filius quondam Johannis van Leyenberch, in absentia dicti Mathei dictos domum, aream et ortum cum suis attinentiis per modum redemptionis e iure proximitatis obtinuisset et cum deinde idem Johannes van Leyenberch in presentia et de consensu Johannis van den Byechelaere, sui avunculi, totum ius redemptionis quod ipse e iure proximitatis in

premissis assecutum habuit, hereditarie supportasset Laurencio, filio Wolteri Voss, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Laurencius dictos domum, aream et ortum, suis attinentiis qui vero pronunc siti sunt ibidem, inter hereditatem Willelmi Jan Florenss. ex uno et fine uno et inter hereditatem Arnoldi Jacopss. ex alio, tendentes cum fine reliquo ad communem plateam seu communitatem ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit Lamberto, filio Wolteri dicti die Reepmaker, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta pactione dimidii modii siliginis quam dictus Laurencius Petro Jan Melissoen dudum ex premissis vendiderat aut solvere promiserat, quamquidem pactionem idem Lambertus ex premissis exnunc dinceps dabit et solvet sic et taliter quod dicto Laurencio ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Lambertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Laurencio repromisit.
Testes Kuyst et Paeuweter, datum XX[a] augusti.

R1270, fol. 367r
20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Dictus Lambertus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Laurencis ad spacium sex annorum Remigii confessoris proxime futuro sine medio sequentium quolibet dictorum annorum quatuor libras monete Remigi confessoris et pro primo solutionis a Remigii Confessoris proxime futuro ultra annum et adhuc in ultimo termino dictorum annorum vigintiquatuor peters, XVIII stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 367r
20 augustus 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus Laurencius premisse legitime supportavit Petro, filio Johannis Meliss., simul cum dictis litteris et iure.
Testes Brecht ex Millinc, datum XVI[ta] septembrisis.

R1270, fol. 367r
deze akte is onvolledig

Henricus dictus die Bye, filius quondam Gerardi, hereditarie vendidit Mathie, filio quondam Udonis de Tefelen, Judoco dicto Geriissoen et Ambrosio, filio quondam Theoderici Arntzss, ad opus cappelle Sancte Anne, site in Buscoducis, in vico Hynthamensi, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis libere tradendum ex pecia terre, quatuor virgatas terre paludialis in latitudine vel circiter continente, sita in parochia de Waelwyck, inter hereditatem heredum quondam Johannis Geritss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis, filii quondam Petri Wouterss., ex alio, tendente a fossato, dicto den Hoygrave, ad quendam aqueductum, dictum den Dweerssloet, toe, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto dimidio stufero census fundi, annuatim prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus Henricus supradictum censum sex florenorum Renensium redimere et acquitare poterit perpetue simul et semel cum

et mediante octuaginta aureis florenis Renensibus iusti ponderis, dictis gouden enckel Rijnsgulden, gerecht van gewichte, vel vero valorem eorundem in alia bona pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti decani hoc recognoverunt et consentierunt.

R1270, fol. 367v
20 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Wy Kuyst ende Paeuweter, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest Willem van Os ende heeft geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen brieve constitueert, sedt ende ordineert Roeloven van der Braken, zynen procureur ende facteur, gevende ende verlenende denselven volcomen macht ende zunderlinge bevele te manen, op te heffen ende tontfangene ende ofs noot weer met wegen van recht te vervolgen allen zyn chynsen, renten ende pachten, metgaders oick allen zyn sculden die men hem sculdich is oft werden sal, ende zyn gueden te regeren ende allet daer inne te doen, te procureren ende voirt te keeren dat die voirscreven Willem selver soude moigen doen oft hy present ende iegenwordich weere, met volcomen macht te substitueren enen procureur oft meer die deselve macht zullen hebben die de voirscreven Roelof heeft ende dese voirscreven macht ende procuratie nae den wederroepen des voirscreven Willems nyet langer duerende.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirscreven onse zegelen hier aen doen hangen, gegeven opten XX^{en} dach augusti.

R1270, fol. 367v
deze akte is onvolledig

Petrus Colen usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditario censu vigintiquinque librarum monete, quem Jordanus, filius quondam Johannis van Gael, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Reynero, filio quondam Boudewini, filii quondam Nycolai van den Water, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis traditurum ex pecia terre, dicta die Scollen, quatuor bonaria vel circiter continentes, sita in parochia de Scynle, ad locum dictum Aen den Borne, ad locum dictum Eilde, inter hereditatem Danielis et Theoderici, fratrum, liberorum quondam Henrici van den Broeck, ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, quem censum dictus Petrus erga Ghiselbertum, filium quondam Boudewini, filii quondam Boudewini dicti Claess., acquisierat prout in litteris, legitime supportavit magistro Nycolao, suo filio, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione quod idem magister Nycolaus in communi divisione imposterum post obitum dicti Petri, sui patris, fienda de bonis suis paternis et maternis importabit et importare tenebitur censum predictum, prout idem magister Nycolaus hoc palam recognovit et super omnia dicto Petro ad opus reliquorum liberorum eiusdem Petri repromisit.

R1270, fol. 367v-368r
25 augustus 1502
Iwan Kuyst en Arnt Pauweter

Bartram Henrick Bartramss. eenen wall metten houtwass dair op staende, gelegen in der prochien van Helvoert, tusschen erffenisse voirtyts Goessens van den Hezeacker, nu Peters, zoen wylen Gysberts Toelinc, aen deen zyde ende tusschen erffenisse des voirs. Bartrams aen dander zyde, streckende van der erffenisse der Tafelen van den Heiligen Geest van Helvoert

totten gemeynen waterlaet aldair, tsamen metten hoolen aen beyden zyden van den wall voirs., als hy seeghden, heeft hy wittelic ende erfelic vercoft den voirs. Peteren Toelinck van denselven erflic te hebbene ende te besittene, supportavit, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXV^{ta} augusti.

R1270, fol. 368r
25 augustus 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Petrus et Wolterus, fratres, liberi quondam Willelmi Engbertss. van den Yevelaer, ab eodem et quondam Mechtelde, eius uxore, pariter geniti, et Adrianus de Dyeperbeeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleide, sue uxoris, filie dictorum quondam Willelmi et Mechtelden, hereditarium censum quatuor aureum florenorum Renensium, XX^{ti} stuveros vel valorem pro quolibet computando, et quinque huiusmodi stuvers, solvendum hereditarie Jacobi Apostoli ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Gestell prope Eyndoviam, in loco dicto die Hell, inter hereditatem Everardi, filii Theoderici Michielss., ex uno et inter hereditatem Udemanni, filii quondam Willelmi de Gennep, ex alio, quem censum predictum magister Godefridus de Dommelen ad opus dicte Mechteldis, relicte quondam Willelmi Engberts, quoad eius usufructum et ad opus liberorum Mechteldis et quondam Willelmi predictorum quoad ius hereditarium erga Godefridum, filium quondam Egidii Zecker, filii quondam Godefridi, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Martino, filio quondam Johannis Martenss. de Gestel prope Eyndoviam, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte reliquorum liberorum dictorum quondam Willelmi et Mechteldis deponere.
Testes Bogaert et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 368r
25 augustus 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Judocus, filius quondam Petri de Helmont, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda se daturum et soluturum magistro Ghiselberto Hollander ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante occasione locationis undecim hont terre vel circiter dicti magistri Ghiselberti, sitorum in parochia de Maren, in loco dicto In de Overste Deelen, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 368r
25 augustus 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Otto dictus die Dorre, filius quondam Alardi die Dorre, promisit super omnia et habenda Johanni dicto Zuermont triginta unum florenorum Renenesium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia termino currente pro quolibet computando, ab Egidii proxime futuro ultra tres annos persolvendos.

Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 368r
deze akte is onvolledig (in de marge vacat*)*

Yda, filia quondam Nycolai dicti Vrients, relicta quondam Willelmi Wyten, cum suo tutore, quecumque sua bona mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi per et post mortem suorum parentum, videlicet patris et matris, iure successionis hereditarie advoluta sunt et que dicti Yda et Willelmus Wyten, eius maritus dum vixerat, constante eorum matrimonio.

R1270, fol. 368r
deze akte is onvolledig (in de marge vacat*)*

Yda, filia quondam Nycolai dicti Vrients, relicta quondam Willelmi Wyten, cum suo tutore, quecumque sua mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que dictus Willelmus Wyten constante matrimonio inter ipsam et eundem Willelmum acquisierat ac illa videlicet bona.

R1270, fol. 368r-368v
27 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Yda, filia quondam Nycolai dicti Vrients, relicta quondam Willelmi Wyten, cum tutore quecumque bona mobilia et immobilia, hereditaria atque parata que sibi per et post mortem suorum parentum, videlicet patris et matris, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt et ad ipsam quovismodo spectare possunt quocumque locorum consistentia, sita ac reperienda necnon totam partem et omne ius sibi quovismodo competentes in huiusmodi bonis ,tam hereditariis quam paratis, que dictus Willelmus Wyten constante matrimonio inter ipsam et eundem Willelmum acquisieratm seu in quibus quodem Willelmus decessit nullis demptis, ut dicebat, hereditarie supportavit Franconi et Aleidi, eius sorori, liberis Johannis Knoep, cum earum consanguineis simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XXVII[a] augusti.

R1270, fol. 368v
27 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iamsupra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Franco et Aleidis, eius soror, cum tutore, palam recognovit et indivisi super omnia et habenda dicte Yde, eorum matertare, repromiserunt quod ipsi iidem Franco et Aleydis ex causa hereditarie supportationis pretacte dictam Ydam quamdiu in humanis vivet bene et laudabiliter et iuxta exigentiam sui status de victu et amictu et de quibuscumque aliis suis humanis necessariis enutrient et eidem de premissis fideliter providebunt, hoc eidem salvo in casu quo iidem Franco et Aleidis in premissis, quod Deus avertat, defectuosi inventi fuerit et super quo defectu scabini in Buscoducis pro tempore per testimonium vicinorum eorum Franconis et Aleidis prius sufficienter fuissent informati, quicquid iidem scabini

desuper dictaverint hoc iidem Franco et Aleidis ratum, gratum atque firmum perpetue observabunt ac observabit eorum alter, omni dolo secluso.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 368v
27 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicta Aleidis cum tutore dedit dicto Franconi, suo fratri, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma, hoc tamen salvo quod idem Franco de suis levatis et receptis prefate Aleidi ad eius instanciam iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem prestabit et prestare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 368v-369r
27 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes[51] Balyart, filius quondam Bartholdi dicti Balyarts, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Huberti die Raet, hereditarie vendidit Johanni Dagens, filio quondam Gerardi Dagens, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem pro quolibet in pecunia pronunc valuatam computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenorum Renensem, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis, et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Barthelomei et in Buscoducis absque omni pecaria domini nostri ducis ceterisque oneribus libere tradendum de et ex quodam manso, dicti venditoris, dicto die Hoeve Teversche, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum die Cleyn Koeveringe, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, lignicrescentibus, mericis ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, prout et quemadmodum idem mansus cum suis attinentiis predictis ibidem in diversis peciis consistit, continens pariter quatuor et dimidiam motas terre vel circiter; item adhuc ex quodam prato eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem reliquam eiusdem venditoris ex uno et fine uno et inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Willelmi Rutten et hereditatem reliquam venditoris predicti, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, diversis personis ex premissis prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 369r

---

[51] *in de marge d.d. 16 oktober 1690:* Elysabeth ende Grietken, gesusteren, dochteren Peters van Berckel, soe voir hair selve als mede voir Catalijn, haere sustere, hebben bekent dat de weduwe meester Marten van der Haeghen ende Gielis Joesten dese chijns hebben afgelost. Actum 16 octobris 1690. J. van Dreisschoir.

27 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum et quinque consimilibus consimilibus *(sic)* florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 369r
29 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Willelmus, filius quondam Hermanni, filii quondam Johanni dicti Emmenss., promisit ut debitor principalis super omnia et habenda se daturum et soluturum Egidio, filio quondam Lodovici dicti Loyenss., ad spacium quatuor annorum Egidii Abbatis proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum dimidium modium siliginis mensure de Oisterwyc, Egidi Abbatis et pro primo solutionis termino ab Egidii proxime futuro ultra annum et in Oisterwyck traditum et deliberaturum et adhuc in ultimo termino dictorum quatuor annorum decem et octo peters, XVIII stuferis vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXIX^{a} augusti.

R1270, fol. 369r
30 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Barbara, filia quondam Petri dicti Arntss., relicta quondam Johannis dicti Ponthenyerssoen, cum tutore, usufructum ac totum ius sue vitalis possessionis sibi, ut dicebat, competentem in uno modio siliginis hereditarie pactione de hereditarie pactione quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Wolterus, filius quondam Wolteri dicti Ansemss., promiserat ut debitor principalis dicte Barbare ad opus sui et ad opus Johanne, filie Barbare et quondam Johannis Ponthenyers predictorum, quod ipse darent et solverent dicte Barbare quoadvixerit ipsa et post eius decessum dicte Johanne, sue filie, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradent et deliberaret ex domo, area et orto ac hereditatibus, tam arabilibus, pascualibus quam paludialibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Gestel prope Oisterwyck, ad locum dictum die Broeckzyde, inter communem aquam, die Aa vocatam, ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van der Beerthen, et quorundam aliorum ex alio, prout in litteris, legitime supportavit Gerardo, filio quondam Wolteri Colenss., tamquam marito et tutori legitimo dicte Johanne, sue uxoris, simul cum dictis litteris et iure occasione dicti unius modii siliginis, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum penultima augusti.

R1270, fol. 369r-v
30 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Johanne, sue uxoris, dictum unum modium siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportavit dicto Woltero, filio quondam Wolteri Ansemss. simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione dicti unius modii siliginis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte dicte Johanne, sue uxoris, deponere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum penultima augusti.

R1270, fol. 369v
30 augustus 1502
Goessen van den Hezeacker en Dirk van Hynden

Et poterit redimere dictus Gerardus dictum unum modium siliginis hereditarie pactione perpetue cum et mediante trigintaseptem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro vigintiquinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis, et quarta parte unius huiusmodi stuferi et aliam pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis, prout dictus Wolterus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit, hoc tamen salvo quod idem Gerardus huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato Woltero legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 369v
31 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Wolterus, filius quondam Godefridi dicti van den Berge, filii quondam Johannis van den Berge, pro se ac suis fratribus et sororibus quatuor maldra siliginis hereditarie pactionis recte mensure de Buedel hereditarie et perpetue singulis annis dando et solvendo Purificationis de et ex quodam manso, dicto Smedekens Hoeve, sito cum uno latere iuxta hereditatem seu pratum dicti quondam Johannis, dicte Asbroeck Beempt, et cum alio latere iuxta pratum Nycolai dicti van den Poel et Godefridi Menneus, dato quondam Gerardo, filio quondam Willelmi Bonartss., a dicto quondam Johanne van den Berge juniore pro dictis quatuor maldris siliginis, ut videbatur in litteris de Buedel contineri, hereditarie supportavit Andree, filio quondam Henrici van den Berge, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dictorum suorum fratrum et sororum necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Berge ac suorum heredum deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum ultima augusti.

R1270, fol. 369v
deze akte is onvolledig (in de marge vacat*)*

Johannes, filius quondam Arnoldi van der Hagen, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum scabinalium de Scynle desuper confectarum ac sibi a suis liberis, ab ipso et quondam Maria, sua uxore, filia quondam Johannis de Coelen, pariter genitis, concessarum, ut apparebat, hereditarie vendidit Jordano de Boert hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis

Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque incommodis libere tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, olim Aelberti van den Eynde, nunc vero dicti venditoris, tres maldratas terre vel circiter pariter continente, dictam communiter die Veerdonck, sitis in parochia de Scynle, ad locum, dictum Aent Elschoet, atque ex uno campo terre premissis adiacente, duo bonaria terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, ad locum Aent Elschoet, dictam communiter die Veerdonck, inter hereditatem heredum quondam Lamberti Roevers ex uno et inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici Scoemekers.

R1270, fol. 370r
31 augustus 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Arnoldi van der Hagen, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum scabinalium de Scynle desuper confectarum, de data vero in profesto beati Mathie Apostoli anni Domini millesimi quingentesimi primi~~,~~ sibique a suis liberis, ab ipso et quondam Maria, sua uxore, filia quondam Johannis de Coelen, pariter genitis, super hoc concessarum, ut apparebat, hereditarie vendidit Jordano de Boert hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque incommodis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres maldratas terre vel circiter pariter continente, atque ex quodam campo terre, premissis retro adiacente, duo bonaria terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum Aent Elschoet, dictam communiter die Veerdonck, olim Aelberti dicti van den Eynde, nunc vero dicti venditoris, inter hereditatem heredum quondam Lamberti Roevers ex uno et inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici Scoemekers, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda ac virtute potestatis sibi in dictis litteris, ut premittitur, attribute, warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad octo stuferos ascendentes, hereditaria paccione unius modii siliginis Johanni Pynappel, hereditaria paccione unius modii siliginis dicto Jordano de Boert, hereditaria paccione unius maldri siliginis Johanni dicto van der Heyden et hereditario censu sex libris communis pagamenti domino Johanni de Ouden, presbitero, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 370r
1 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Heilwigis,[52] relicta quondam Wolteri Janss., potens ad infrascripta, ut dicebat, cum tutore promisit ut debitor principalis michi ad opus Petri de Hedel, quod ipse dabit et solvet eidem Petro hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Egidii Abbatis et pro primo solutionis termino ab Egidii proxime futuro ultra annum ex pecia terre, dicta die

[52] *in de marge, d.d. 31 augustus:* dHeer Thomas van Roije, rectoir van den Groote Gasthuijs, heeft bekent dat Bartel Barthelomeuss., woonende tot Gestel bij Eijndhoven, heeft aen sijnen handen gelost ende gequeten den chijns, in desen contracte begrepen, blijckende bij sijne quitancie van der date 31 augusti 1645. Me Teste L.van Kessel.

Hoelacker, tres lopinatas terre vel circiter continente dicte Heilwigis, sita in parochia de Gestel prope Eyndoviam, inter hereditatem Elisabeth, filie quondam Wolteri Jans, ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Elisabeth Gerits ex alio, tendente ab hereditate Huberti Kuylmans ad hereditatem dicte Elisabeth, ut dicebat, promisit et cum ea Lambertus, euis filius, indivisi insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis undecim placcis Busciducensis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra in profesto beati Egidii Abbatis.

R1270, fol. 370r
1 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuferos vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Heilwigi et Lamberto, eius filio, repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 370r-v
1 september 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Walramus dictus de Erpe hereditarie vendidit Ottoni dicto Bollix, filio quondam Johannis dicti Bollix, hereditarium censum quatuor novorum aureum florenorum per archiducem Philippum noviter monetatorum, dictos nyewe Philippusgulden, XX^{ti} quinque stuferos vel valorem eorundam in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Lamberti Episcopi et Martiris et pro primo solutionis termino a Lamberti Episcopi et Martiris proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradendum ex campo terre arabilis, tres maldratas terre vel circiter continente, dicto Thys Camp, dicti venditoris, sito in parochia de Vechel, in loco dicto In de Heze, inter hereditatem Philip Hinckart ex utroque latere, tendente a communi platea ad hereditatem Daniel, filii quondam Arnoldi dicti Fykens, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis una et dimidia libris communis pagamenti hereditarii census et hereditaria paccione unius modii ordei mensure de Vechel, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat et satisfacere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum prima septembris.

R1270, fol. 370v
1 september 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquagintaduobus consimilibus novis aureis florenis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 370v
1 september 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Rutgerus dictus van den Stadeacker, filius quondam Johannis van den Stadeacker, promisit ut debitor principalis Nycolao, filio Hermanni Coenen Philipss., quod ipse dabit et solvet eidem Nycolao hereditarium censum unius floreni Renensi, XX^{ti} stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro eodem computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Marie et pro primo solutionis a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradet de et ex quodam prato dicti Rutgeri, unum et dimidium bonaria prati vel circiter continente, sito in parochia de Oirschot, in pastoria de Aerle, inter hereditatem Adriani dicti Smolners ex uno et inter hereditatem Theoderici dicti die Leghe ex alio, tendente a communitate, dicta die Veerdonck, ad quandam aliam communitatem, dictam die Groot Donck, ut dicebat ; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus stuferis census, dicti jairgelts, et hereditaria paccione unius modii siliginis mensure de Oirschot, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 370v
1 september 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censum anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Nycolaus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Rutgero repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 370v
1 september 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Hubertus, filius quondam Wolteri van den Doern, promisit super omnia et habenda michi ad opus Goeswini dicti van den Sloet viginti quatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet in pecunia pronunc valuata computando, et quindecim consimiles stuvers Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos occasione impactionis decime, dicte die Zellantsche thient, parochie de Alem, ut dicebat.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 370v – 371r
1 september 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Reymboldus, filius quondam Adriani Meliszoen, unum modium siliginis hereditarie pactionis mensure de Gestel, quem modium siliginis predictum Henrica, filia quondam Adriani Briennix, promiserat Anthonio, filio dicti Adriani Briennix, suo fratri, anno quolibet Purificationis dare et solvere, percipere et levare de et ex domo, orto et hereditatibus sibi adiacentibus ac omnibus suis attinentiis, sitis in parochia de Gestel prope Oisterwyck, cum uno latere ad hereditatem conventus Sancte Clare in Buscoducis et cum alio latere ad hereditatem Adriane, sorore dicte Henrice, premissis condivisam cum uno fine ad hereditatem conventus de Korssendonck et cum alio fine ad plateam, et quem unum modium siliginis

predictum dictus Anthonius, filius quondam Adriani Briennix, prefato Reymboldo hereditarie supportaverat et resignaverat, ut videbatur in litteris de Gestel propre Oisterwyck contineri, hereditarie supportavit Margarete, filie dicti quondam Adriani Briennix, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 371r
1 september 1502
Iwan Kuyst en Lambert Bogaert

Margareta, filia quondam Adriani, filii quondam Henrici Brieninx, begina Maiorum Curie Beginarum in Buscoducis, cum tutore, unum modium siliginis annue et hereditarie pactionis, quem unum modium siliginis predictus Willelmus, filius quondam Arnoldi Voss, promiserat ut debitor principalis daturum et soluturum dicto Adriano, filio quondam Henrici Brieninx, singulis annis hereditarie Purificationis de et ex pecia prati, sita in parochia de Gestel, inter hereditatem dicti Adriani Brieninx ex uno et inter hereditatem Hermanni Coenen ex alio, tendente ab hereditate Willelmi de Haren ad hereditatem Wolteri Borchmans, ut videbatur in litteris de Gestel prope Oisterwyc contineri, hereditarie supportavit Reymboldo, filio quondam Adriani Melissoen, simul cum dictis litteris et iure ac arrestadiis unius anni ultimo preteriti, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti quondam Adriani, sui patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 371r
5 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Johannes dictus Pels, filius quondam Ghiselberti Pels, hereditarie vendidit Johanni dicto Dagens, filio quondam Gerardi Dagens, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe Philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios seu pecuniam secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Marie et pro primo solutionis termino a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam manso dicti venditoris, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Hoelt, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditaria paccione dimidii modii siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Toelinc, datum quinta septembris.

R1270, fol. 371r
5 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Et poterit redimere perpetue cum quinquaginta octo consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidi anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 371r-v
5 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset, ut in ambobus contractibus immediate precedente, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Eufemia, filia naturalis dicti quondam Ghiselberti Pels, cum tutore, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni Pels, suo fratri, promisit quod ipsa Eufemia exnunc deinceps dictum censum perpetuis futuris temporibus dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni, suo fratri, ad et supra se et mansum suum pretactum ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Bogaert et Toelinc, datum quinta septembris.

R1270, fol. 370v
deze akte is onvolledig

Wy Hynden et Bogart, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden zyn geweest Claes Geritszoen, Jan Tyelmanssoen, Lucas die Bye ende Joriis van den Steen, als dekenen ten tyde der bruedersscappen oft gilden van den Heiligen Cruys ons heren Jesu Christi ende der heiliger vrouwen Sante Anna, fundeert bynnen der voirs. stad, in den convente van den mynderbruederen in eenre capellen aldair, seggende hoe dat der voirs. gulden oft bruedersscappen ende der fabryken van der capellen voirs. vele sculden tachter onbetaelt staen, die zoe van besetselen zoe ter cause van.

R1270, fol. 371v
6 september 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Wij Hynden ende Bogart, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden zyn geweest Claes Geritszoen, Jan Tyelmanss., Lucas die Bye ende Joriis van den Steen, als dekenen ten tyde der bruederscappen oft gulden van den Heiligen Cruys ons heren Jesu Christi ende der heiliger vrouwen Sint Anne, fundert bynnen der voirs. stad in den convente van den mynderbruederen, in eenre cappellen aldair, ende hebben in dien name geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen brieve constitueren, setten ende ordineren meester Geritden Janss., hoeren procureur, gevende ende verlenende denselven vrij ende volcomen macht ende sunderlinge bevele op te hefften, te boeren ende tontfangen metgaders oick ofs noot weer met wegen van recht te vervolgen allen die sculden, besetselen ende vervallen die men der voirs. bruederscappen oft fabriike der voirs. cappellen sculdich is ende derselve vervallen ende beset zyn, hoedanich die wesen moigen ende die oick noch vervallen zullen ende beset werden, ende dair inne te doen, te procureren ende voirt te keren allet geen ende zoe wes die voirs.

dekenen in den name als voir selven souden moigen doen oft zy present ende tegenwoirch weren, ende voirs. procuracie ende machte nae den wederroepen der dekenen voirs. nyet langer duerechtich hierinne voirsiene dat die voirs. meester Gerit van zynen ontfanck den voirs. dekenen tot hoeren versuecke altyt goede wittige rekeningen, bewys et reliqua doen sal ende sculdich wesen te doen sonder wederseggen.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen, gegeven VI^{ta} septembris.

R1270, fol. 372r
7 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes dictus Floren, dedit, contulit et concessit Johanni de Baecx ad opus sui et ad opus Reyneri Jan Daemss. ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris si opus sui assequendi omnes et singulos suos census, redditus, pactiones et credita sua quecumque que sibi debentur ac debebentur necnon causam et causas suas in iudicio prosequentur ac in omnibus et per omnia faciendi et ordinandi in premissis, prout iure dictavit ordo simul cum permissione, ratihabitione et relevatione, ut in forma.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum septima septembris.

R1270, fol. 372r
7 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Alsoe scepenen, gesworen kerckmeesters, Heilige Geestmeesters ende dat meestedeel van den nabueren ende ingesetene van Scynle, in den name van hen ende den gemeyne gebueren aldaer hadden vercoft Anthonyss. Claes Spierincxss. enen camp, zoe heylant zoe groesvelt, met tween stegen dairaen, te samen twee buenre oft dair omtrent begripende, gelegen in den prochien van Scynle, ter plaetse geheten Nuenvelt, metter eenre zyden ende metten eenen eynde neven erffenisse des voirs. Anthoniis ende metter andere zyden neven erffenisse Jans Keymp met meer andere, als in scepenenbrieven van Scynle dair op gemaect volcomentliker scheen begrepen te wesen, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven Gerit, zoen wilneer Gerits van Achelen ende heeft op allen alsulkenen eycken als staen in ende op tvoirs. lant ende dairtoe hy eenichsyns gerecht mach wesen ende opt alinge recht hem dairinne ende toe eenichsins competerende, vertegen tot behoeff jouffrouwe Sophien, weduwe wilneer des voirs. Anthoniis, helmelinge in manieren in dien gewoentlic, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 372r
7 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Theodericus dictus Noot, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, relicte quondam Henrici Loden, filii quondam Henrici, super domo lapidea et area cum omnibus suis attinentiis, sitis in Buscoducis, apud Forum, inter hereditatem olim Johannis dicti Berke ex uno et inter hereditatem olim Petri dicti Vrieze, pistoris, ex alio, tendente a dicto Foro ad aquam ibidem fluentem, simul cum ponte supra dictam aquam transeuntem, simul cum censibus ex eisdem dudum solvendis et de eisdem redemptionibus,

simul etiam cum omnibus conditionibus, ordinationibus et conventionibus factis et ordinatis de quibuscumque muris, viis et attinentiis premissorum, dudum supportatis dicto Henrico Loden, prout in litteris, atque super toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus Johannis, filii quondam Boudewini de Rysingen, hereditarie renunciavit et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, deponere.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 372r-v
7 september 1502
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Notum sit universis quod cum Lucas de Erpe domum, aream et ortum ac domum posteriorem cum suo fundo, sitos in Buscoducis, ad locum dictum den Hoigen Steenwech, inter hereditatem Katharine, relicte quondam Theoderici Ghyssels, et suorum liberorum ex uno et inter hereditatem Willelmi de Elsen ex alio, hodierna die hereditarie supportasset Johanni, filio quondam Boudewini dicti de Rysingen, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Theodericus dictus Noot, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, relicte quondam Henrici Loyen, palam recognovit et sub obligatione huiusmodi denariorum, leeuwen vocatorum, in quibus Johannes Kanapart occasione emptionis domus et aree cum suis attenentiis, sitis in Buscoducis, in vico, dicto dat Mortelstraetken, sibi et dicte Elisabeth, suo uxori legitime, obligatur atque super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Boudewini dicti de Rysingen, promisit quod ipse Theodericus quecumque arrestadia adhuc restantes atque de quibuscumque terminis preteritum cessa et adhuc cedenda infra hinc et festum Nativitatis Baptiste proxime futuro inclusivo ex causa censuum et redditum de et ex primodictis domo, area, orto ac domo posteriori e iure solvenda sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur quod dicto Johanni ad et supra se ac eiusdem domum, aream, ortum ac domum posteriorem pretactos dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Hynden et Toelinc, datum septima septembris.

R1270, fol. 372v
9 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Ghibo, filius quondam Gibonis dicti Floren, peciam terre, sextariatam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Andree, filii quondam Adriani de Esch, ex uno et fine uno inter hereditatem Johannis de Uden et inter hereditatem Marie, relicte quondam Wolteri Wouterss., ex alio, tendente cum fine reliquo ad communitatem seu communem plateam ibidem in ea quarta qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio Theoderici Wouterss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum IX[a] septembris.

R1270, fol. 372v
9 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Johannes promisit super omnia et habenda dicto Ghiboni vigintiquinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Pentecostes proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 372v
9 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Henrick, zoen wilneer Henricx geheiten Scryvers, smyt, heeft hem afgeseegt het staen in de gaerden, verworven by de mesmakers deser stadt, in de mercten van Antwerpen ende Bergen, omme dairmede nyet meer te scyeten oft te genyeten als aengaende denselven gaerden.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 372v – 373r
9 september 1502
Frans Toelinck en Arnt Pauweter

Fratres Bernardus de Delft, priester, et Gerardus Dircxs., procurator Domus Cellifratrum, dictorum Celbruederen, Regule Sancti Augustini, site in Buscoducis, ad locum dictum den Triniteyt, pro seipsis ac nomine dicte Domus ac fratrum eiusdem presentium et futurorum, medietatem domus, aree et orti, sitorum in Buscoducis, ad locum dictum Tryniteyt, inter hereditatem domini Mathie Ghysselinx, presbiteri, ex uno et inter hereditatem domini Mathie Donck, presbiteri, ex alio et fine uno, quam medietatem predictam magister Petrus de Os ad opus dictorum Cellifratrum, dictorum Celbruederen, erga Theodericum, filium quondam Arnoldi de Hoomoet alias dictus de Hynden, leydecker, maritum et tutorem legitimum Yde, sue uxoris, filie quondam Godescalci de Monte Sancte Geertrudis, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverat dicto domino Mathie Ghisselinx, presbitero, simul cum dictis litteris et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte Domus seu fratrem predictorum, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Domus ac fratrum eiusdem presentium et futurorum deponere, cum conditione consueta.
Testes Toelinc et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 373r
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Adam Roempot quatuor hont terre vel circiter, sita in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Opten Heeschen Roompot, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem cuiusdam, dicte Aecht Andries, ex alio; item adhuc unam maldratam terre vel circiter, sita in dicta parochia, ad locum dictum Bruggen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Ambrosii Janss. ex alio, quas quatuor hont terre et unam maldratam terre predictas dictus Adam erga Henricum Voet, filium quondam Willelmi, per iudicem mediante sententia scabinorum in Heze emendo acquisierat, ut videbatur in litteris de Heze contineri, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Petri dicti Coninx, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum X^{a} septembris.

R1270, fol. 373r
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Adam Roempot, filius quondam Ghiselberti, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex agro, dicto die Heyacker, XII lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Bruggen, inter communem plateam ex uno et inter communem stegam ex alio, quam pactionem dictus Adam erga Ambrosium, filium quondam Johannis Broess., emendo acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Henrico simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 373r-v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Nycolaus, filius quondam Egidii dicti Borchmans, et Johannes, filius dicti Nycolai, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Roveri dicti Goyens, et Johannes, filius quondam Jacobi Dircxss. van Loen, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Goeswini dicti van der Lairscot, pannicide, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Marie et in Buscoducis libere absque omnibus oneribus tradendam de et ex domo area et orto dicti Nycolai, sitis in parochia de Os, in platea Piperis, ibidem, inter hereditatem domini Arnoldi Marsmans, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Thome de Eyck ex alio, tendentibus a dicta platea ad hereditatem dicti domini Arnoldi; item ex duodecim vasatis terre vel circiter dicti Johannis, filii Nycolai, sitis in parochia predicta, in loco dicto In de Royen, inter Ghiselberti, filii quondam Constantini dicti Stanss Shoessen, ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Roveri Goyens, et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi stega ad hereditatem liberorum seu heredum quondam Mercelii de Goch; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, maldratam terre vel circiter continente dicti Johannis, filii quondam Jacobi Dircxss., sitis in dicta parochia, ad locum dictum Opt Amstel Eyndt, inter hereditatem heredum quondam Petri Loyen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Rutgeri, filii quondam Johannis Rutten, ad hereditatem Nycolai dicti Didden; item adhuc ex quodam campo terre paludialis eiusdem Johannis, filii quondam Jacobi, quatuor iugera et duo hont terre vel circiter continente, sito in parochia predicta, ad locum dictum die Byes Campen, inter hereditatem Johannis de Os Dircxss. ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii dicti quondam Jacobi Dircxss., ex alio, tendente ab hereditate Wolteri de Brede ad quandam communem stegam ibidem, ut dicebat, ab eodem promittens indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis novem denariis, stuvers communiter vocatis, atque tribus grossis antiquis ex domo, area et orto dicti Nycolai necnon hereditaria paccione unius modii siliginis ex domo, area, orto et hereditatibus dicti Johannis Jacopss. atque hereditaria paccione unius modii siliginis ex dicto campo eiusdem Johannis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum X^{a} septembris.

R1270, fol. 373v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterint redimere perpetue cum trigintaquatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacii unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alteri absque dolo.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 373v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicti Johannes, filius Nycolai Gielss., et Johannes Jacopss. palam recognoverunt super omnia et habenda indivisi dicto Nycolao promiserunt quod ipsi dictum censum exnunc deinceps dabunt et solvent, rediment et acquitabunt ac dare et solver redimere tenebuntur sic et taliter quod eidem Nycolao ad et supra se et hereditates suas pretactas ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 373v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Iidem Johannes, filius Nycolai, et Johannes Jacopss. palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt quod quivis eorum unam medietatem supradictam pactionis exnunc deinceps dabit et solvere redimet et acquitabit dareque et solvere et redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se et hereditates suas pretactas ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 373v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Henricus, filius quondam Petri Coninx, promisit super omnia et habenda Ade Roempot quinquaginta unum peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronuc valuata pro quolibet computando, Anthonii Abbatis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 373v – 374r
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Cornelius et Anthonius, fratres, necnon Agnes, eorum soror, liberi quondam Peter dicti van der Meer, Petrus et Heilwigis, eius soror, liberi quondam Johannis dicti Smeets, ab eodem quondam Johanne et quondam dicta Aeff, filia dicti quondam Petri van der Meer, pariter geniti, cum tutore peciam terre arabilis, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Gerardi dicti de Larhoven ex uno et fine uno et inter hereditatem Katharine dicte Colen, vidue, et eius liberorum ex alio,

tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Arnoldi dicti van den Venne in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, dederunt ad hereditarium pactum Ghiselberto, filio Theoderici dicti Bolants, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro uno denario, stuver vocato, prius annuatim exinde e iure in censu, dicto den wildertchyns, solvendo, ut dicebat, dando et solvendo ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto atque pro hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, dando et solvendo dictis Cornelio, Anthonio et Agneti pro tribus quartis partibus necnon dictis Petro et Heilwigi, eius sorori, pro una quarta parte ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradendum de et ex pecia terre predicta, promittentes indivisi super alia omnia et habenda warandiam pro premissis oneribus, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dictis Cornelio, Anthonio et Agneti pro tribus quartis partibus atque dictis Petro et Heilwigi, eius sorori, pro reliqua quarta parte duobus pactionem unius modii siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predicto ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 374r
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue videlicet integraliter vel mediatim et mediatim, scilicet dictam integram pactionem cum quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Cornelius, Anthonius, Agnes, Petrus et Heilwigis cum tutore hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Ghiselberto repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem Ghiselbertus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Cornelio, Anthonio, Agneti, Petro et Heilwigi aut eorum alteri legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 374r
deze akte is onvolledig

Petrus, filius quondam Arnoldi Buysen, pro seipso et pro Aleyde, Petronella et Yda, suis sororibus, Libertus, filius Anthonii Engbrechtss., Engbertus, filius dicti Engberti, atque Anthonius, eius frater, Martinus, filius Stephani van den Hobbelen, et Henricus dictus Smeets.

R1270, fol. 374r-v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Notum sit universis quod cum Margareta, filia Wolteri de Zittart, viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in alia pagamento pro quolibet computando, annue et vitalis pensionis, solvendi anno quolibet mediatim Petri Apostoli ad Vincula et mediatim Purificationis, erga opidum de Buscoducis emendo acquisivisset, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis plenius continetur, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Petrus, filius quondam Arnoldi Buysen, pro seipso et pro Aleyde, Petronella et Yda, suis sororibus, Libertus, Engbertus et Johannes, fratres, liberi quondam Anthonii Engbrechtss., Martinus, filius Stephani van den Hobbelen, et Henricus dictus Smeets, arrestadia quatuor annorum dicti Margarete de quatuor annis de dicta pensione restante et insoluta, ut dicebat,

legitime supportaverunt Mercelio de Kryekenbeeck simul cum dictis litteris et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte dicte Margarete deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa obligationem et impetitionem, videlicet dicti Petrus, Libertus, Engbertus et Johannes ac Martinus ex parte heredum dicte Margarete ex parte eius matris et dictus Henricus Smeets ex parte heredum eiusdem Margarete ex parte eius patris deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum X^{a} septembris.

R1270, fol. 374v
10 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dictus Mercelius promisit super omnia et habenda dicto Johanni, filio Anthonii, trigintaquatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem proquolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 374v
12 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinck

Wy Bogaert ende Toelinc, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen is geweest Dirck Hubertssoen van Engelen, seggende hoe dat hy alhier voir den onderscouthen ende scepenen deser stadt in den recht een sake hangende heeft tegen Jacoppen Hacken, welke sake die voirs. Dirck overmits sekere occupacien ende andere saken die hy met zynre comanscappen in de aenstaende merct van Antwerpen te doene heeft ende sal hebben, in zynen properen persoene nyet vuechelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft dairomme die voirs. Dirck geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen iegenwoirdigen brieve constitueert, sedt ende ordineert Mercelys van Kryekenbeeck, zynen procureur ende facteur, gevende ende verlenende derselven volcomen macht die voirs. zyn sake te verantwoirdene, te vervolgen ende in recht te verwaren ende generalic allet dair inne te doen ende voirts te keren dat die voirs. constituent selver zoude moigen doen ende voirt keren in dien hy present ende iegenwordich weer, gelovende dieselver constituent opte verbyntenisse van zynen gueden vast ende stedich te houden allet geen dat by den voirs. Marcelys., zynen procureur, hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden ende denselven van allen scade hem dair af comende te releveren.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XII^{en} dach in septembris.

R1270, fol. 374v
13 ~~s~~september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Martini Paeuwetersss., necnon Dympna et Arnolda, eius filie, promiserunt indivisi super omnia et habenda Martino, filio quondam Petri, filii dicti quondam Martini Paeuweters, decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in alia pagamento pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XIII^{a} septembris.

R1270, fol. 374v-375r

13 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Fratres Johannes de Peer, minister, et Theodericus, filius quondam Theoderici van der Poirten, coventuales conventus fratrum Bogardorum in Buscoducis de tercia regula Sancti Francisci, nomine eorum et dicti conventus ac quorumcumque coventualium eiusdem presentium et futurorum annuam et vitalem pensionem decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet huiusmodi floreni et tres grossos Brabantie vel valorem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendam annuatim ad vitam domini Ghiselberti van der Poirten, presbiteri, et dicti Theoderici, filii quondam Theoderici van der Poirten, mediatim Petri ad Vincula et mediatim Purificationis, quam pensionem predictam dicti dominus Ghiselbertus et Theodericus, filius quondam Theoderici van der Poirten, erga opidum de Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis plenius continetur, legitime supportaverunt michi ad opus Reynerii, filii quondam Johannis Daemss., simul cum dictis litteris et iure ac arrestadiis sex annorum, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus deponere. Testes Bogart et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 375r
13 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Dicti fratres ut iam supra totam partem et omne ius ad dictum conventum seu fratrem Theodericum predictum quovismodo spectantem in medietate cuiusdam mansi, siti in parochia de Rode Sancte Ode, atque in medietate iurium et attinentium eiusdem mansi singularum et universarum quocumque locorum consistentium, situm ac reperiendium, in illa scilicet medietatem mansi et attinentium ac iurium predictorum que dicto fratri Theoderico ac suis fratribus et sorori de morte alterius parentis, videlicet matris dicti quondam Theoderici van der Poirten senioris, eorum avie, iure successionis hereditarie seu alias advoluta est, et de quo manso reliqua medietas ad Giselbertam, filia Arnoldi Beys, ab eodem Arnoldo et quondam Theoderica, sua uxore, filia quondam Egidii van der Poirten, pronunc spectare dinoscitur, ut dicebat, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti Reyneri simul cum toto iure ipsis ac dicto conventui quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem presentium et futurorum deponere. Testes, datum supra.

R1270, fol. 375r-376r
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Robbrecht[53] van Grevenbroeck, als wittige man jouffrouwe Marie, zynre huysvrouwe, dochter wilneer Dircx van Haestrecht, ende dieselver jouffrou Maria metten voirs. Robbrechten, haren wittigen man, als met haren mombaere dairtoe van haer gecoren ende hair van den rechter nae gewoenten gegeven, tytlic heer ende vrouwe van Venloen opt Zant, een erffenisse met allen hoeren tymmeringen, huysinge ende cameren dair op staende, geheiten dat huys van Loen,

[53] *in de marge* A.

gelegen bynnen der stad van sHertogenbosch, in der straiten van dat men gaet van den Loefsbrugsken voirts totter bruggen toe, geheiten die Lombairtsche brugge, metter eenre zyden tusschen erffenisse der erfgenamen wilneer Roelofs die Bever ende metter andere zyden tusschen erffenisse Jacops van den Eynde, der erfgenamen wilneer Cornelis Coelborneer ende meer andere, streckende metten enen eynde van den water, geheiten die Dyeze, daer aen vloyende totter voirs. straten toe, metten anderen eynde gelyc ende in al der manieren die voirs erffenisse ende tymmeringen huyden des daigs aldair gelegen zyn ende die den voirs. Robbrechten ende jouffrouwe Marien nae inhoude den ouden brieven dair af wesende zyn toebehoerende; item noch hiertoe die chynsen hiernae volgende ende toebehoerende den huyse van Loen voirs., te wetene in den iersten sess ponden payments erfchyns die men den voirs. huyse jairlix vergeldende is, half op Korsmisse ende half op Sint Jansmisse, vuyten cameren voirtyts Goessenen den Scaelmeker, nu Henricken van Deventer toebehoerende; item thien ponden payments erfchyns die men den voirs. huyse jairlix gilt op Paeschen vuyten gueden, geheiten ter Aelsvoirt, gelegen tot Herpen, ende nu betaelt een geheiten Dirck die Smyt; item vier ponden payments erfchyns die welke die erfgenamen Dirck Henricxsoen bynnen der voirs. stad vergeldende zyn jairlycx den huyse voirs. op Paeschen; item twee ponden payments erfchyns dye men den voirs. huyse jairlix op Korsmisse gilt tot Vechel by den erfgenamen Willems die Lantmeter; item noch twe ponden payments erfchyns die men den voirs. huyse van Loon jairlycx gilt op Korsmisse vuyt enen huys ende erffenisse voirtyts Henricx Loekemans, gelegen bynnen der voirs. stadt, by Onsen Lieve Vrouwenpoirt; item twee ende een halff ende een vierendeel pond payments vuyten huyse, geheiten van Megen, dwelck Marten die Coerencoper jairlycx den huyse van Loen voirs. betaelt op Korsmisse; item een pont payments erfchyns dat men vergilt jairlycx op Lichtemisse den huyse voirs. vuyten erffenisse Jans Guldemont, gelegen tot Scynle; item noch een pont payments erfchyns dwelck vergeldende zyn die erfgenamen Gerits van Eyck op Lichtmisse ende noch veertich aude grooten die men den voirs. huyse vergeldende is jairlix op Bamisse vuyt sekeren erffenisse opte Dungen ende tot Berlykem gelegen, alse seeghden, hebben zy wittelic ende erflic vercoft Anthonysen Hinckart, van denselven Anthoniisen erflic te hebbene ende te besittene metgaders oick die voirs. erffenisse, tymmeringen ende chynsen denselven Anthonys opgedragen, tsamen met allen den brieven dair af mentie makende ende metten alingen recht hen dair inne eenichsins competerende, ende hebben helmelinge die overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Robbrecht ende jouffrouwe metten selven Robbrechten, haeren man, als met haeren mombaer voirs., onversceiden als sculdeners principael op hen ende allen hoir gueden die se nu hebben ende naemaels vercrigen zullen, dat zy den voirs. Anthonysen van den voirs. erffenisse, tymmeringe ende chynsen met heure toebehoerten sculdige ende gerechte zullen doen wairscap ende dat zy allen commer ende aentael in de voirs. erffenisse, tymmeringen metter toebehoirten ende chynsen wesende oft naemaels coemende den voirs. Anthonysen zullen afdoen gehelycken, vuytgenomen den grontschyns thien Rijnsgulden den convente van Sinte Geetruden bynnen der voirs. stad gelegen, twentich ponden payment Jannen Dachverlies ende vierendetwentich Rijnsgulden Martenen van Elmpt, vuyten huysinge ende erfenisse voirs. jairlix te vergeldene, alse seeghden, welke thien Rijnsgulden, twentich ponden ende vierendetwentich Rijnsgulden voirs. die voirs. Anthonis van dese tyt voirtane gelden ende betalen sall ende bysundere dieselve vierendetwentich Rijnsgulden lossen ende afquyten ende sculdich sal wesen te gelden ende te betalen ende dieselver XXIIII Rijnsgulden te lossen ende af te quyten alsoe dat den voirs. Robbrechten ende jouffrouwen Marien, zynre huysvrouwe, noch den bourgen ende geloeveren van denselven XXIIII Rijnsgulden dair af op hen noch op eenige van hen noch oic op hoir gueden egenen scade en come in eenigen toecomenden tyden, gelyc Anthoniis voirs. dat oepenbaerlic heeft bekent ende als sculder principael op hem ende allen zyn gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. Robbrechten ende jouffrou Marien

tot behoef henre ende der voirs. geloveren ende anderen dairtoe interest hebbende wederomme geloeft.
Testes Hynden et Kuyst, datum XIX[a] augusti.

R1270, fol. 376r
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Condt ende kenlic zy enenyegelycken alsoe Robbrecht van Grevenbroeck ende jouffrou Marie, zyn huysvrouwe, dochter wilneer Dircx van Haestrecht, heer ende vrouwe tot Venloen opt Zant, een erffenisse etc., ulterius ex iam dicto contractu fiat regulato usque ibi, welke thien Rijnsgulden twentich ponden etc. exclusive prout in litteris, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven Robbrecht van Malsen ende heeft geloeft ut debitor super omnia et habenda den voirs. Anthonysen in gevalle oft vuyten voirs. erffenisse, tymmeringen ende toebehoirten met wegen van recht bevonden worde meer te vergeldene dan den voirs. grontchyns ende die voirs. thien Rijnsgulden, twentich ponden ende XXIIII Rijnsgulden, oft dat dieselve erffenisse metten toebehoirten voirs. oft chynsen voirs. den voirs. Anthonysen met wegen van recht in heel oft in deel afgewonnen, oft dat die onderpanden van denselven chynsen wandoegende bevonden worden, ende dit all bynnen een spacie van drie jaeren naestcomende ende nyet vorder, dat in dien gevalle soe sal hy, Robbrecht van Malsen voirs., dat meer alsulkenen scade ende wandoegenscap dragen ende denselven Anthoniis. afdoen gehelycken, alle droch hier inne vuytgesceiden.
Testes, datum iam supra.

R1270, fol. 376r
15 september 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Henricus die Leeuwe, tamquam magister et rector seu conservator Domus Leprosorum, dicte ter Eyendonck, site extra portam Hynthamensis opidi de Buscoducis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis de Vladeracken, provisoris pro tempore Domus predicte, hereditarium censum quatuor librarum monete, quem censum Henricus, filius quondam Willelmi de Loon, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum confratribus et incolis Domus predicte anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini ex duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Cleyn Nuwelant, ad loco dicto Heze, inter hereditatem Essele dicte Hagens et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Aleidis, filie quondam Gibonis dicti Deos, et Johannis dicti Wouterss. ex alio, datis ad hereditarium censum dicto Henrico a Johanne de Goch, tamquam conservatore Domus predicte, atque Henrico dicto Verworren Heyn necnon Emondo de Gemart, filio naturali quondam Huberti de Gemert, confratribus ac incolis Domus eiusdem pro dicto censu et quibusdam aliis oneribus prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus conventus ad Aquas beate Marie Virginis et Brigitte Vidue, sitis in parochia de Roesmalen, simul cum dictis litteris et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus habitorum et habendorum ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Domus ac quorumcumque confratrum et incolarum eiusdem Domus presentium et futurorum deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XV[ta] septembris.

R1270, fol. 376r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Johannes, filius quondam Andree Arntss., peciam terre siliginee, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Roesmalen, in loco dicto In den Keersboom, inter hereditatem Domus Leprosorum, dicte ter Eyendonck, site extra pontam Hynthamensis opidi de Buscoducis, ex uno et fine uno et inter hereditatem domini Willelmi Watermaels, presbiteri, ex alio et fine reliquo, in ea quarte qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Henrico die Leeuwe, tamquam magistro ut supra, ad opus dicte.

R1270, fol. 376r
19 augustus 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Anthonis[54] Hinckart heeft geloeft super omnia et habenda Robbrechten van Malsen hondert ende negen ende tsestich Rijnsgulden, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ende viertien stuvers op Baptiste proxime futuro persolvendos, ende noch voir elcken penninc der voirs. penningen negentien dergelycke penningen als voir den jairchyns ten selven dagen te betalen.
Testes et datum ut in contractu A signato.

Dit is een dienstaantekening over het afhalen van de oorkonden, kan weg
~~Secundam augusti anno secundo domicella Marie, uxor dicti Robbrechti de Malsen in presentia omni mad. eirdo sertarum rcepit dictams litterarum debitale~~

R1270, fol. 376v
15 september 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Domus Leprosorum ab eadem promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XV^{ta} septembris.

R1270, fol. 376v
15 september 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Dictus Henricus die Leeuwe, tamquam magister et rector dicte Domus, promisit sub obligatione omnium bonorum eiusdem Domus, habitorum et habendorum, michi ad opus conventus beate Marie Virginis et Brigitte Vidue, dicti ten Caudenwater, siti in Roesmalen, triginta octo et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 376v
15 september 1502
Goessen van den Hezeacker en Jan van Vladeracken

Daniel, filius quondam Danielis dicti Geriis, et Nycolaus Bits Henricxs. promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmo Pyckevet trigintasex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorum pro quolibet computando, mediatim Purificationis et mediatim Philippus et Jacobi

[54] *onder de akte:* Iste contractus etiam est prius passatus et postea protocollatus.

Apostolorum proxime futuro persolvendos, occasione emptionis crescencie havene que hoc anno crevit in quodam campo, dicto Collarts Camp, sito in territorio de Megen, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 376v
15 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Willelmus, filius Johannis dicti Floren, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Nycolai dicti Heesters, Henrico, filio quondam Theoderici Berkelmans, et Mathie Janss., magistris pro tempore Mense Sancti Spiritus in Vucht, ad opus eiusdem Mense hereditarium censum novem librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continente dicti venditoris, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad mericam ibidem, inter hereditatem Yewani de Dommelen et hereditatem Lamberti, filii Petri Deckers, ex uno et inter hereditatem Johannis de Uden et Laurencii dicti Voss ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam communem stegam ibidem, ut dicebat ab eadem, promittens et cum eo dictus Johannes Floren, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor modiis siliginis hereditarie pactione necnon diversis censibus ad duos peters ascendente, diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum supra.

R1270, fol. 376v
15 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti magistri hoc palam recognoverunt et sub obligatione dicte mense dicto venditori repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni magistris pro tempore dicte Mense legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 376v-377r
15 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinc

Notum sit universis quod cum Hubertus, filius quondam Pauli dicti de Vessem, hereditarie vendidisset Anselmo, filio quondam Henrici dicti Ansemssoen, hereditariam paccionem quindecim lopinorum siliginis mensure de Oirle, solvendam hereditarie Purificationis et in Oirle tradendam de et ex agro terre, dicto den Grotenacker, sito in parochia de Wynterle, inter hereditatem liberorum Marie dicte de Bystervelt ex uno et fine uno et inter hereditatem Wolteri, fratris dicti Huberti, ex alio et reliquo fine; item ex pecia terre, dicta dat Aleyten Dael, sita ibidem, inter hereditatem dicti Wolteri, sui fratris, ex uno et inter hereditatem liberorum dicte Marie ex alio; item ex pecia terre, dicta den Hoff, sita ibidem, inter hereditatem Luytgardis, sororis dicti venditoris, ex uno et inter hereditatem Johannis de Spoerdonck ex alio, prout in litteris quarum data continet ultima die mensis junii anno Domini millesimo quadragesimo sexagesimo septo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis

magister Henricus, filius dicti quondam Anselmi, filii quondam Henrici Ansemss., tamquam proprietarius pro tempore dicte pactionis, palam recognovit et super omnia et habenda Anthonio, filio quondam Rutgeri Belarts, ad *(hierna ontbreekt* opus*)* Margarete, filie quondam Henrici Belarts, ac ad opus aliorum ad pratum infrascriptum, den Pouwels Beempt vocatum, interesse habentium, promisit quod ipse magister Henricus nec quecumque alia persona nomine suo aut imposterum ab eo potestatem habitura per se vel per alium seu alios supportate dictam pactionem nullo tempore futuro non petent, monebunt nec via iuris prosequentur seu prosequi permittent ex causa promissionis warandie aut alias quovismodo ad et supra quoddam pratum, dictum den Pouwels Beempt predictum, situm in parochia de Oirscot, in pastoria de Spoerdonck, inter quoddam aliud pratum, dictum Croyenbeempt, domicelli Werneri de Merode, ex uno et inter quoddam aliud pratum, dictum die Horst, heredum quondam Gerardi Voss., ex alio, tendentem ab hereditate Katharine, filie quondam Henrici van der Heiden et Sophie, relicte quondam Johannis van der Heiden et eius filie, ad communem plateam, ut dicebat.
Testes Bogaert et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 377r
16 september 1502
Lambert Bogaert en Frans Toelinc

Gerardus[55] Toelinck, filius quondam Ghiselberti Toelincx, campum terre, tria iugera vel circiter continente, situm in parochia Roesmalen, ad locum dictum Opten Roempot, inter hereditatem Johannis Willemss. cum certis aliis hereditatibus ex uno et inter hereditatem conventus de Porta Celi prope Buscumducis ex alio; item adhuc quendam campum terre, tria iugera vel circiter continente, situm ibidem, inter hereditatem heredum quondam Herberti Brants ex uno et Katharine van den Broick ex alio; item unum iuger terre vel circiter, dictum den Crommen Margen, ibidem, situm inter hereditatem conventus Sancte Geertrudis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Johannis die Smyt Henricxss. ex alio; item adhuc unum iuger terre vel circiter ibidem situm, inter hereditatem heredum Herberti Brants ex uno et inter hereditatem conventus Predicatorum in Buscoducis et Maiorum Hospitalis ibidem ex alio; item dimidium bonarium terre vel circiter, situm In den Hoigen Block, inter hereditatem Mechtildis, relicte quondam Ghiselberti Toelincx, et eius liberorum, ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Coel Wouterss. ex alio; item dimidium iuger terre, situm ibidem, inter hereditatem Johannis Andriess. ex alio et inter hereditatem Herberti Hals cum pluribus hereditatibus ex alio; item adhuc quartam partem unius bonarii terre, ibidem situm, inter hereditatem Johannis Andriess. ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Roesmalen ex alio, quas hereditates predictas Johannes van der Hellen, filius quondam Johannis van der Hellen, Ottoni de Bernheze ad opus dicti Gerardi Toelincx hereditarie vendiderat et supportaverat, ut videbatur in litteris de Heze continere, hereditarie supportavit Johanni de Baecx, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta conditione in dictis litteris contenta eadem que salva et reservata.

[55] *in de marge d.d. 22 augustus 1592*: De consensu et vigore appostille dominorum scabinorum in Buscoducis, posite in margine supplicationis domini et fratris Pauli Balensis, prioris conventus Cruciferorum in Buscoducis, hec presens littera secundario est ingrossata, ideo quod primaria littera per humiditatem erat corrupta et deteriorata. Qui dictus prior iuravit dictas litteras et hereditates inibi contentas pertinere ad dictum conventum, quod iuramento per Franciscum, Willelmum et magistrum Johannem, nostros clericos, est confirmatum, appostilla data erat heri et iuramentum prestitum est hodie, XXII augusti XV^{C} XCII.

Testes Bogaert et Toelinc, datum XVI^{ta} septembris.

R1270, fol. 377r-v
16 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Johannes, filius quondam Martini Paeuweter, hereditarium censum quatuor aureorum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem in alia pagamento pro quolibet computando, quem censum Godefridus van den Broeck, filius quondam Godefridi, promiserat ut debitor principalis dicto Johanni, filio quondam Martini Paeuweter, ad opus sui et ad opus Martini, sui filii, quod ipse daret et solvent dicto Johanni quoad vixerit in humanis et post eius decessum dicto Martino, si supravixerit, anno quolibet hereditarie mediatim Jacobi Apostoli et mediatim Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Essche, inter hereditatem Pauli van den Akeren ex utroque latere, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni et Bartholomee, eius sorori, liberi quondam Hermanni dicti die Mombare, ab eodem Hermanno et quondam Agnete, sua uxore, filia primodicti quondam Godefridi van den Broeck, pariter geniti, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et quondam Martini, sui filii, deponere.
Testes Bogaert et Paeuweter, datum XVI^{ta} septembris.

R1270, fol. 377v
16 september 1502
Lambert Bogaert en Arnt Pauweter

Jan ende Bartholomeeus, zyn suster *(aldus)*, wittige kynderen wilneer Hermans die Mombaer, enen camp lants, drie margen oft dair omtrent begripende, voirtyts den voirs. wilen Hermannen, hoeren vader, nu hen, alse seeghden, toebehoerende, gelegen in der prochien van Oyen, omtrent den slote aldair, streckende metten enen eynde aen de gemeyn straet zoe denselven camp aldair gelegen is, hebben zy verhuert in gerechter verhueringe Jannen, zoen wilneer Martens Paeuweter, van denselven Jannen zoe lange hy in der menschelicheit leven sall ende nyet langer te hebbene te besittene ende te gebruyckene voir ende omme die scouwen ende die bewaernisse van den dycken als dair op hyeren bynnen moigen comen ende van noode wesen dair toe onderhouden te wesen, gelovende die voirs. Jan ende Bartholomeeus, zyn suster *(aldus)*, op verbyntenisse van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, als dat zy den voirs. Jannen zyn leven geduerende dese voirs. verhueringe vast ende stedich zullen houden ende allen anderen commer ende aenspraeck in den voirs. camp hierenbynnen comende denselven Jannen afdoen gehelycken. Desen gesciet wesende, zoe heeft dieselver Jan wederomme geloeft super omnia et habenda den voirs. Jannen ende Bartholomeeuss, zynre suster *(aldus)*, als dat hy die voirs. scouwen van den dycken totten voirs. lant behoerende zyn leven geduerende bewaeren sal ende sculdich wesen oft te doen bewaeren alsoe dat den voirs. Jannen ende Bartholomeeuss, zynre suster *(aldus)*, op hen noch opten voirs. camp dair af egenen commer en come in ennigen toecomenden tyden.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 377v-378r
19 september 1502
Dirk van Hynden en Lambert Kuyst

Petrus, filius quondam Laurencii dicti Groyss., filii quondam Laurencii dicti Groyss., peciam pascue, dictam den Garshoss, sitam in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Karrichoven, inter communem aggerem ibidem ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Christiani dicti Emmen, et eius liberorum ex alio, quam peciam pascue predictam dictus Laurencius Groyss., filius quondam Laurencii Groyss., erga dominum Henricum Nycolai, confessorem sororum tercie regule Sancti Francisci Domus Sancte Agneti, site infra opidum de Gorinchem, ac sororem Johannam, filiam legitimam domini Johannis dicti Smeeds, presbiteri, sororem conventualis professam eiusdem Domus, Arnoldum, filium quondam Gerardi de Vucht, et Godescalcum, filium quondam Johannis Scellekens, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pecia pascue predicta dicto Petro mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita unacum certis aliis bonis in partem cesserat, ut videbatur in litteris de Oisterwyc continere, hereditarie supportavit Nycolao dicto Heyen, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Laurencii, sui patri, ac quorumcumque suorum heredum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XIX^{ta} septembris.

R1270, fol. 378r
19 september 1502
Jan van Vladeracken en Iwan Kuyst

Jan van der Berct ter eenrer ende Jan Keymp Goyartss. ter andere zyden op allen alsulkene questie ende gescillen, tusschen hen hangende oft opgeresen aengaende zeker wairscap die de voirs. Jan van der Berct van meyningen is te sueken opten gueden des voirs. Jans Keymp, gelegen tot Zonne, zoe zy seeghden, soe hebben hen die voirs. partyen des eendrechtelic compromitteert ende verbonden in eerbare mannen, dats te wetene die voirs. Jan van der Berct in Jannen van Vlierden ende Lenarden Verkemans, ende die voirs. Jan Keymp in Adriaenen Jan Plattynhouwerssoen ende Wouteren Claessoen van den Nuwenhuyse, als in mynlike arbiters ende hebben geloeft die voirs. partyen opten peen van vyfendetwentich Bourgoensche guldene voir die een helfte aen ons genedigten heer den eertshertoge ende voir die ander helft der partyen diet tseggen onderhouden zullen, appliceert te werdene ende verboirt van der ongehoirsamer partyen ratam servare et cum effectu adimplere totum id et quidque per dictos arbitros unanimiter infra octo dies proxime sequente de et super premissis pronunciatum seu arbitratum fuerit et premissis non contravenire.
Testes Vladeracken et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 378r
20 september 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Henricus dictus de Sprengel, filium quondam Henrici dicti de Sprengel alias des verwers, hereditarie vendidit Willelmo, filio Thome, filii quondam Willelmi de Broegel, ad opus eiusdem Thome, sui patris, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii Confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii Confessoris proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico Tinctorum, inter domum et aream reliquam eiusdem venditoris ex uno et inter hereditatem Thome Janss. van der Donck ex alio, tendentibus a dicto vico ad Dyesam ibidem retro fluentem, ut dicebat ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis vitali pensione quindecim florenorum Renensium

fratri Jacobo, fratri dicti venditoris, hereditario censu decem florenorum ac hereditario censu quinque et dimidii florenorum necnon hereditario censu quatuor librarum monete atque censu fundi, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Vladeracken et Bogaert, datum XX^{ta} septembris.

R1270, fol. 378r
20 september 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Et poterit redimere perpetue cum vigintiseptem consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Willelmus nomine dicti Thome, sui patris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 378v-379r
20 september 1502
Jan van Vladeracken en Lambert Bogaert

Notum sit universis quod cum Zacheus dictus die Roever, filius legitimus quondam domini Johannis die Roever, militis, armigeri, ac domicella Elisabeth, eius legitima conthoralis, filia quondam Udemanni dicti de Kerspe, incole ville de Dommelen, condens eorum testamentum ac eorum ultimam et extremam voluntatem, declarantem inter cetera inibi contenta dictus Zacheus de licencia et consensu dicte domicelle Elisabeth, sue uxoris, presentis et consentientis legasset et in puram elemosinam reliquisset Theoderico et Johanni, prolibus suis naturalibus, mediatim et equaliter mansum suum, situm in parochia de Zeelst, dictum vulgariter die Hoeven ten Eynde, unacum pratum, pascuis, terris arabilibus, mericis, lignicrescencitibus ac omnibus et singulis suis attinentiis ad eundem mansum quoquoque spectantibus, necnon pratum unum, dictum communiter Scrybroeck, situm in parochia in parochia *(sic)* de Blaerthem, per dictos Theodericum et Johannem post obitum tam Zachei, sui patris, quam domicelle Elisabeth predictorum amborum et non prius apprehendendum et hereditario iure possidendum, tali per eundem Zacheum de consensu ut supra adiecta conditione videlicet quod in casu quo aliquis ex Theoderico aut Johanne supradictis decesserit sine legitima prole una vel pluribus a se legitime procreate et post se una remanente, quod extunc et in illum eventum porcio dicti sic decedentis ex fratribus eisdem mansi et attinenciarum ac parti predictorum cederet et cedere deberet pleno et integre superstiti ex ipsis verum, et si ambo fratres supradicti sine huiusmodi prole decesserint per eosdem procreata et supernina remanente, quod extunc mansus et attinencie ac pratum huiusmodi cederent et cedere deberent proximioribus hereditatibus predicti Zachei tunc viventibus pleno iure, ut videbatur in quodam instrumento publico desuper confecto plenius contineri, et cum porcio dicti Theoderici qui diem vite sue clausit extremum absque prole vel prolibus huiusmodi post se relinquendis ad dictum Johannem, suum fratrem, devoluta esset, ut dicebat, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes et cum eo Johannes, eius filius legitimus, atque Johannes dictus Huygenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Cecilie, sue uxoris, filie legitime primodicti Johannis, filii naturalis dicti quondam Zachei, supradictum mansum et pratum simul cum omnibus suis iuribus et attinentiis, prout ibidem siti sunt, ad ipsos spectare dinoscitur et quidam Henricus, filius quondam Henrici dicti Nyeulaets, tamquam colonus, premissa ad presens sub sua habet et obtinet cultura, ut dicebat, legitime et hereditarie supportaverunt Willelmo, filio Thome, filii quondam Willelmi de Broegel, ad opus dicti Thome, sui patris, simul cum dicto instrumento ac quibuscumque litteris mentionem inde facientibus atque iure, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem

et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis videlicet, hereditaria paccione trium modiorum siliginis mensure de Zeelst cuidam Godefrido de Stryp, hereditaria paccione trium modiorum siliginis eiusdem mensure Johanni dicto Heymericxss., hereditaria pactione quindecim lopinorum siliginis eiusdem mensure Johanni de Turnout, hereditaria paccione unius modii siliginis eiusdem mensure fabrice ecclesie, investito eiusdem ecclesie et Mense Sancti Spiritus in Velthoven, pariter hereditaria paccione unius modii siliginis eiusdem mensure Jacobo Rutgerss., uno lopino bladi, dicti even, uno cumulo bladi eiusdem, dicti sleycken loepen, uno lopino siliginis et uno cumulo siliginis, dicti sleyck loepen, capitulo Oirscottensis, necnon diversis censibus fundi ad decem stuferos vel circiter ascendentes, diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Vladeracken et Bogaert, datum XX^{ta} septembris.

R1270, fol. 379r
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Johannes, filius quondam Lamberti Meliss., hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Theoderici de Herssel, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscodis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Hees, ad locum dictum Op Cruysbergen, inter hereditatem conventus Carthusiensis in Vucht cum pluribus aliis ex uno et inter communitatem ex alio et ab hereditate dicti conventus ad hereditatem abbatis Bernensis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem alias deponere, excepto duabus blanccis census fundi annuatim prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXII^{da} septembris.

R1270, fol. 379r
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Et poterit redimere ad spacium duorum annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequentium semper dicto spacio durante cum et mediante sedecim florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 379r-v
deze akte is niet gepasseerd (in de marge vacat hic*)*

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Johannis Dircxss., duos modios siliginis mensure de Westelbeerze hereditarie paccionis de hereditarie paccione sex modiorum siliginis dicte mensure, de hereditaria pactione septem modiorum siliginis, quam pactionem ultimodictam Johannes, filius quondam Dionisii dicti Nys Pouwelssoen, promiserat se daturum et soluturum meditim Agneti, relicte quondam Johannis Dircxss., quoadvixerit ipsa et mediatim Johanni Christiano et Petro, suis liberis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Westelbeerze traditurum ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim mericalibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Westelbeerze, in tribunali de Beeck, inter

hereditatem Wolteri van der Langenryt ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Jan Dircxss. et eiusdem Wolteri van der Langenryt ex alio; item ex medietate pecie prati, dicti die Espe, site in parochia et tribunali de *(sic)* predictis, ad locum dictum int Goer, inter hereditatem Theoderici Pouwelss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Heilwigis, filie quondam Johannis Dircxss., ex alio; insuper ex particulam terre, sitam ibidem, ad locum dictum die Bocht, inter hereditatem Gerardi Swevers ex uno et inter hereditatem Theoderici Jan Dircxss. ex alio; insuper ex pecia terre, dicta die Hoeve, sita ibidem, ad locum dictum in die Brake, inter hereditatem dicti quondam Theoderici ex utroque latere; insuper ex pecia terre, partim arabilis et partim mericalis, sita ibidem, ad locum dictum die Brake, inter hereditatem liberorum dicti quondam Theoderici ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Jacobi Henricxss., hereditarie supportasset Gerardo, filio quondam Johannis van den Doren, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus, filius quondam Johannis Dircxss., adhuc unum modium siliginis hereditarie paccionis de dicta pactione sex modiorum siliginis hereditarie supportaverunt dicto Gerardo, filio quondam Johannis van den Doren, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, quondam Christiani, sui fratris, ac suorum heredum deponere.

R1270, fol. 379v
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Arnoldus, filius quondam Goeswini dicti Reynerss., et Petrus, filius quondam Petri dicti Comanss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Woltero dicto Bycken Lambrechss. triginta tres florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Lamberti episcopi et martiris proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXII^{da} septembris.

R1270, fol. 379v
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Arnoldus, filius quondam Danielis dicti Faess., medietatem cuiusdam campi, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, olim ad quondam dominum Danielem de Molendino, nunc vero ad ipsum spectantem, siti in parochia de Kessel, in loco dicto int Stroobroick, inter hereditatem Theoderici de Berse ex uno et inter hereditatem heredum quondam Egidii dicti Colve et quorundam aliorum ex alio, quam medietatem predictam dictus dominus Daniel de Molendino erga Willelmum et Wolterum, fratres, liberos quondam Wolteri dicti van den Poel, atque Ambrosium, filium Johannis dicti Broess., maritum et tutorem legitimum Elisabet, sue uxoris, filie dicti quondam Wolteri, emendo acquisierat, prout in litteris, et que medietas predicta dictus dominus Daniel in suo testamento in cetera inibi contenta prefato Danieli Faess. legaverat, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris et instrumento et iure occasione, promittens et cum eo Gerardus, filius quondam Arnoldi Geritz., et Petrus dictus Faessen indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dicti quondam Danielis ac dicti quondam domini Danielis de Molendino ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 379v
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Johannes, filius naturalis quondam Willelmi de Esch, dedit domino Henrico de Esch ad opus sui et ad opus Jasparis, sui filii, potestatem monendi usque ad revocationem, simul cum potestate substituendi, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 379v-380r
22 september 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Danielis, filii quondam Servacii, filii quondam Johannis Sophie, pecia terre, unum iuger terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, in loco dicto In den Vrede, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Johannis dicti Arntss., ex uno et inter hereditatem Gibonis dicti de Loen ex alio, tendente a fossato, dicto den Verrengrave, ad hereditatem Willelmi de Lent, filii quondam Willelmi de Lent, fossato dicto den Nuwengrave interiacente simul cum eodem fossato iamdicto, dudum vendito Lamberto de Doernen, filio Chistiani, ad opus dicti Servacii, filii quondam Johannis Sophie, a dicto Willelmo de Lent, filio quondam Willelmi; insuper duo iugera terre de quatuor iugeribus terre vel circiter, sita in parochia de Geffen, ad locum dictum In die Geffensche Vrede, inter hereditatem domini Danieli van der Moelen, presbiteri, et Johannis Ysvoegel ex uno et inter hereditatem Johannis Zeynss. ex alio, que quatuor iugera terre iamdicta Johannes, filius quondam Rycoldi Vullenss., erga domicellam Heilwigem Oedevars, abbatissam, domicellam Paulam, filiam quondam Amelrici Janss., priorissam, Elisabet Bacx et Elisabeth, relictam quondam Henrici de Loon, conventuales conventus sanctarum Marie Virginis et Brigitte Vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, emendo acquisierat, prout in diversis litteris, illa videlicet duo iugera terre predicta que sunt posteriora et sita sunt ibidem, in loco dicto After in den Vrede, et que dicto Danieli, suo patri, mediante quadam divisione hereditaria inter eundem Danielem et suos coheredes dudum habita in partem cesserant, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro, filio dicti quondam Servacii Sophien, suo avunculo, et Gerardo, filio quondam Arnoldi Geritss., simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda et habenda *(sic)* ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Danielis, sui patris, ac dicti Servacii, sui avunculi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 380r
22 september 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Danielis, filii quondam Servacii Janssoen, ab eodem et quondam Johanna, sua uxoris, filia quondam Waltgeri, filii quondam Arnoldi de Tuyl, pariter genitus, peciam terre arabilis, sitam in parochia de Geffen, ad locum dictum die Vlynt, inter hereditatem Johannis, filii quondam Rodolphi de Tuyl, ex uno et inter communem viam ex alio, quam peciam terre Jacobus, filius dicti quondam Arnoldi de Tuyl, erga Willelmum de Geldrop, filium quondam Philippi, maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, filie quondam Jacobi, filii quondam Johannis Arntss., emendo acquisierat; item peciam terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Geffen, ad locum dictum After

den Elshoff, inter hereditatem heredum quondam Theoderici Kepken ex utroque latere et uno fine; insuper peciam terre, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Opten Tommelart *(?)*, inter hereditatem ecclesie de Geffen ex uno et inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Jacobi Willemss., ex alio, quas duas pecias terre iamdictas dictus Daniel, filius quondam Servacii Janss., erga Johannem Kepken, filium quondam Johannis, et Franconem, filium quondam Nycolai, post tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Pontheneri Kepken, filii quondam Johannis Kepken, emendo acquisierant, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Petro, filio dicti quondam Servacii, suo avunculo, atque Gerardo, filio quondam Arnoldi Geritss., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui necnon ex parte dictorum quondam Jacobi atque Danielis ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 380r
22 september 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Danielis, filii quondam Servacii Janss., ab eodem et quondam Johanna, sua uxore, filia quondam Wautgeri dicti Weltken, filii quondam Arnoldi dicti Tuylkens, pariter genitus, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex duabus terciis partibus cuiusdam pecie terre arabilis, olim Arnoldi dicti Mertens, site in parochia de Geffen, ad locum dictum die Wynd, inter hereditatem heredum quondam Jacobi, filii quondam Johannis dicti Arntss., ex uno, tendente ulterius circumquaque ad viam, dictam den Usserenwech; item adhuc ex duabus terciis partibus pecie terre arabilis, site ibidem, inter dictam viam, den Usserenwech vocatam, ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Tuylkens ex alio, quam pactionem predictam dictus Wautgerus dictus Weltken erga Arnoldum et Ydam, eius sororem, liberos quondam Arnoldi dicti Martens, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dictis Petro et Gerardo simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Wautgeri ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 380r-380v
22 september 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Gerardus, filius quondam Jacobi dicti Berwoutss., Egidius, filius quondam Johannis dicti Houbrakens, et Gerardus, filius Gerardi dicti die Vrieze, promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico, filio quondam Theoderici de Os, quinque et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon quinque consimiles stuvers ad festum beati Remigii Confessoris proxime futuro ultra annum si et inquantum idem magister Henricus protunc in humanis vixerit et alias non persolvendos.
Testes Kuyst et Toelinc, datum XXII^{a} septembris.

R1270, fol. 380v
22 september 1502
Iwan Kuyst en Frans Toelinck

Arnoldus, filius quondam Danielis Faessen, dimidium modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quem dimidium modium siliginis predictum Wynrich dictus Wyntken, filius quondam Martini Peterss., olim dicto Danieli solvere consueverat, nunc vero dicto Arnoldo solvere tenetur annuatim et hereditarie Purifacationis de et ex quodam campo terre arabilis, sito in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Den Bosch, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Petro Faess., suo avunculo, atque Gerardo, filio quondam Arnoldi Geritss., simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Danielis, sui patris, et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 380v-381r
22 september 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Petrus, filius quondam Servacii dicti Faes Janss., et Gerardus, filius quondam Arnoldi Geritss., hereditarie vendiderunt domino Henrico Matheeuss. de Zoemeren, beneficiato in ecclesia Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Michaelis archangeli et pro primo solutionis a Michaelis archangeli proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus tradendum de et ex tribus iugeribus terre vel circiter, ad dictos venditores pariter spectante, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum After in den Vrede, inter hereditatem heredum quondam Jacobi Haertscheens ex uno et inter hereditatem Symonis, filii quondam Petri Arntss., ex alio, tendente a quodam fossato, den Verrengrave, ad quoddam aliud fossatum, dictum den Aftersten Vredegrave; item ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, etiam ad ipsos pariter spectante, sita in dicta parochia, ad locum dictum Aen de Vlynt, inter hereditatem Wautgeri dicti Weltken Jacopss. ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Rodolphi dicti Ponthenyerss., ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti In den Elshoff ad communem plateam; item ex pecia terre, sextariata terre vel circiter continente, etiam ad ipsos pariter spectante, sita in eadem parochia, ad locum dictum After den Elshoff, inter hereditatem Petri de Vladeracken, domini temporalis de Geffen, ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis dicti Bloymans ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Lamberti Mannarts, quas hereditates predictas dicti Petrus et Gerardus, venditores, erga Arnoldum, filium quondam Daniel Faess., hodierna die acquisierat, iuxta continentiam litterarum de Buscoducis desuper confectarum; item adhuc ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter pariter continente, dicti Petri, filii quondam Servacii, sitis in parochia predicta, in loco dicto Int Elst, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Weyndelmoedis, filie quondam Nycolai Gheenen, ex alio, tendente ab hereditate Ghiselberti Toelinc ad hereditatem Johannis Rycoutss., ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor et dimidio vasatis siliginis, prius annuatim ex dictis domo, area et hereditatibus e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt simul unapariter, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum Renensium cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Henricus, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per

spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, cum condicione etiam consueta.
Testes Hynden et Bogaert, datum supra.

R1270, fol. 381r
22 september 1502
Dirk van Hynden en Lambert Bogaert

Iamdicti venditores, videlicet Petrus et Gerardus, hereditarie vendiderunt domino Henrico Matheeuss. de Zoemeren et Nycolao Hoyberchz., beneficiatus in ecclesia Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis domini Henrici van den Loo, presbiteri, ad opus executionis eiusdem testamenti, hereditarium censum duorum consimilium florenorum Renensium, solvendum hereditarie termino solutionis predicto et in Buscoducis ut supra tradendum de et ex premissis in contractum immediate precedente narratis, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis ut supra, et satisfacere, tali annexa condicione quod iidem venditores dictum censum redimere poterunt simul unapariter, quemlibet videlicet florenorum cum quindecim consimilibus florenis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti executores hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium dictis venditoribus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis executoribus legitime preintimabunt, cum condictione etiam consueta.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 381r-v
22 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Petrus, filius quondam Johannis Dircxsoen, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione sex modiorum siliginis de hereditaria pactione septem modiorum siliginis, quam pactionem ultimodictam Johannes, filius quondam Dionisii dicti Nys Pauwelss., promiserat se daturum et soluturum medietim Agneti, relicte quondam Johannis Dircxss., quoad vixerit ipsa et mediatim Johanni, Christiano et Petro, suis liberis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Westilberze trad ituram ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim mericalibus, sibi adiacentibus, sitis in parochia de Westelberze, in tribunali de Beeck, inter hereditatem Wolteri van der Langenryt ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Jan Dircxss. et eiusdem Wolteri van der Langenryt ex alio; item ex medietate pecie prati, dicti die Espe, siti in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum Int Goer, inter hereditatem Theoderici Pouwelss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Heilwigis, filie quondam Johannis Dircxsoen, ex alio; insuper ex particula terre, sita ibidem, ad locum dictum die Bocht, inter hereditatem Gerardi Swevers ex uno et inter hereditatem Theoderici Jan Dircxss. ex alio; insuper ex pecia terre, dicta die Hoeve, sita ibidem, ad locum dictum In die Brake, inter hereditatem dicti quondam Theoderici ex utroque latere; insuper ex pecia terre, partim arabilis et partim mericalis, sita ibidem, ad locum dictum die Brake, inter hereditatem liberorum dicti quondam Theoderici ex uno et inter hereditatem Elisabeth quondam Jacobi Henricxss. ex alio, quos domum, aream, ortum, hereditates atque pecias terre predictas dictus Johannes, filius quondam Dionisii dicti Nys Pouwelss., erga Johannem, Christianum et Petrum, fratres, liberos dicte quondam Agnete, relicte quondam Johannis Dircxs., pro dicta pactione septem modiorum siliginis et quampluribus aliis oneribus ad pactum acquisierat, et de qua pactione sex modiorum siliginis

idem Christianus medietatem que ad dictum Johannem, suum fratrem, in eadem pactione sex modiorum siliginis spectabat erga eundem Johanni acquisierat, et que medietatas dicto Petro per et post mortem eiusdem quondam Chistiani, sui fratris, iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Johannis van den Doren, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti quondam Christiani, sui fratri, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXII^{da} septembris.

R1270, fol. 381v
24 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Adam, filius quondam Ade dicti Damensoen, necnon Johannes et Emondus, eius liberi, pro seipsis et Adam, eorum frater, palam recognoverunt se recepisse a Johanne, filio quondam Wolteri dicte van der Vondervoirt, quatuor et dimidium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon quinque consimiles stuvers et hoc in acquitationem et redemptionem huiusmodi unius sextarii siliginis quem olim Willelmus dictus Lambertss. solvere consueverat et pronunc dictus Johannes, filius quondam Wolteri van der Vondervoirt, solvere tenetur primodicto Ade anno quolibet Purificationis ex certis eorum hereditatibus, clamantes igitur dicti Adam, Johannes et Emondus prefatum Johannem, filium quondam Wolteri, et eius bona ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes, promittentes indivisi super omnia et habenda eundem Johannem, filium quondam Wolteri, et eius bona et quoscumque alios nomine suo de dicto uno sextario siliginis atque ab ulteriori solutione eiusdem sextarii atque ab omnibus dampnis eiusdem ea occasione quovismodo eventuris quitabunt, relevabunt et penitus indempnem observabunt.
Testes Hynden et Kuyst, datum XXIIII^{ta} septembris.

R1270, fol. 381v
24 september 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hynden

Willelmus et Matheus, fratres, liberi Johannis dicti die Quade, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Orthen, ad locum dictum Op die Orthenschedonck, inter hereditatem fabrice ecclesie de Orthen ex uno et inter hereditatem Anthonie, relicte quondam Theoderici Goyarts, et eius liberorum ex uno, tendentem a quodam aqueductu, dicto die Gemeyn Weteringe, ad hereditatem Anthonii dicti Boest; item adhuc unum iuger terre vel circiter, situm ibidem, inter hereditatem Johanne, relicte quondam Mercelii Henricxss., et eius liberorum ex utroque latere, tendente ab dicto aqueductu ad hereditatem dicti Anthonii, ut dicebat, hereditarie vendidit dicte Anthone, relicte quondam Theoderici Goyartss., ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto censu capituli in Buscoducis si quem idem capitulem exinde habere solvendo, ut dicebat.
Testes Vladeracken et Hynden, datum supra.

R1270, fol. 381v-382r
24 september 1502
Jan van Vladeracken en Dirk van Hynden

Dicti Willelmus et Matheus, fratres, liberi Johannis dicti die Quade, ab eodem Johanne et quondam Mathea, sua uxore, filia quondam Hermanni de Buttel, filii quondam Mathei de Buttel, et quondam Elisabeth, sue uxoris, geniti, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Pentecostes ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Putstraet, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis dicti van der Ameyden, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem olim domini Theoderici Venbosch, presbiteri, ex alio, quem censum predictum supradicta Elisabeth, relicta dicti quondam Mathei de Buttel, erga Lambertum dictum Colen, filium quondam Henrici dicti Colen, maritum et tutorem legitimum Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Johannis Perman, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto Coelborneer, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dicte quondam Elisabeth ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 382r
26 september 1502
Goessen van de Hezeacker en Iwan Kuyst

Arnolda, filia naturalis domini Godefridi dicti van den Velde, presbiteri, dedit Petro de Gouburdingen potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum XXVI^{ta} septembris.

R1270, fol. 382r
26 september 1502
Goessen van de Hezeacker en Iwan Kuyst

Henricus, filius quondam Johannis Collarts, hereditarie vendidit Hermanno Collart Peterss. hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque oneribus libere tradendam de et ex domo, area et orto atque quatuor peciis ac campo terre pascualis, sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Berchen, in loco dicto In de Vierhoeven, inter hereditatem Robberti Andriess., sartoris, ex uno et inter hereditatem Weyndelmoedis, relicte quondam Johannis Henricxss., et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam stegulam, dictam Arnt Grotarts Steeghken, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis septem stuferis Mense Sancti Spiritus in Os, hereditario censu unius floreni Renensis Henrico dicto Zeberts atque vitali pensione duorum florenorum Renensium ad vitam cuiusdam, dicte Jutken sRoyen, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hezeacker et Kuyst, datum supra.

R1270, fol. 382r
27 september 1502
Goessen van de Hezeacker en Dirk van Hynden

Gerardus de Heessel, receptor pro tempore opidi Graviensis ac patrie Kuyckensis, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum scabinalium de Gravia desuper confectarum sibique a Michaele Baerss. et Willelmo de Vlodorp super hoc concessarum, quarum data continet anno Domini millesimo quingentesimo secundo vicesima die mensis aprilis, ut apparebat,

hereditarium censum quinque aureorum florenorum, XX^{ti} stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie in pecunia iam valuata Nativitatis Domini ex campo terre, octo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Megen, ad locum dictum Aen den Ham, inter hereditatem Gerardi de Maneren ex utroque latere, quem censum predictum Johanna, filia naturalis quondam Johannis de Craendonck, begina, erga Gerardum, filium Alardi de Middelborch alias dictus Merceliss., emendo acquiserat prout in litteris, et qui census dictis Michaeli et Willelmo per et post mortem dicte quondam Johanne iure successione hereditarie advolutus fuerat, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Johannis, filius quondam Johannis dicti Celen alias Cremers, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Johanne ac suorum heredum deponere.
Testes Hezeacker et Hynden, datum XXVII^{a} septembris.

R1270, fol. 382r-382v
27 september 1502
Goessen van de Hezeacker en Jan van Vladeracken

Johannes, filius quondam Arnoldi de Vladeracken, hereditarium censum duorum et dimidi aureorum florenorum Renensium, enckel coervorstergulden communiter vocatorum, vel veri valorum eorundem in alia bona pecunia, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Hynthamerstraet, inter hereditatem Arnoldi die Greve ex uno et inter hereditatem Henrici die Cremer alias die Huedemeker dicti ex alio; insuper ex domo, area et orto, dimidium bonarium terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis ex uno et inter communem plateam ex alio, quem censum dictus Johannes erga Gerardum, filium quondam Arnoldi de Vladeracken, suum fratrem, tamquam maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie quondam Willelmi Andriessoen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Petro de Bladel, filio quondam Johannis de Moll, presbitero, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Hezeacker et Vladeracken, datum XXVII^{a} septembris.

R1270, fol. 382v
28 september 1502
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Gerardus, filius quondam Geerlaci dicti van den Borne, promisit ut debitor principalis Martino, filio quondam Henrici Theeuss. van Bakelair, quod ipse dabet et solvet eidem Martino hereditarium censum duarum librarum monete hereditarie Mathei apostoli et in Buscoducis libere tradendum ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter hereditatem Willelmi de Vessem ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Wolteri Goyartszoen, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria paccione unius maldri siliginis mensure de Rode, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXVIII^{a} septembris.

R1270, fol. 382v
28 september 1502

Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Et poterit redimere post obitum dicti Martini et Elisabeth, sue uxoris, amborum, non prius sed semper depost dum sibi placuerit cum decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Martinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1270, fol. 382v
deze akte is niet gepasseerd (in de marge: vacat*)*

Johannes, filius quondam Willelmi van Vorstenbosch, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Henrici dicti van der Cuylen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Scynle tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter pariter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Scynle, ad locum dictum Aent Elschot, inter hereditatem Willelmi Keelbreker Jacopss. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Bogart cum quibusdam aliis ex alio, tendentibus alias ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu duarum librarum monete, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.

R1270, fol. 382v
deze akte is niet gepasseerd (in de marge: vacat*)*

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.

R1270, fol. 382v-383r
28 september 1502
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Johannes, filius naturalis quondam Johannis Balyarts Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Johannis Reymbrants, ab eodem et quondam Hillegonde, sua uxoris, filia quondam Henrici, filii quondam Ludevici dicti Corstiaenssoen de Zeelst, pariter genite, medietatem pecie terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, site in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Groot Nuwelant, inter hereditatem quondam Arkenradis de Loen, de hinc vero Henrici de Erpe, ex uno et inter hereditatem Johannis die Bruyn ex alio, que medietas pecie terre predicta dicte Hillegondi, filie dicti quondam Henrici Key relicteque dicti quondam Johannis Reymbrants, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes dudum habita, unacum pactionibus quibusdam in partem cesserat, prout in litteris divisionum, de qua quidem pecia terre predicta reliqua medietas ad fabricam ecclesie de Nuwelant pronunc spectare dinoscitur prout et quemadmodum primodicta medietas dicte pecie terre pronunc ibidem sita est et ad dictum Johannem Babalyart spectare etiam dinoscitur, ut dicebat, hereditarie supportavit Hermanno Collart, filio quondam Petri, tinctori, simul cum dictis litteris, aliis et iure

occasione dicte medietatis, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris et decem solidis communis pagamenti hereditarii census Pueris Bonefantinis in Buscoducis annuatim predicta medietate e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Hynden et Toelinc, datum XXVIII[a] septembris.

R1270, fol. 383r
30 september 1502
Dirk van Hynden en Iwan Kuyst

Belya, weduwe wilneer Jans Scoefs Louwers, heeft hair afgeseegt der louwerenambacht bynnen deser stadt ende zy en wil van deser tyt voirtane dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Hynden et Kuyst, datum ultima septembris.

R1270, fol. 383r-383v
29 september 1502
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Dominus Henricus de Ranst, miles, dominus temporalis de Bucstel, Kessel etc., promisit ut debitor principalis domicelle Elisabeth de Ryemen, filie Henrici, ad opus sui et ad opus Johannis dicti van der Voirt, sui fratris, filii Johannis, quod ipse dabet et solvet eidem domicelle Elisabeth quoad vixerit ipsa in humanis et post eiusdem domicelle Elisabet decessum et non prius dicto Johanni van der Voirt, si eium supervixerit, annuam et vitalem pensionem quinquaginta florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eorundem domicelle Elisabeth et Johannis, eius fratris, ac diucius ex ipsis viventium in humanis et non ultra medietatim Nativitatis Domini et medietatim Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et in opido Mechliniensis dictis domicelle Elisabeth aut eius fratri absque expensis et custibus eorundem tradet et deliberabit seu tradi et deliberari procurabit de et ex domo suo de Bucstel et ex omnibus et singulis suis bonis ad dictum dominium de Bucstel spectante atque ex quibuscumque aliis suis bonis, tam feodalibus quam censualibus, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, nullis demptis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere. Quo facto nobilis et generosus vir et dominus dictus Johannes de Hoerne, dominus de Baucingies, Brumeur etc., et domicella Adriana, eius conthoralis legitima, omnibus medietatibus modo et iure quibus melius et firmius scivierunt et potuerunt necnon scivit et potuit eorum alter supradictas promissiones et alia per dictum dominum Henricum, ut premittitur, factis, approbaverunt et ratificaverunt atque eisdem suos plenarios dederunt et exhibuerunt consensum pariter et assensum, promittentes iidem dominus Johanna et domicella Adriana sub obligatione suorum bonorum, habitorum et habendorum, quod ipsi eisdem non contravenient per se vel alium seu alios quovismodo, tali annexa conditione quod dicta domicella Elisabeth quadam in humanis vivet dictam pensionem dumtaxat percipiet et levabit atque quod ipsa in sua vita eandem pensionem alicui alteri supportare seu resignare ac vigore sui testamenti seu ultime voluntate cum eadem disponere et ordinare poterit et valeat, videlicet in litteris scabinorum, coram scabinis, aut instrumentis, coram notario et testibus, iuxta libitum sue voluntatem et hoc vita dicti Johannis, sui fratris, et non ultra durante, condictione eiusdem Johannis non obstante, etiam condicione tali adiecta quod dictus dominus Henricus de Ranst eandem pensionem redimere et acquitare poterit semper dicti sibi placuerit simul unapariter cum et mediante quingentesimo consimilibus florenis Renensibus, in valore et pecunia pretacta, et cum

pensione totus anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterint, solvendis de pensione predicta.
Testes Hynden et Franciscus, datum penultima septembris, videlicet in festo beati Michaelis archangeli.

R1270, fol. 383v
29 september 1502
Dirk van Hynden en Frans Toelinck

Henrick ende Aerken, zyn suster, kynderen wilneer Arnt Geritssoen, ende Henrixken, dochter des voirs. wylen Arnt Geritss., wittige huysvrouwe Hans Tymmermans, in den name desselfs Hans, hairs mans, Dirck Willemss. als man ende mombaer Gericken, zynre huysvrouwen, ende Jan Meeussoen, als man ende mombair Heilwigen, zynre huysvrouwen, dochteren des voirs. wilen Arnt Geritss., als naeste erfgenamen wilneer Aefkens, dochter wilneer Gerits van Alem, ende wittige huysvrouwe, doen se leefden, Peters van der Burchs, burgers tot Brugge, als van hairs vaders zyde, allen alsulkenen gueden, beruerlycke ende onberuerlycke, erflic ende gereet als hen by der doot der voirs. wilneer Aefkens aenverstorven zyn ende die hen noch by ende nae der doot des voirs. Peters aencomen moigen, zoe wair die gelegen zyn oft bevonden zullen werden, egeen vuytgesceiden, hebben zy wittelic ende erflic opgedragen de voirs. Peteren van der Burchs tsamen metten alingen recht dat hen dair inne oft toe nu competeert oft naemaels competeren oft toebehoeren soude moigen ende hebben helmelinge die overgegeven in manieren in dien gewoentlic, gelovende die voirs. Henrick, Aerken ende Henricxken, Dirck ende Jan indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicti Hanssen et dictarum Gerarde et Heilwigis necnon ex parte omnium heredum dicte quondam Aefken in dictis bonis existentes ac imposterum eventuras deponere, bekennende voirts die voirs. Henrick, Aerken, Henricxken, Dirck ende Jan dat dieselver Peter hen als naeste erfgenamen der voirs. wilneer Aefken, als van hairs vaders zijde van den voirs. gueden, wittige bewys gedaen heeft ende dair af met gereden penningen dueghdelic vernuegt.
Testes Hynden et Toelinc, datum supra.

R1270, fol. 383v
30 september 1502
Goessen van de Hezeacker en Jan van Vladeracken

Rodolphus de Merlair, filius quondam Henrici de Merlair, octo libras hereditarii census de hereditario censu duodecim librarum monete, solvendas hereditarie Nativitatis Baptiste ex duabus domibus et areis Henrici dicti van den Kerchof, filii quondam Henrici van den Kerchof, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Kerkstraet, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Johanni dicti Haermeker, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti van den Eynde, ex alio, quem censum duodecim librarum Lambertus dictus die Wael, filius quondam Henrici, erga dictum Henricum van den Kerchof, filium quondam Henrici, emendo acquisierat prout in litteris, et que octo libre predicte dicto Rodolpho mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Gerardum, filium quondam Lamberti die Wael, dudum habita in partem cesserant, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit magistro Francisco Toelinc simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Lamberti die Wael et quondam Ode, sue sororis, ac suis heredum deponere.

Testes Hezeacker et Vladeracken, datum ultima septembris.[56]

[56] *rechtsonder op de folio*: finis libri est hic.